Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

381. Summa Theologia Muralis de Decemi Praceptis Decalogi. XVIIw.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

№ 381.
VIII A48

SVMMA.
THEOLOGIAE MORALIS
DE
DECEM PRAECEPTIS
DECALOGI.

QVAE DAM ANTE TRACTATIONEM PRAECEPTORVM DECALOGI PROLOQVIA

Commode in ipso lectionum nostrarum vestibulo occurrit nobis ille Decimus quartus Psal. 67. versus. Si dormiatis inter medios cleros, penna Columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Quem, quia in rem nostram optime convenit loco Prology explicabimus.

CAPVT. I.

Explicatur uersus Decimus quart, Ps. 67.

Quæritur. I.

Quid hîc Cleri nomine intelligatur

DIuus Antonius tertia parte titulo 17 Capite primo Adaptat dictam Versiculum duobus testamentis, Veteri scilicet & nouo: Eiusdemq; Sententiæ est Glosa. κλῆρος enim græcè latine sors est: Sortes autem in Veteri testamento dicuntur partes hereditatis terræ promissionis, quæ sorte datę sunt populo Vt habetur Deut: 1°. Capite Versu 38. & Deut: 31 versu 7. Et per totum librum Iosuę.

Qui dormiunt inter medios Cleros.

Vnde etiam vocabulum Clerus, significat ipsa testamenta per quæ hereditas promissa distribuitur. Dormiunt ergo inter medios cleros, id est inter medias sortes, siue inter duo testamenta, illi, qui requiescunt in Autoritate scripturarum duorum testamentorum assentiendo veritati eorum, & secundum doctrinas quas tradunt viuendo, vel requiescendo: in medio Cleros, qui terrena non minus appetunt, quæ promittebat Vetus testamentum, & cælestia quæ nouum Testamentum promittit contemplantur ac desiderant. Est ergo sensus, Si dormiatis inter medios Cleros, id est inter duo testamenta, eritis vel erunt vobis pennæ Columbę. Et hæc quidem explicatio est optima sed rem nostram non exprimit.

Nomine Cleri intelligũtur duplicia præcepta veteris legis

Quare ad propositum respondeo. Posse hoc loco cleri nomine intelligi duplicia Præcepta legis veteris, Ceremonialia videlicet & Iudicialia, inter quæ media erant Moralia: quæ aut sunt Decalogus, vel ad decalogum aliqua ratione reducuntur. Vt pulchre explicat D Thoma Prima 2dæ. quæst: 100 Art 2°. Sensus ergo erit si dormiatis, id est si toto animo in obseruatione Decalogi, quæ est in medio duplicium præceptorum Veteris legis. Iudicialium scilicet & Ceremonialium in cumbetis, eritis pennæ vel erunt vobis pennæ Columbæ.

Quæritur. II.

Quænam fuerunt in ueteri lege præcepta ceremonialia & Iudicialia.

Tria genera Præceptorum vete: legis

Respo. Tria fuerunt legum seu præceptorum genera, quæ lex vetus continebat iuxta

illud

illud Deut: 6. Hæc sunt præcepta, & cæremoniæ, atq; iudicia, quæ mandauit dominus Deus vester ut docerem vos. Tria itaq; fuerunt genera legum in veteri testamento. Moralia. Cæremonialia & Iudicialia, quæ in hunc modum inter se distinguebantur. Nam quæ ex ipsa met rei natura obligant ad sui obseruationem seclusa quacunq; Positiua lege, qua præcipiantur. Præcepta moralia ex ipsa met natura obligant ad sui obseruationem

Suntq; proinde de iure diuino naturali, qualia sunt præcepta omnia legis naturalis, quam etiam lex vetus ipse includebat. Ea verò quæ dicuntur præcepta Moralia, quatenus tenentur ad obseruationem præceptorum moralium habet, siue sub culpa letali ex suo genere obligent vt Non occides, non Furtum facies. Siue sub culpa veniali vt Non dices mendacium, non Comedes plus quam oportet, & similia alia quæ ex eo principio lumine naturali per se nota, necessaria consequentia deducuntur in hunc modum. Quod cum recta ratione pugnat faciendum non est. Alioquin culpa ac peccatum incurritur. Mentiri autem aut plus quam oportet comedere uel bibere cum recta ratione pugnat aperte. Ergo sub culpæ reatu neutrum est faciendum.

Quæ verò in lege talia fuerunt ut ex se seclusa lege positiua qua præcipiebatur aut prohibebatur non obligarent, à Deo tamen præcepta, aut prohibita erant tanquam conducentia aut vtilia ad finem status qui tunc erat ea pertinebant: Aut præcepta cæremonialia, aut Iudicialia eiusdem legis. Et quidem præcepta quæ ad cultum Diuinum modo aliquo spectabant, saltem quia subditos præparabat ad Deum colendum vt D. Thom: 1.ª 2.ª quæst. 101 art. 1. Ad primum ait. Vocabantur cæremonialia vel pertinebant ad præcepta cæremonialia. Præcepta cæremonialia ordinabant hominem ad exhibendum Cultū diuinum.

Eius modi autem præcepta erant non solum de Sacrificijs & Obseruationibus festorum, sed etiam de abstinentia aquibusdam Cibis, & vestibus deformibus gestandis, & dealijs ad aliquid aliud prostatis eius legis ulterius significandum.

Porro illi ritus seu illa exteriora signa quibus Iudei Diuinam seruitutem secundum quod conueniebat illis statuis profitebantur, Cæremoniæ vocabantur latine, vnde præcepta quibus dictæ cæremoniæ præcipiebantur nuncupata sunt præcepta cæremonialia, vel a Cerere ut Cicero innuit & Sanctus Thomas Prima 2dæ quæst. 99. in corpore explicat Cæremoniæ inquit dicuntur quasi munia id est dona Cereris quæ putabatur Dea frugum, & quia prima ex fragibus oblationes Deo offerebantur hic factum est, vt ab ipsa prima Cæremonia (nam oblationes pertinent ad ceremonias) reliquæ aliæ apellarentur. Vel certe dicitur cæremonia vt Valerius maximus affirmat ab opido prope romam quod Cere appellabatur, quo in loco Capta a Galis vrbe Romana Sacra Romanorum & Virgines Vestales summa cum reuerentia sunt suscepte. Vnde deducitur hoc ipsum nomen Cæremoniæ.

At verò præcepta quæ ad regimen illius populi pertinebant vocabantur Iudicialia. Quoniam enim ceteris hominibus successis temporibus à Deo per Idololatriam discedentibus, quæ post diluuium esse cepit (incolta communem patrem sententiam, & post ædificatam Turrim Babel) Deo placuerit deligere sibi vnum certum populum, quē Præcepta iudicialia ad regimen illius populi Iudaici pertinebant.

& Spiritual.

& Spiritualiter & politicè per vnum Moysen (per quem illi legem dedit) gubernaret, propterea factum est ut illi eidem populo non solum legem Spiritualem seu ceremonialem, sed etiam legem Iudicialem traderet, quæ ad optimam reipublicæ administrationem iuxta illius status exigentia pertinebat; quale fuit illud Numer: 27. Ibi enim cum præcepisset Deus Moysi numerare populum a viginti annis & supra, per Tribus & cognationes seu familias, ac diuidere inter masculos Tribuum ac familiarum terram promissionis. Mortuus q̃ esset Salphaad De Tribu Joseph relictis filiabus quinque ab q̃ filiis, ille q̃ ut habetur Numer: 27. accessisent ad Moysen, contendentes æquum non esse vt nomine & loco patris sui defuncti qui Masculum non reliquit non acciperent possessionem inter cognatos patris sui, deleretur q̃ nomen patris earum de familia sua. Res ad dominum delata, respondit dominus: iustam rem postulant filiæ Salphaad. da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hereditatem succedant. Ad filios autem Israel loqueris hæc Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas. si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos, quod si & fratres non fuerint, dabit hereditatem fratribus patris sui. Si autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui proximi ei sunt. Eodem vero libro Numero: 36. videntur homines de eadem stirpe Joseph quod si fœminæ nuberent quibus velent futurum erat ut possessiones illæ ad aliam tribum ac familiam transirent, non solum vsque ad Annum Jubilei, hoc enim licebat ut explicatur Leuitici 25 sed etiam in perpetuum. Cum descendentes ex illis mulieribus futuri essent masculi de tribu ac familia virorum quibus illæ nupsissent. Masculus autem pertinet ad familiam patrum & non Matrum. Cum igitur hæ viderint rem ad Moysen detulerunt eo vero dominum consulente lex alia similiter iudicialis sancita fuit. Vt quando deficientibus filiis masculis filia succederet in possessiones patris sui, nubere eam non potest homo de alia tribu aut cognatione. Sed debetur nubere homini non solum de sua tribu, sed etiam de sua cognatione, Neq̃ a tribu neq̃ a cognatione cui sorte contingerent egredere tur. Hoc autem ius diuinum Iudiciale veteris legis Christi morte cessauit peculiari ratione, solum in bonis immobilibus terræ promissionis, vt recte Caietanus obseruauerit, sanctum erat nimirum vsq̃ ad aduentum & mortem Christi tribus & familiæ essent distinctæ agnoscerentur q̃ Christus ex qua tribu ac familia fuit promissus, esse natum, eratq̃ id tanquam vna de notis Messiæ.

Diuisio terræ per tribus ac familias masculor.

Illicitum erat nuberi, ex alia tribu ac familia, ne possessiones transiret ex familia ad familiam

Præcepta Iudicialia morte Chri cessarer.

Quæritur III.

Possent ne ad certa genera omnes Hebræorũ ceremoniæ reuocari.

Respondeo cum D Thoma Prima 2. dæ quæstione 101. Articulo 4. et

In Decalogum

Dico primo. Omnia præcepta ceremonialia veteris legis in quatuor partes posse dividi, nempe in Sacrificium, cum eis etiam oblationem computando, in Sacramenta, in Sacra, & in Observationes. De Sacrificijs habetur Numer: 15° Offeretur bitulum de armento holocaustum in odorem suauitatis domino, & sacrificium eius ac libamenta ceremoniæ postulant. Et quidem horum sacrificiorum partim fuit literalis ratio partim mistica, literam spectando, per talia sacrificia ordinabatur, disponebatur & exercebatur homo in Deum tanquam in ultimum finem suum, exercebus suis quasi in recognitionem quod illas haberet a Deo, in honorem eius hoc vel illud offerendo. Inter omnia autem dona quæ Deus humano generi iam per peccatum lapso dedit præcipuum est quod donauit nobis filium suum, Iuxta illud Ioan: 3 Sic Deus dilexit mundum &c. Et ideo potissimum imo singulare in lege nostra est Sacrificium, quo ipse Christus seipsum obtulit Deo in odorem suauitatis vt dicitur ad Ephesios 5. quod sacrificium omnia quæ offerebantur in veteri lege adumbrabat. Et ideo quando illud Deus consummauit priora omnia deuenerunt. Vt loquitur D. Paulus ad Hebr: 8.

Quatuor genera Ceremoniarum Vet: legis

I
Sacrificia & Oblationes.

Seruiebant præterea illa sacrificia seu oblationes ad inferendum rudes. Nam vt dicit Glosa in primum Caput Leuitici Vitulum offerimus cum carnis superbiam vincimus. Agnum cum errati motus corrigimus. Hedum autem cum luxuriam superamus. Turturem cum castitatem seruamus. Panes Azimos cum in Azimis sinceritatis ac veritatis epulemur, id est sincere cum hominibus & cum deo procedimus. In columba significabatur mansuetudo simplicitas & amor. At vero si hæc ad christum referamus in Vitulo offerebatur propter virtutem Crucis. In Agno propter innocentiam. In ariete propter principatum. In Hirco propter similitudinem mortis peccati: in Turture significabatur Castitas Christi domini. In Columba Amor. In Similagine aspersio credentium per aquam Baptismi figurabatur.

Spirituales oblationes in noua lege.

Occidebantur autem illa animalia vt significaretur homines dignas fuisse occisione. Et quod per occisionem vnius hominis qui simul est Deus, eorum peccata destruenda erant. Occidebantur autem modo quodam speciali ut patet Leuit: 1°. Ad excludum alios modos quibus Idolatræ animalia Idolis suis immolabant.

Quare occidebantur animalia figuralis rē.

Offerebantur animalia quæ non essent maculosa, cæca vel claudа qualia solent haberi contemptui etiam apud homines. Item non offerebantur animalia ante septimum diem, non dum plane consistentia propter tenerit udinem, ac proinde contemptibilia, ne aliqua irreuerentia contra Deum committeretur. Propter quod etiam prohibitum erat ne mercedem prostituli aut pretium Canis in domum domini offeretur, solum enim id quod est primum Deo est attribuendum. Vnde illa quæ immunda habent nutrimenta vt porcus & Galina non veniebant in oblationem. Et in vniuersum loquendo, illa maxime offerebantur quibus maxime vita sustentatur humana, & quorum habebatur copia in terra promissionis. Quia vero ea quæ in vsum humanum veniunt, & in terra

Qualia debebant offeri Animalia

Porcus & galina non offerebantur.

nascentur.

Proœmium II

nascuntur. Vel sunt in Cibum & de illis offerebatur Panis: vel sunt in potum & de illis offerebatur Vinum: vel sunt in condimentum & de illis offerebatur Oleum & Sal: vel sunt in Medicamentum & de illis offerebatur Thus quod est aromaticum & consolidativum. Panis figurabat carnem Christi Vinum sanguinem eius per quem redempti sumus Oleum gratiam Christi Sal scientiam Thus Orationem

Sacrificiorum triplex genus erat I Holocaustum

Dico Secundo. Triplex erat genus Sacrificiorum seu prima illius cæremoniæ quam vocamus Sacrificiet, nam quoddam sacrificium dicebatur Holocaustum quasi totum in cinerem, propter quod totum comburebatur in honorem Dei ad expressionem reverentiæ & amoris quã habebat offerens in corde suo erga sanctissimam majestatem ipsius sanctitatem ac bonitatem.

Exprimebatur preterea per hoc sacrificium mistice Status perfectionis qui consistit non solum in præceptorum, verum etiam in Consiliorum & observationes ad implitione. Vt sicut bestia animal resolutum in ignorem sursum ascendebat, ita etiam significaretur totum hominem & omnia quæ ipsius sunt Domino Deo esse subiecta, illi ipsi offerenda, & in eius laudem semper dirigenda.

II Sacrificium pro peccato.

Aliud autem Sacrificium erat quod offerebatur pro peccato & dicebatur Sacrificium pro Peccato. Offerebatur autem ex necessitate remissionis peccati iuxta illum statum vt postea explicabo. Et exprimebat statum pœnitentium insatisfactione peccatorum. Nam dividebatur in duas partes quarum vna comburebatur altera cedebat in vsum Sacerdotum, ad significandum quod expiatio peccatorum fit a Deo per ministerium Sacerdotum. Sed si offerebatur sacrificium pro peccato populi, vel pro peccato Sacerdotis, tunc totum comburebatur vt exprimeretur totius populi delictum

III Hostia Pacifica.

Tertium vero Sacrificium vocabatur **Hostia pacifica**. Et offerebatur pro gratiarum actione, vel pro salute ac prosperitate offerentium. Et exprimebat statum profitentium in via mandatorum Dei. Dividebatur autem in tres partes Quarum vna incendebatur in honorem Dei, Altera cedebat in vsum Sacerdotum, Tertia in vsum offerentium. Adsignificandum salutem hominum procedere a Deo dirigentibus ministris eius, & cooperantibus ipsos homines qui salvantur. Et granum quædam partes oblationis pacificæ secundum pacificæ quam modo explicavimus cedebant in vsum Sacerdotum, quædam vero in vsum offerentium seu ipsorum hominum qui talem Hostiam sacerdoti offerendam præbebant, Tamen exigebatur Adeps & Sanguis qui neq; in vsum sacerdotum, neq; in vsum offerentium comedebatur. sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris in honorem Dei. Adeps vero comburebatur ~~in igne~~. Cuius rei quadruplex erat Ratio. Prima Ad excludendam Idololatriam: Nam Idololatræ bibebant de sanguine Victimarum Et immolabat adipes secundum illud Deut: 32. De quorum victimis comedebant adipes.

Quare Adeps comburebatur & sanguis adere pidine altaris effundebat

quadruplex ro

ro 1 ad excludendam Idololatriam

Secunda ratio.

In Decalogum.

Secunda Ratio Ad informationem humanæ Vitæ; prohibebatur enim illis vsus sanguinis adhoc vt horerent humani sanguinis effusionem. Vnde dicitur Genes: 9. Carnem cum sanguine non comedetis sanguinem enim animarum vestrarum requiram. Esus vero adipum prohibebatur illis ad vitandam lasciviam Vnde Ezechi: 34. dicitur quod crassum erat occidebatis.

II. Ratio
vt horerent humani Sanguinis effusionem postea

Tertia ratio. Propter reuerentiam Diuinam Et iam animæ propriæ, quia enim sanguis est maxime necessarius ad vitam, ratione eius dicitur animam esse in sanguine, & quia præcipuum bonum creatum quod homo habet a Deo est anima: ideo obreuerentiam animæ, quæ vt dixi maxime indiget sanguine, Et consequenter obreuerentiam Dei qui talem indidit animam non bibatur sanguis. Adesus vero abundantiam nutrimenti demonstrat, & ideo ut ostenderetur quod à Deo nobis est non solum vita, sed etiam omnium bonorum sufficientia, ad honorem Dei comburebatur.

III. Ratio
Obreuerentiam animæ quæ est in Sanguine.

Quarta ratio Quia per hæc significabatur effusio Sanguinis Christi De sanguine dilectionis illius per quam se Deo obtulit pronobis. Consequenter abundantia bonorum Spiritus Sancti quæ ex meritis ipsius nobis prouenerunt.

IV Ratio
quia figurabat effusionem Sanguinis Christi.

Petes Quænam partes ex hostiis pacificis in vsum Sacerdotis cedebat, Respondeo. Pectusculum & armus dexter. Primo quidem ad excludendam quandam Diuinationis superstitionem vt ait D. Thomas prima 2dæ Quæst: 100 Articulo 3. Quia scilicet in Spatulis animalium immolatorum Diuinabant, & similiter in osibus pectoris. Et ideo ista offerentibus subtrahebantur ne haberent occasionem superstitionis. Per hoc tamen significabatur etiam Sacerdoti esse necessariam sapientiam cordis ad instruendum populum, atque denotabatur perfectus quod est tegumentum cordis. Et etiam fortitudinem necessariam ad sustentandos defectus subditorum, quod in brachium dextrum.

Quæ cedebant in vsum Sacerdotum.

Aduerte autem primo. In holocaustum non nisi animal masculum solitum offeri, quia holocaustum est Sacrificium perfectissimum. Sexus autem fœmineus imperfectior est sexu virili. Fiebant autem holocausta de omnibus propter paupertatem offerentium vt habetur Leuit: 12. Cum impleti fuerint dies purificationis suæ, deferet agnum anni ejus in holocaustum. & versu 8. Quod si non inuenerit manus eius nec potuerit offeri Agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum vnum in holocaustum & alterum propeccato.

Animal masculum offerebatur quia est perfectior sexu fœmineo.

Pauperes offerebant de auibus.

Recte autem hæ aues offerebantur à pauperibus siue in Holocausto siue in sacrificio propeccato. In holocausto quidem propter altitudinem volatus quia congruit perfectioni. In Sacrificio autem propeccato, quia hæ aues habent gemitum pro cantu.

Aduerte secundo. Circa illa verba quæ posui in descriptione secundi sacrificii pro peccato quod sane modo est intelligendum, id quod dixi quæ dam sacrificia solita

fuisse offeri

Duplex ratio immundiciæ

fuisse offeri pro peccato. Ne forte sacrificia veteris legis æquemus illis quæ sunt in lege nova. Duplex igitur ratio habetur in lege veteri peccati seu potius immundiciæ. Vna enim in veteri lege erat immundicia culpæ seu immundicia rei secunda non tam immundicia quam potius quædam irregularitas seu corporis macula ab ipsamet lege in quibusdam euentibus seu casibus statuta, quæ ad cultum Diuinum aut etiam ad conuersandum cum aliis in cœtum reddebat hominem. Sic leprosi reputabantur immundi, & qui cadauer tangebat immundus quidem erat.

Gratia diuina duplex.
1 gratis Data
2 gratum faciens

Iam si deprimi immundicia sermo sit scilicet de immundicia Spirituali & culpæ quæ per gratiam gratum facientem tollitur. Sic ceremonialia veteris legis quemadmodum gratia gratum facientem conferre non poterant ita neq; munda mundare poterant ab immundiciis spiritualibus hoc est peccatis. Vnde D. Paulus ad Gala: 2. Per legem iustitia, etc. Et Cap. 4. Ceremonias veteris legis infirma & egena apellat. Et ad Hebræos 9. dicit ceremonialia elementa veteris legis iuxta scientiam hoc est quo ad conscientiam non potuisse facere perfectum hominem cum scilicet iustificando ac emundando. Et Capite 10. Impossibile est inquit sanguine Hircorum aut Taurorum auferri peccata. Quomodo autem ceremonialia veteris legis in seruirent ad iustitiam & gratiæ augmentum, & in specie quomodo adpræsentiam Circumcisionis gratia conferretur ratione fidei qua profitebantur præsentia talium ceremoniarum non ad hunc locum spectat, & alibi copiosius est explicatum.

quomodo mundabat sacrificia a peccatis

Nam si maculam seu irregularitatem quæ ponebatur a lege consideremus: sic ceremonialia veteris legis mundabant hominem quia scilicet illam ineptitudinem exteriorem abeo tollebant, quæ ineptitudo vel à Dei seruitio, vel a conuersatione hominum illum impediebat, Vt patet ex multis scripturæ sacræ locis, & in seriis explicabitur.

Aduerte vero Tertio. Illarum ceremoniarum veteris legis Deum fuisse

Deus Autor Ceremoniarum veteris legis.

autorem, tum ob illius populi ruditatem, & ut ab Idololatria eum auocaret; tum denique quia nunquam copiosa erat Spiritus Sancti gratia ac lumen, & assistentia ministeris illius legis data, vt possent ipsi perse aliquid circa cultum Dei statuere. At vero quia ministris Ecclesiæ Catholicæ Apostolis præsertim & Summis Pontificibus iberrima & copiosissima Spiritus Sancti gratia & assistentia spiritualis adest: indefit, vt in lege nova abrogatis præceptis ceremonialibus ac iudicialibus veteris legis, comisit Deus Apostolis ac summis Pontificibus fere omnia instituere quæ ad ceremonias & iudicia in Spiritualibus attinent. Potestatibus vero secularibus pro diuersitate prouinciarum ac locorum, in quibus Ecclesia Christiana longe lateq; per orbem diffusa debebat, reliquit Deus statuere leges Judiciales & Ciuiles. Dixi fere omnia ut excipierem Sacrificium missæ quod ad formas consecrationis & substancialia eiusdem, quæ ipse Deus instituit. Idem q; ut excipierem Sacramenta in noua lege quo ad formas & substancialia eorum, quæ etiam ipse Christus instituit.

Ceremoniæ nouæ legis.

Sacramenta in noua lege a Christo instituta.

Dico tertio

DICO Tertio. Preter sacrificia fuerunt etiam in veteri lege quædam ceremoniæ quæ dicebantur Sacramenta, ad hominum sanctificationem (talem qualis poterat in illa lege haberi) peculiariter instituta Et talis fuit Circumcisio, Consecratio Pontificum, Ordinatio Sacerdotum, Esus Agni paschalis &c. Hi genus Ceremoniarum habetur Leuit: 7. Hæc est unctio Aaron & filiorum eius in Ceremonijs domini, in die quo obtulit illis Moyses vt Sacerdotio fungerentur. Ceremoniarum huius modi erat Ratio tum literalis tum mistica. Nam Circumcisio ad literam erat protestatio & imitatio fidei Abrahæ qui primus credidit Deo in spem contra spem, cum esset Senex & uxor eius sterilis Vt inquit Sanctus Paulus ad Rom: 4 Quicquid primi fuit qui se ab infidelibus seiunxit ideoq; accepit signum Circumcisionis, ut esset nota quædam illius iusticiæ segregationis & fidei quæ primo in Abrahamo apparuerunt. Itaq; Circumcisio insuper erat a Iudeis, ut in cordibus eorum firmaretur fides Abrahæ cuius signum in Carne sua acceperat. Vnde Genesis 17 dicitur Erit pactum meum in carne vestra in fœdus perpetuum. At vero quia Christus dominus onus hoc in se sustinuit, alios pro quibus redimendos venerat ab eo liberauit Sicut dicit Apostolus ad Gala: 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Propterea supposito quod iam Circumcisi sumus Spirituali Circumcisione non manu facta, in expoliationem corporis, sed Circumcisione domini nostri Jesu Christi, hoc est Baptismo Supposito ingram quia sic circumcisi sumus, non oportet iam in nova lege adhibere Circumcisionem corporalem. Figuralis ratio Circumcisionis erat quia per eam significabatur ablatio omnis corruptionis per Christum, quæ perfecte complebitur in illa felicissima octaua die Resurrectionis nostræ. Quia vero corruptio Culpæ & pœnæ provenit in nos per Carnalem originem exeeecato primi Parentis, ideo talis Circumcisio erat in membro generationis. Recte autem D. Augustinus libro primo de Baptismo Puerorum explicat, Quomodo peccatum originale transeat per generationem ad eos, qui ex fidelibus Parentibus producuntur? Quomodo inquit præputium per Circumcisionem auferatur, manet tamen in eo quem genuerunt Circumcisi? Quomodo inquit Palea quæ opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur frumento. Ita peccatum quod in parentibus per baptismum est ablatum manet in filijs qui ab eis generantur.

II. Sacramenta

I. Circumcisio

Circumcisionis literalis ratio.

Circumcisio morte Christi cessauit.

in expoliationem.

Circumcisionis figuralis ratio.

Peccatum originale

Preter Circumcisionem fuit aliud sacramentum apud Iudeos scilicet VSus Agni Paschalis Secundum literam Immemoriam eductionis ex Egypto instituta, de quo habetur Exod: 12. Et inde etiam panes Azimi erant præcepti vt ostenderetur quod tunc quando egrediebantur ex Egypto filij Israel non poterat panis fermentari Egyptijs exire cogentibus, propter quod etiam assus Agnus comedebatur quia sic velocius præparatur. Propter quod etiam non frangebant ossa. propter hoc comedebant in una domo eum vt ostenderetur

II. VSus Agni Paschalis.

Literalis sensus

festinatio profec-

Figuralis ratio

profectionis, propter hoc aliæ circumstantiæ ponuntur quæ designant homines peregrinos. Lactucę vero denorabant amaritudinem quam patiebantur Judei in Egipto. FIGURALIS vō. hæc fuit Significabatur per hæc Pascha nostrum immolatus est Christus cujus prætioso sanguine redempti sumus vt inquit S Petrus Prima Petri Dicebabautem Sanguis agni nostri domini Jesu Christi aspergi superliminaribus nostris si volemus abexterminatore liberari, quia debemus eum corde & ore persidem confiteri, & amare tanquam summum nostrum benefactorem qui non auro aut argento sed prętioso suo sanguine nos salvavit. Vere comeditur nunc Agnus quia vere secundam rem ipsam est in sanctissimo Sacramento ad quod toties accedimus. Hic Agnus est ipse perillam immensam Charitatem qua dilexit nos. Comeditur cum lactucis amaręq; pœnitentiæ. Comeditur cum Azimis sinceritatis & veritatis ut Divus Paulus ait Prima ad Corinthios Cap 5. Comeditur accinctis renibus Cingulo Castitatis. Comeditur calceatis pedibus, exemplis sanctorum Patrum qui nos præceserunt. Comeditur cum baculis in manu id est cum custodia sensuum & vigilantia contra tentationem & cum expulsione omnium diabolicarum fantasiarum. Comeditur in Una domo Ecclesia scilicet Catolica non vero in conventiculis Hereticorum.

Nunc vere comeditur Agnus in SS sacramento

III Purificationes

Fuerunt preterea in veteri lege quædam sacramenta quæ dicebantur Purificationes. Et ordinabantur ad removenda cultus Divini impedimenta, ut supra diximus. Significabant vero expiationem peccatorum futurorum per Christum, Et servabant ad excitandam reverentiam erga Divina in illis qui talia Divina exercebant. Debebant enim esse incorrupti quantum consequi poterant. Unde in immundicia Cadaveris aqua debebant purgari. Significabant peccatum mortale; quia peccatum mortale est mors animæ, & illum hominem qui peccatum mortale tetigit efficit fœtidissimum Cadaver.

Immundicia Cadaveris.

Immundicia Lepræ. Immundicia leprę Significabat Hereticam pravitatem seu doctrinam; tum quia contagiosa est, tum quia nulla est falsa doctrina quæ falsis vera non admisceat. In lepra autem recte hoc exprimitur quia in lepra est quoddam distinctio maculorum ab alia integra Carne.

Immundicia Seminiflui. Immundicia vero seminiflui Designabatur turpitudinem vanę locutionis, eo quod verbum est quasi quoddam semen. Unde etiam Christus dominus dicit in Evangelio. Semen est verbum. Et certe tam multa mala afferuntur immoderata locutione in sacra scriptura. Ut mirum sit homines qui ea legunt & audiunt, non contremiscere toto Corpore, legatur Cap 3 Jacobi, Ecclesi: Cap 28.

Omnium figuralis sensus.

Universaliter autem per immunditiam contactus immundi seu corpti rei significabatur consensus in peccatum, quod peccatum quia communiter exemplo alterius proptera Sanctus Paulus 2da ad Corr: Cap 6 dicit. Exite de medio eorum, & separamini & immundum ne tetigeritis.

IV. Institutio Ministrorum.

Era etiam in uetri lege quoddam Sacramentum quod pertinebat ad institutionem ministrorum illius testamenti, De quo habetur Leuit 15. Et insuma tria fuit tali institutione ministrorum Primo enim purificabantur: Idque communiter fiebat per ablutionem aquæ per quoddam Sacrificium. Specialiter autem Leuitæ lauabant pillos carnis sicut habetur Nume: 8 versu 7 & 6. Secundo. Ordinabantur & consecrabantur Tertio. Applicabantur seu adhibebantur ad usum ministerij sui.

Ordinatio Pontificum & Sacerdotum.

Et quidem Pontificum ac Sacerdotum hoc ordine fiebat. Primo enim post quam oblati fuissent indebantur quibusdam indumentis specialibus vt habetur Leui 8. versu 7. Specialiter autem Pontifex oleo unctionis in Capite ungebatur vt habetur Leuit: 8 versu 12. Ad designandum quod ab illo dimanaret potestas consecrandi alios. sicut Oleum derivatur a Capite ad inferiora quod expressit Sanctus Dauid Psal: 136 Sicut unguentum quod descendit in Caput & in barbam, barbam Aaron.

Ordinatio Minorum Sacerdotum

Minores vero Sacerdotes sola manuum quibus tractanda erant Sacrificia Consecrationi Ordinabantur, & de Sanguine immolantis animalis tergebatur extremum auriculæ eorum dextræ, & polices manus ac pedis dextri. Vt fiscessent obedientes legi Dei in oblatione Sacrificiorum; quod significabatur in tactu auriculæ Et ut essent solicti ac prompti in executione Sacrificiorum, quod significabatur tactus manus ac pedis dextri.

Aspergebantur etiam ipsi & vestimenta ipsorum Sanguine Animalis immolanti. In memoriam Sanguinis Agni per quem liberati essent ex Aegipto, vt habetur Exodi 12. Pertinebat autem ad applicationem siue ad commissionem ministerij quæ fiebat illis sic ordinatis, quod imponebatur illis thuribulum super manus eorum, & torta panis unius & armus dexter. Vt ostenderetur quod acciperent potestatem offerendi talia Sacrificia domino. Et hæc de Consecratione Pontificum ac Sacerdotum

Ordinatio Leuitarum.

Leuitæ autem non habebant talem consecrationem præter hoc quod offerebatur dominio per manus Pontificis, qui orabat pro eis, applicabantur autem ad officium suum per hoc, quod aplicabatur in taberna culum Fœderis, quasi administraneum vasa sanctuarij.

Figuralis ratio horum.

Figuralis ratio horum erat, quia illi qui sunt consecrandi ad spirituale ministerium Christi debent primo purificari non solum per aquam baptismi, verum etiam per aquam lachrimarum. Debent radere pillos carnis suæ id est omnes prauas cogitationes. Debent esse ornati virtutibus quæ eum statum decent. Debent esse uncti Oleo Spiritu Sancti. Deben aspergi sanguine Christi id est frequenter ipsius meditationem in corde suo, & ipsius mortificationem in corpore suo portando.

III. Sacra.

Præter Sacrificium et Sacramenta Erant etiam in veteri lege Ceremoniæ quæ dicebantur Sacra Instrumenta scilicet quædam quæ ad Cultum

Diuinum pertinebant

Instrumenta ad Cultum Dei pertinentia

pertinebant, eique dedicata erant. Tale erat Tabernaculum, Templum, Mensa propositionis, Altare Timiamatis, Vestes Sacerdotales, Libri, Vasa, Candelabra, & alia huiusmodi, Dequibus habetur Exodi 38 multis alijs cõmemoratis dicitur Hæc sũt Instrumenta Tabernaculi testimonij in ceremonijs Leuitarum.

Festa et Solenitates

Inter Sacra autem computari possunt Festa & Solentates vt D Thomas 1ª 2ª Quæst. 102 explicat. Omnia hæ prosequi longum esset. Nos quædam ad nostrum propositũ spectãtia decerpemus. In Summa: Omnia hæc ordinabantur ad excitandam reverentiam Deo debitam. Habet enim hoc humanus affectus vt ea quæ cõmunia sunt & non distincta ab alijs minus reuereatur.

Differentia Tabernaculi a Domo.

Dicamus aliquid de Tabernaculo. Primo quid illud fuerit, & quid eius nomine significetur. Respondeo. Tabernaculum hoc differt a domo quod domus est in habitatione Tabernaculum in peregrinatione vt dicit Sanctus Gregorius explicans Exod 26. Erat igitur Tabernaculum in veteri lege portatile quoddam tectum ad Dei cultum præparatum: nam usque ad tempora Dauidis ac Salomonis partim fuerat populus in desertis non habens ullam certam mansionem: partim habuerat varia bella cum finitimis gentibus, non potuit eo tempore stabile ædificare Templum. Sed tum primum ædificari cæperunt quando habuerunt quietissimum statum, id est tempore Salomonis.

Figuralis ratio Tabernaculi

Ratio figuralis tabernaculi est, nam significabatur status præsentis vitæ quæ est mutabilis. Per templum autem postea ædificatum quod fuit fixum & immobile significabatur status futuræ vitæ, quæ omnino immutabilis est. Et propterhoc in ædificatione templi dicitur quod non est auditus strepitus mallej vel securis: ad significandum omnem perturbationem tumultus longe futuras a illa vita quam expectamus.

Templum vnum

Fuit autem tabernaculum vnum ac non multa. Similiter templum vnum ac non multa, tam ad exhibendam Idololatriam ad quam ille populus fuit propensissimus gentiles vero diuersis Dijs diuersa templa extruebant, tum ut ostenderetur quod

Externus cultus veteris legis, non exnatura sua; sed ex Dei voluntate erat acceptus

cultus ille corporalis seu exterior per quod tabernaculum seu templum conseruabatur, non erat ex natura sua Deo acceptus, vt propter illum debuerit in multis locis extrui templum vel tabernaculum; sed erat acceptus Deo ex ipsa voluntate Dei.

Significabatur præterea per hanc unitatem templi vel tabernaculi vnitas Ecclesiæ vel militantis vel triumphantis. Sed quanquam hæc ita se habuerint fuerunt tamen in veteri lege quantum ad ea quæ pertinent ad Spiritualem cultũ

Synagoga multtl.

Dei plura loca, quæ dicebantur Synagogæ. Et quia in hoc statu in quo nos sumus iam per Dei gratiam non est periculum idololatriæ, & quia cultus noster quem Deo exhibemus maxime in sacrificio Missæ ex natura sua est summæ dignitatis, & ex-

natura sua

natura sua tum ex Dei voluntate multum est Deo acceptissimus. Praeterea quia apud nos idem est cultus quem Deo exhibemus exterior cum cultu interiori quem exhibebant Judei orando, audiendo, Interpretando Scripturam. Propterea apud nos in locum Synagogarum successerunt Ecclesiæ.

Distinguebatur autem Tabernaculum in duas partes. Quarum una vocabatur Sancta Sanctorum altera vocabatur hoc solo nomine Sancta. Prima scilicet Sancta sanctorum occidentalis erat. Altera quæ vocabatur Sancta sine illo addito sanctorum erat orientalis. Tamen adhuc ante Tabernaculum erat atrium. Inter sancta sanctorum seu partem illam occidentalem tabernaculi, Et inter Sancta seu partem illam orientalem erat quoddam velum quatuor Coloribus distinctum scilicet Bisso per quod designabatur terra. Bissus enim cum sit linum de terra nascitur. Purpura, purpura per quam significabatur Aqua. Quia purpureus color sit ex quibusdam Conchis qui inveniuntur in Mari. Hyacintho per quem significabatur Aer, quia Hyacinthus habet Aereum colorem. Et Cocco bitincto per quem designabatur Ignis. Distinguebatur autem hoc vello pars illa quæ vocabatur Sancta sanctorum ab illa parte quæ vocabatur Sancta vt ostenderetur quatuor Elementa ipsius mundi inferioris Terram, Aquam, Aerem & Ignem impedire nos ab illis Sanctis sanctorum. id est ab illo altero mundo Spiritualium substantiarum seu Angelorum.

Solus summus Pontifex seu sacerdos intrabat in Sancta sanctorum semel in Anno. Quod pulchre explicat Sanctus Paulus in Epistola ad Hebræos.

Soli vero Sacerdotes intromittebantur in illum locum qui vocabatur Sancta id est in illam partem orientalem minus præcipuam. Cæteri autem populi remanebant in Atrio. Per quod significabatur corporalium substantiarum seu creaturæ quæ in hoc mundo videtur intelligentia, Spiritualem vero ad solos Sacerdotes pertinere. Populum easdem creaturas solum externe cognoscere. Unde etiam idem Atrium distinguebatur quoddam vello a Sanctis seu a prima illa parte orientali minus præcipua. de quo Exod 27 versu 9.

Fuit autem pars illa quæ vocabatur Sancta sanctorum in occidentem versa ad significandam mortem Christi quæ figuratur per occasum Unde David Psal: 67. Qui ascendit super occasum dominus nomen illi. Et ad excludendam Idololatriam qui adorabant Solem. Unde dicitur Exodi 8. quosdam Sacerdotes habuisse dorsa contra templum domini, & facies ad Orientem.

Cooperiebatur autem Tabernaculum istis operimentis, interius quidem Corthinis de quatuor coloribus variatis scilicet de Bisso retorta Hyacintho ac Purpura Cocco bistincto. Intecto autem operimentum Enumerat de pilibus Jacinthinis. Et super hoc aliud de pilibus Arietum rubris. Et desuper tertium de quibusdam Sagis Cilicinis, quæ descende-

Distinctio Tabernaculi

Velum tabernaculi, ex quatuor Coloribus.

Sancta Sanctorum occidentalis erat

Operimenta Tabernaculi

quæ descendebant usque ad terram & tegebant exterius tabulas tabernaculi.

Literalis & figuratis sensus.

Literalis sensus istorum erat, vt hoc modo non solum ornaretur; sed etiam defenderetur tabernaculum. Secundum figuram vero sicut tabulæ exquibus construebatur tabernaculum significabant Christi fideles exquibus debebat coalescere Ecclesia. Ita ornamenta illius tabernaculi significabant virtutes fidelium. In bisso quidem Caro castitate renitens. In Hyacinthe Mens supernа cupiens. In Purpura Animæ passiones mortificans. In cocobissimo. Mens Dei & proximi charitate præfulgens. In operimentis tecti significabantur virtutes Prælatorum & Doctorum, in quibus debet remittere cælestis conversatio quod significabatur per pelles Hyacinthinas. Promptitudo ad Martyrium quod denotabatur per pelles rubras Arietum. Austeritas vitæ & tollerantia aduersitatum quæ significabatur per Saga Ycina, quæ erat exposita vetis Ephraim.

Festa et Solemnitates.

Inter Sacra numerabantur etiam apud Iudeos Dies festi. Ratio enim ipsa postulat vt tam in nouo quam etiam in veteri testamento dies aliqui sint quibus Deo debitum honorem reddamus, quibus etiam sacras Diuinas leges ac uiri discamus.

Fuerunt etiam apud Hebreos illi qui numerantur Leuit: 23 Interquos primum locum tenuit

I us
Sabbathum

Dies Sabbathi: Fuit autem ratio cur ille dies religiose tolleretur desumpta ex Gen: 2 Capite, quia nimirum Deus ab omni opere illo die requieuit, & sanctificauit illum. Hoc est ut aliqui explicant interquos est Suarius de Religione tom 2. designauit in sua voluntate aliquando futurum sanctum ibidem etm Deut: 5 de eodem die habetur, & alia ratio affertur ob quam causam fuit solennis: Memento inquit quod ipse servieris &c ideo præcepit tibi ut serues diem Sabbathi, de hoc Sabbatho in plurimis locis lex fertur varia, Exod: 3. Exod: 16. Et ibidem ut se contineret domi & non faceret iter erat præceptum

In memoriam Creationis.

Iter Die Sabbathi

Quanti autem itineris fordiudicio lata fuerit non constat ex scripturis nisi quod Reuersi sunt Hierusalem Sabbathi iter. Probabile valde est quod dicit B. Cap 1°

Stadium vnum, passus 125

Hieronymus Epis: 151. Quæst: 10 Sabbatho iter fuisse spatium duorum miliuum pedum, quod paulo plus habet tribus Stadys: Stadium enim 125 passus habet. Et metem oliueti ab Hierosolima 4 fere stadys Brucardus tradidit, mile autem passus, quinque milia pedum continet.

Sabbathum fuit ante legem scriptam in obseruatione

Ex illo Genes: 2. vbi dicitur Deum benedixisse diei septimo, Colligebant quidam etiam ante legem Moysi Sabbathum fuisse in obseruatione: Quod sic ita est ergo non erat nouum præceptum Dei vel certe non est inferendum præceptis Decalogi illud quod dicitur memento vt diem Sabbathi sanctifices. Sed facilis est responsus. Quanquam potuerit fuisse illi dies celebris etiam ante legem scriptam, non fuit tamen lege seu obligatione sed more tantum & consuetudine.

Septenarius Numerus

Ex illo eodem loco genes: 2. vbi dicitur requieuisse die septimo frequenter sacræ literæ utuntur septenario numero pro perfecto numero. Hinc homines de quibusdam maculis septies expurgabantur in veteri lege. Similiter altaria vel parietes septies aspergebantur. Similiter.

Similiter Naaman Cyrus ex consilio Elisei septies est ablutus in Jordane. Vnde septies in noua lege significat quasi sepius seu complete. Nam hoc est quod dicitur Luce 7. Si septies in die inte peccauerit frater tuus &c. Similiter Matei 18. Non dico tibi septies, sed septuagesies septies, hoc est sepe etiam non semel & bis offenderet sed si etiam omnem sibi malitiam compleret. Et ex hoc septenario numero orta est apud Judeos quedam alia observatio circa septimum quemque Annum, qui vocabatur Annus remissionis, & incidebat in Solemnitatem tabernaculorum. Quo tempore legebatur liber Deuth: hoc est legis secunda Vt habetur Leuit: 25. Exo: 23 Exo: 31.

Septies significat sepius

Annus remissionis

Hinc item Annus quinquagesimus, qui incidebat in diem expiationis. De quo infra habetur eius mentio Leuit: 25. Qui Annus vocabatur Annus Jubilei, & erat ficus & figura sicut & ille prior gratuite remissionis & liberationis peccatoribus annuciande per Euangelium Jesu Christi.

Annus quinquagesimus vocabatur Annus Jubilei.

·II· Neomenia siue Calendarum.

Aliud festum erat apud Judeos Neomenia siue Calendarum seu noua luna, primus quippe dies cuiuscunq; mensis apud Judeos celebris erat, non quod in eo prinde ac in die festo cessaretur a operibus: sed quod eo die carnis sacrificijs solemnius Deus coleretur. Menses vero cum luna apud Judeos incipiebant, & cum eadem terminabantur. Vnde primus dies mensis apud Judeos erat idem qui primus dies lune. Erat autem hec ceremonia instituta in memoriam beneficij quod Deus guberna omnia inferiora. Inferiora enim hec quod videmus maxime subiacet lune, & variantur precipue secundum motum lune. Numerorū 28 describuntur Sacrificia quibus colere debebant Deum in Mensium exordijs. Tubis enim canebat tali die Vt habetur Num: 10 Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas (calende autem sunt primus dies mensis) Canetis tubis super holocaustis, & pacificis hostijs, & sint vobis in recordationem domini Dei vestri Hinc Dauid Psalmo 8 Buccinate in Neomenia tuba in signum Diei solemnitatis vestre.

In memoriam gubernationis.

Tali festo tubis canebant.

·III· Pascha.

Aliud festum erat apud Judeos Paschatis quia enim Passa Hebraice transitum significat. Festum illud appelatum est Pascha Vt triplicem sibi reuocarent illo festo rationem beneficij seu transitus. Primi quidem transitus quando Angelus domini in Egipto transiens domos hebreorum Agni sanguine signatas Egiptios primogenitorum cede funestauit. Item alius transitus quo ex Egipto interram promissionis transmigrarunt. Idem ingd alius quo mare rubrum traiecerunt Exod 12. Dicitur autem ibidem Pascha domini illud tem-

In memoriam liberationis ex Egipto.

illud tempus. Quod Tertulianus Irenæus Nazianzenus verbum Paschin respicientes putant dominicæ Passionis prædictionem fuisse. De eodem festo habetur Leuit: 23. Mense primo decima quarta mensis ad vesperam Phase domini est. Hoc est Pessa seu Passa seu denique Pascha.

Verbum Paschin significat pati.

IV. Solenitas Azimorū.

Eodem tempore erat Solenitas Azimorum Vt habetur Leuit: 23 Ideſt ergo feriæ &c. Agebatur autem septem dierum, in memoriam septem dierum quibus post immolationem & esum Agni Hebræi Azimos panes comedebant. Dies autem Azimi non omnes erant ita Solenes, vt in illis cessandum esset aboperé: sed hoc priuilegium Primus habebat & septimus. Habetur de hac re Exod: 12. Quæ autem fuerant sacrificia illis diebus iuxta legis per scriptum habetur Num 28 Secundus dies Azimorum hoc habebat peculiare quod legitur Leuit: 23 Altero die Sabbathi, id est die Azimorum 2do; nam primus dies quia festus erat & sacer Sabbathum vocabatur absolute, de quo verbo suo loco fusius.

In memoriam quòd panes Azimos comedebant

Deferebant ergo Judei 2do die Azimorum manipulos spicarum ad sacerdotem primicias scilicet Messis, Sacerdos q̄ vnum illorum in altare coram domino attolebat. Vt ipsi Deo cui offerebantur gratiè accepti essent. Et eodem die cædebatur Agnus Immaculatus.

Primitiæ Messis offerebantur

V. Pentecosten

Aliud festum erat Pentecosten De quo Leuit 23 Institutum in memoriam legis datæ diuinitus. Quinquagesimo enim die ab egresu ex Egipto legem acceperunt Judei vt colligitur ex scripturis Exod 19. scriptum est Mense tertio egressionis Israel de terra Egipti in die hac id est similiter tertia eiusdem mensis venerunt in solitudinem montis Synai. Quoniam si sumamus quindecem dies ex primo mense quo egressi sunt, qui quindecem dies debent numerari a decima sexta die eius mensis quo egressi sunt, & ex secundo Mense peregrinationis eorum si sumamus viginti nouem dies cum tribus diebus tercy Mensis, fient quadraginta septem dies, quibus si addantur alij tres efficient quinquaginta dies. Cur debemus addere tres? Respo. Cum dicitur mense tertio &c vt supra, venerunt in die hac in solitudinem Synai. Sensus est venerunt mense tertio egressionis sue tertia die mensis eiusdem. Ergo prouenerunt die quadragesimo septimo ad hunc locum. Numerando scilicet dies ab egressione sex decem. Et tertio die deinde sequenti Moyses legem accepit. Ergo data est lex die quinquagesimo.

In memoriam legis datæ

Numerus Dierum peregrinationis ad montē Synai ex Egipto

Quinquagesimo die egressionis lex data.

VI. Hebdomadarū

Eadem solenitas dicebatur Hebdomadarum. Quia ab altero die postpri-
mum diem festi Azimorum Computabantur dies seu Hebdomade septem plenæ; quæ efficient quadraginta dies. Et die statim sequenti habebatur Solenitas Pentecostes. Erat autem hoc festum de tribus illis, quibus omnes viri exlege Hieroſolimā cogebātr vt patet Deu 16

VII Tubarum

Aliud festum erat Tubarum De quo Leuit: 23. Mense septi-
mo Primo die

In memoriam liberationis Isaac.

Primo die mensis erit vobis Sabbathum memoriale clangentibus tubis & vocabitur Sanctũ. Hoc festum erat institutum in memoriam liberationis Isaac. Et ideo ille dies celebrabatur maribus Arietinis in memoriam subjecti Arietis in locum Isaac. Vel certe Tubis canebatur eo die ut excitaretur populus illo clangore ad alias celebritates illo ipso tempore venturas. Ille enim mensis magna ex parte nostro septembri respondens, magne in honore apud Hebreos erat quippe. Qui præter festum tubarum habuerint alias festivitates tres scilicet Festum Expiationis, festum Tabernaculorum, festũ cœtus sive Collectæ.

VIII
Festum Expiationis

Institutum erat in memoriam illius beneficij quod Deus propiciatus est peccato populi cõmisso in adoratione vituli, & quia dies hic erat institutus sacer a Deo ad peccata perpenitentiam expianda. Præterea præceptum erat ut tali die animas affligerint.

In memoriam remissionis peccati comissi in adoratione vituli

IX
Festum Tabernaculorũ

Festum Tabernaculorum erat. De quo Lex ℣ & nume: ℣g Peragebatur que diebus septem Erat solenitas seu celebritas magna, atq; vna ex illis tribus, in quibus omnes masculi Jerosolimam venire debebant, vt patet ex illis verbis Deuto Tribus vicibus apparebit omne masculinum per Annum in conspectu domini in loco quem elegit. In solenitate Azimorum, In Solenitate Hebdomadarum, In solemnitate Tabernaculorum. Ita festũ agebantur ad recolendum beneficium quo ex Egipti servitute exepti, per solitudinẽ deducti, Et quadraginta Annis in tentorys habitauerant. Et ideo per septem dies celebrabantur. Non tamen omnes illi dies erant festi & sacri, ne pauperes graventur tot dierum festorum numero. Quæ singulis illis diebus Victimæ debebantur describitur Numer: ℣g Præterea inhebatlex levi ℣℣ hoc quod sequitur. Sumetis q; vobis die primo fructus arboris pulcherime &c. Nimirum ut tali ceremonia diem illum cum letitia & incunditate obiret. Præfectorum arborum ramos in manibus gestantes, quo recordaretur se deserti solitudinem terram fertilẽ & uberem, & optimis arboribus abundantem translatos fuisse.

In memoriam quod 40 annis in tentorys habitauerunt

X
Festum Cœtus seu Collectæ

Festum Cœtus seu Collectæ. De quo levit ℣℣ Agebatur post septem dies tabernaculorum exactos. Dicebatur autem festum Cœtus seu Collectæ quia in eo colligebantur apopulo quæ erant necessaria ad impensas cultus Divini vt inquit Divus Thomas. Sive quia tunc colligebantur Eleemosinæ in vsum pauperum, vt existimat petrus comestor. Sive ut Tiranus putat quia tunc colligebant pecunia in vsum sacrificiorum vel aliorum quæ in templo fiebant: sive ut probabilius videtur Azorio Quia tunc populus colligebatur ad gratias Deo agendas precibus & sacrificijs, eo quod post longam peregrinationem tandem ad terram patribus promissam, omnes salui & incolumes pervenissent. Fery ergo Tabernaculorum Secundum

In memoriam beneficij quod ad terram promissionis salui & incolumes pervenisset,

Proœmium.

Secundum hunc autorem Anni peregrinationis in memoriam reuocationis.
Ferys autem Cœtus seu Collectę simul omnes recordabantur illius beneficij quando ab-
soluta & confecta peregrinatione simul omnes terram cum fumis votis expetitam, & sum-
precibus efflagitatam tandem aligrando obtinuerunt.

Continua Festiuitas

Erat præterea apud Iudeos quędam quasi continua festiuitas Iugis Sacrificij vt Colligitur ex Nume: 28. & 29 Quia quotidie mane & vesperi immola-
batur Agnus. Et hoc sacrificium representabat Duo. Primo. perpetuitatem Diuinæ be-
atitudinis. Item q3 Iesum Christum qui est Agnus Dei, pergel hodie ut dicit Stanly ad Heb: ultim

Omnium festorum figuralis ratio

Aliorum autem festorum figuralis ratio hæc est

Sabbathum significat spiritualem requiem nobis per Christum datam ut habetur ad Heb: 4

Neomenia Ponit nobis ante oculos illuminationem illam primitiuæ Ecclesiæ (quæ recte exprimitur per lunam vnde & in Canticis pulchrant luna) per christum & eius miracula facta.

Per Pascha exprimebatur nostrum Pascha.

Per Pentecosten Exprimebatur descensio Spiritus Sancti qui scripsit legem no-
uam in cordibus & visceribus hominum Vt Ieremias vaticinatus est Ieremię 31.

Per festum Tubarum Exprimebatur prædicatio Apostolorum.

Per festum Expiacionis Mundatio a peccatis populi quam communiter faciunt homines tempore quadragesimo.

Per festum Tabernaculorum Peregrinatio nostra in hoc mundo ex virtutibus in vir-
tutem proficiendo vt tandem aligrando ad festum Collectę sęc illius felicissime congregati-
onis omnium fidelium in regno cęlorum aligrando perueniamus.
Et ideo illud festum Cœtus seu collecta vocabatur sanctissimum.

Dies dati Ignis

Dies dati ignis de quo secundo Machabeorum Capite Primo ex lege Moy-
si non colebatur. Similiter dies Encæniorum seu renouationis Templi. Græcè enim Ἐγκαίνισον dicunt renouari. De hoc die habetur Joannis 10 Statutus est non a Moy-
se sed a Iuda Primi Machabeorum Capitè 4. In memoriam mundati & dedicati tem-
pli sub Antiocho Epiphano.

De Vestibus Sacerdotibus Extat Epistola Sancti Hieronymi ad Fabionem, Legatur.

Vltimum genus Cerem:

In Decalogum.

IV. Obseruationes

Vltimum genus Ceremoniarum in veteri lege positum erat inquibusdam obseruancijs, quæ eum populum quo ad conuersationem ab alijs populis distinguebant vt Deut 18 habetur Perfectus eris & absque macula cum domino Deo tuo &c. Tu autem à domino Deo tuo aliter institutus es, Vt ut accumulatim reliqua dicam Omnes ille obseruantiæ præcepta erat populo Israelitico, quatenus vel ad christum pertinebant eum alongè demonstrando, vel mores Christianorum futuras designabant. Omnia enim ut inquit Apostolus Prima ad Corint: Cap 10 contingebant illis in figura.

Si de porco & agno requiratur inquit D Augustinus lib 6 contra Faustum Capite 7 vtrumq; animal mundum est, quia omnis creatura Dei bona est. Quadam vero significatione Agnus mundus porcus immundus est, tanquam si stultum & sapientem diceres. Vtrumq; hoc verbum natura vocis, & litterarum, & syllabarum ex quibus constat mundum est significatione vnum est mundum, aliud autem immundum. Hæc Diuus Augustinus.

Omnis creatura Dei bona est.

Possunt autem aliqui per accidens quibusdam cibis inquinare seu polluere animam, ut proinde illi cibi per accidens non ex natura sua dicantur immundi. Nam si comedatur carnes contra obedientiam vel potum postulat anima, ac proinde eo die quo prohibentur carnes tales, possunt dici carnes respectu illius qui eas debet comedere cibus immundus per accidens. Item si comedantur carnes ex nimia concupiscentia. Tertio si comedantur tales cibi quæ præbeant fomentum luxuriæ &c.

Quilibet cibus non potest polluere animam ex natura sua nisi per accidens.

Cum ergo Deus præciperet Judeis quasdam obseruantias circa cibos præcipiebat generatim loquendo abstinentiam abillis ne se polluerint aliquo modo ex dictis, tum etiam ut eos ad omnem honestatem his crassis exemplis adduceret, hoc faciebat.

Figuralis ratio harum obseruantiarum multiplex erat. Nam animal mundum quod scilicet dimidit vngulam erat eis concessum, Vt ipsius discerent discretionem boni & mali. Ruminatio autem tali animali significabat scripturarum meditationem, & sanctarum earum intellectum. Mundus etiam erat piscis squammas penulas habens, quia per squamas austeritas vitæ; per penulas: contemplatio cælestium significabat.

Figuralis ratio obseruantiarum.

Et quia amictus corporis enunciat de homine vt dicitur Ecclesiastici Cap 19 Propterea voluit etiam Deus illum populum signo habitus distinguj a gentibus. Et ut cætera quæ hic seruabantur omittam. Faciebant Judei fimbrias Hiacinty nas inquatuor Angulis pallorum, vt per hoc se esse Judeos profitentur, simul tamen per has fimbrias Hiacinthinas reuocarent sibi in memoriam in omnibus operibus quibus homo tanquam veste circumdatus, spectandum esse cælestem intentionem.

Habitus Judaicus dissimilis alijs.

Concludo Ceremonias Vnica Ceremonia quæ habetur Deut: 22. Si ambulaueris per

Conclusio Ceremoniarum per exemplum.

Nota figura scripturæ sacræ

per viam, & inueneris Nidum auium non tenebis matrem cum filijs. Quid enim hoc nisi reuocatio ab immisericordia, ad quam nimirum quantum Iudei pretendebant. Quid preterea secundum figuram nisi quod in quibusdam scripturæ locis retinendi sunt sensus spirituales tanquam filij, Litera autem tanquam mater est relinquenda /

Queritur. IIII.

Diuisio præceptorum Iudicialium

Possent ne Iudicialia præcepta habere aliquam certam diuisionem?

Respondeo Ea omnia quæ ad optimam rempublicam administrationem pertinebant, quibusq; & familiæ gubernabantur & magistratus suo munere fungebatur, & priuatim quisque in suo officio continebatur, Iudicialia præcepta erant, quæ Diuus Thomas prima secundæ Quæst 104 Articulo 4. In quatuor partes seu membra distinguit iuxta quadruplicem ordinem quæ in Rebublica cernitur.

Quadruplex ordo in republica, seu

Primus ordo Principum

Primus enim ordo in Repub est Principum seu potestatum, qui comparatione inferiorum dicuntur Capita repub: Atque in hoc ordine resultat primum genus præceptorum Iudicialium in lege veteri, scilicet circa principum ac potestatum institutionem. Et quidem quod attinet ad antiquam & primam gubernationis in populo Israelitico formam.

Primum genus Præceptorum Iudicialium circa Principum institutionem

Sciendum est nusquam præcepisse Deum populo suo ut Regem eligeret & haberet, quanquã postea ad petitionem populi quasi indignatus eundem ipsis concesserit ut habetur primi Regum Cap 8. Non te (inquit Deus Samuelì) abiecerunt sed me ne regem super eos. Voluit ergo ab initio Deus illam Rempub: per Iudices & Sacerdotes administrari potius quam per Reges, nouerat enim nimiam Regum potentiam præsertim in illagente Iudeorum valde ad crudelitatem propensam, facile ad sæuiciam verti, & Reges ipsos a suis maioribus degenerari, ac Tyranos posse euadere Vnde Exo: 18. Ietro cognatus moysis ait Moysi Audi verba mea atque consilia & erit dominus tecum. Prouide autem de omni populo viros sapientes & timentes Deum. Et Num: 11 Dominus ipse dicit ad Moysen congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel quos tu nosti quod seniores populi sint ac magistri Et Deut: 1° Ipse moyses dicit Iudeis, non possum solus negotia vestra sustinere, Date ex vobis viros sapientes & gnaros.

Reges

Iudices

Deinde administrauit Deus hanc rempub: operè ac industriâ Iudicum. Iudices ideo dicebantur quia penes eos erat Autoritas, dicendi Ius & rempub: moderandi. Sed tamen modo iuxta ipsius datæ legis perscriptum, vnde eorum potestas nonerat arbitraria sicut Regum, sed in omnibus legem Moysi sequebantur, propter quod non vtebantur etiam Diadem:

Diademate aut Sceptro. Sed quanquam hæc ita se habuerint quo ad statum Civilem, tamen quod attinet ad statum Ecclesiasticum seu ad illis quæ ad legem vel religionem pertinebant semper erat vnus qui omnibus præerat, præsertim ab illo tempore quo cæperunt Hebræi ad formam populi redigi & gubernari legibus ac Magistratibus. Quod fuit post egressionem ex Ægipto, Tunc enim Moyses Aaronem consecravit Pontificem eiq; vni Sacerdotes omnes ac Leuitas subiecit vt passim in scriptura habetur. Ac deinde vsque ad christi tempora non defuit vnus princeps Sacerdotum, qui omnes Synagogas totius mundi gubernaret. Quod etiam ab ipsis met Hereticis concæditur. Sic enim loquuntur magdeburgienses Centuria Prima Libro Primo Cap 2. In Ecclesia populi Judaici vnus tantum erat lege Divina Sacerdos Summus quem omnes cogebantur agnoscere eique parere. Item præterea Calvinus in institutionum lib 4 Cap 6 Paragrafo 2 Debuit (inquit) ille populus Judeorum obsessus circumcirca ab Idololatris habere vnum Supremum Principem, qui omnes in vnitate conservaret, ne variis religionibus distraherentur.

vnus summus Pontifex qui omnibus præerat et ões Synagogas gubernabat

Ab hereticis conceditur ut esset vnus summus Princeps qui ões in vnitate conservaret

Conditiones Regis qui habebantur eligi habentur Deut: 17 Versu 18.

Conditiones Regis 2 dus

Secundus ordo in Repub: est Concilium, quibus necesse est ut sciant qualiter se habere debeant ut ordinate inter se viuant, atque ita leges veteris testamenti quæ circa hæc aliquid statuunt ad hoc secundum genus Judicialium præceptorum pertinet. Habetur quædam Deut: Cap 22 Non exceo Capite vnam tantum desumemus, eodem enim Capite sic est. Cum ædificaveris domum novam, facies Murum per circuitum tecti. Etenim Ædificia Judeorum testina domus habebant tecta plana in quibus deambulare, prandere, Cænare, ludere & saltare solebant Unde Christus dominus Matei 10 inquit, quod in aure auditis prædicate super tecta, Et Paraliticum effoso tecto per tegulas demissum legimus. Vt igitur omnes Casus omne periculum excluderetur statutum est ut tecta domorum per circuitum ex trecta muro fabricarentur.

Secundus ordo 2dus

Ordo Concilium

Vt ordinate inter se viuat

Ædificia Judeorum

Habetur lex Deut: 23 Non fenerabis fratri tuo ad vsuram sed alieno. Ex quo loco potest aliquis dubitare an sit illicita vsura, Sed respondetur ex hoc ipso loco (quanquam non ex isto solum colligi potest) esse illicitam vsuram: quare enim circa fratres prohibita fuit id est filios Israel. Illud enim verbum sed alieno intelligunt D Thomas quæ 22 de Malo art: vltimo. Et 2da 2dæ quæ 78 Arti 1° Cajetanus ibidem. Soto de Justicia libro 6 Quæs 1a art Primo ad 2dum, Et alij quos citat Covarruvias tertio Variarum resolutionum Cap 1° Num: 7 Non quasi filijs Israel permissa illa fuit erga

Dubium an sit illicita vsura

extraneos sive ali-

extraneos siue alienos tanquam licita, sed solum permissa fuit tanquam publicè impunita ad maiora mala euitanda, ne indeliret ex auaricie adquam ille populus multum erat propensus fratres suos oprimeret vsuris. Sicut etiam ex eorumdam Doctorum sentencijs, libellus repudij erat illis permissus ob duriciam cordis incerta Christi verba clarius permissa illis fuit vsura sicut nunc permittitur Meretricium quod cum natura pugnat, ad maiora mala vitanda. Et similiter intelligendum est illud quod in eodem capite dicitur, Non erit meretrix de filiabus Israel, neque enim permissio illa meretricij alienarum, quod argumento à contrario sensus colligitur, tanquam licita, sed tanquam impunito ad maiora mala vitanda esse facta. Quod si hoc non satis facit sequaris aliorum opinionem qui dicunt vsuram de illo capite esse permissam circa alienos id est hostes eorum qui terram habitabant promissionis: quam Dus illis concesserat, & circa quos cunq; alios cum quibus bellum iustum progressu temporis gererent, eo namque ipso quod fas est spoliare hostes bonis suis. Licitum quoque est mutuum illi dare cum pacto ut aliquid ultra contra sortem reddat, quando enim aliquod alunde est debitum licitum est ex Doctorum sententia mutuum dare cum pacto, vt insuper etiam illud reddatur quod debetur, quia non id iure non est accipere lucrum ex mutuo, sed mutuo occasione recuperare id quod sibi ex alio capite debetur. Ita intelligunt hunc locum Conradus de contractibus quæ 24 Joannes Medina de rebus per vsuram acquisitis quæ 2 & alij quos citat Molina tractatorum 2 Disputatione 34. Modo tamen non sit scandalum quod profecto non maius eo tempore erat quando filij Israel vsuras modo explicatas ab hostibus accipient quam quod terras eorum & bona vsurparent.

Quare permittitur Meretricium

Quando licitum est dare mutuum cum pacto

3tg Ordo, comparatione externorum.

Tertius ordo in republica est comparatione externorum, in quo iure resultat tertium genus præceptorum Judicialium quo ad bella cum hostibus, & quo ad susceptionem peregrinorum, circa externos habentur præcepta leuit: 17 leuit 24 Exodi 22 Exod 17 Circa bella leges feruntur Deut 20.

4tg Ordo, Familias

Quartus denique ordo est Patrum familias comparatione suorum domesticorum in quo iure resultat quartum genus præceptorum iudicialium legis veteris, quæ disponunt quo ad filios vxores & seruos. Et ita prohibebat lex Deut: 7 exgentibus vxores ducere, ne facilicet viri studio vxorum, vel econtra vxores operæ virorum à Dei cultu reuocarentur, nisi forte vxor Gethnica abiecto Idolorum cultu legem Judeorum profiteretur: sequebatur illis adiungeret, talem enim permittebat lex ducere.

Prohibebat lex Judeis vxores exgentibus ducere

Deut: 25

Deut 25 statuitur ut si quis nimirum primogenitus moreretur absque filijs uxore relicta, eam uxorem frater eius duceret, ut fratri mortuo semen suscitaret, ac promde ille filius primogenitus ex ea uxore relicta sic susceptus patris sui mortui filius censeretur & haberetur. Et nomine inquit fratris mortui vocabitur. Et ztum hoc concordatur locus Mathæi 1° versu 16 Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ. Cum illo loco qui habetur Lucæ Cap 3 versu 24 Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum 30 ut putabatur filius Joseph qui fuit Heli filius. Lex fratrum.

Quomodo autem Joseph est Heli filius ztum Lucam, cum sit filius Jacobi ztum Mathæu. Respondeo non meo arbitrio sed autoritate Sancti Justini Martiris ad Orthodoxos Quæs 66 Autoritate Eusebij lib 1° Cap 7 Hieronymi in Math: Cap 1° Ambrosij in Lucæ Cap 3 Augustini librum Retractationum. Eucherij Quæs 3 in Matheum. Damasceni lib 4 de fide Orthodoxa, Bedæ in Lucam, Theophilacti in Caput 3 Lucæ Jacobum fuisse patrem naturalem Josephi, & quod Jacobus illum genuit, Heli vero fuisse eiusdem Josephi patrem legalem, id est patrem iuxta illius legis sanctionem. Heli enim defuncto absque liberis Jacobus uxorem eius viduam accepit, & ex ea fratri suo filicet Heli mortuo semen seu filium suscitauit. Itaque recte hoc exprimit D. Matheus de Jacobo cum dicit Jacob autem genuit Joseph. Et Sanctus Lucas de Heli qui dicit, qui fuit Heli. quia enim non genuit Heli recte abstinuit D Lucas a verbo generandi, quia ille frater filicet Jacobus non sibi sed fratri mortuo Josephum genuerat. Recte idem Sanctus Evangelista dicit Joseph qui fuit Heli, id est qui ex lege pertinebat ad Heli tanquam ad patrem. Dubium Joseph vir Mariæ fuit filius Heli, an Jacobi?

Petes quorsum talis lex fuit. Respondeo Ne hereditates a familijs ad familias transirent, quæ debebant esse perpetuæ, ut dignosceretur non solum ex qua tribu sed etiam ex quo viro debebat nasci messias. Ratio quare talis lex fuit fratrum,

De pœnis in improbos constitutis habetur Deu: 25 Levit 21 & 20 Regū 24 & multis alijs Pœnæ in improbos

Hi sunt duo Cleri liue duplici a legis veteris præcepta interque si cui est dormiendum, speculando & excerpendo ea quæ usui esse possunt certe id vel maxime convenit illis qui a Clero Clerici nuncupantur. Profecto enim ut inquit D Paulus ad Romanos Cap 15 Quæcunque scripta sunt a nostram doctrinam scripta sunt. Optimè verò a Clero siue Sorte deducti sunt Clerici, nimirum ut quocunque cum quo sui nominis definitionem protulerint, nituntur esse quod dicuntur. Nam ut ait D. Clericos debet esse talis qualis dicitur.

Hieronymus.

Clerici de sorte dñi sunt.

Hieronymus in Epistola ad Nepocianum propterea vocantur Clerici vel quia de sorte sunt vel quia ipse dominus sors id est pars Clericorum est. Recte d illud Prophetæ Psal 77 ad Clericos derivari potest, divisit eis dominus terram in funiculo distributionis, quia non ipsi elegerunt Deum, sed prius electi sunt a Deo: non ipsi dilexerunt Deum, sed prius dilecti sunt, aversos ille convertit, errantes revocavit. Juventus est a non quærentibus, apparuit non interrogantibus, promisit illis hereditatem seu sortem Sanctorum non petentibus.

Honor Clericalis non in superbia

Oportet igitur dilectissime inquit ad initium ejus Epistolæ quam ad Joannem Episcopum Hierosolimitanum scripsit Clericalis honore non abuti in superbiam, sed custodia mandatorum Dei & observatione diligentissima hoc esse quod dicimur, si enim sacra scriptura loquitur Cleri eorum non prodesse eis: quæ arrogantia Clericatus condiscere nobis poterit, qui non solum cogitatione, sensu, sed etiam sermone peccamus.

Non debent gravari dignitatibus Clerici

Eodem modo Sanctus Rex: in comentario hujus loci dicitur inquit hoc d Ecclesiasticis quid enim eos nocere posit Episcopi vel presbiteri, vel reliquus ordo Ecclesiasticus cum magis gravantur dignitatibus suis. Et potentes potenter tormenta patiuntur.

Nota

Item quo d Hieronymus in Epistola ad Nepotianum Obsecro inquit te & repetens iterum iterumque monebo Ne officium Clericatus omnis antiquæ milicia putes, id est ne lucrum seculi in Christi quæras milicia, nec plus habeas quam quando Clericus esse cepisti, d dicatur tibi Cleri eorum non prodesse eis.

Clerici debent abstinere a negocys secularibus

Breviter debent Clerici quiescere inter medios Cleros, id est abstinere a negocis secularibus, hoc enim est dormire, d insignium hujus Ordinatio Clericorum fit in Sabbatho, quia sabbatum significat quietem. Unde Apostolus 2 ad Timo: Cap 2 Nemo militans Deo implicat se negocys secularibus, Status autem Clericalis est quædam milicia spiritualis.

Negotia a quibus debent abstinere.

Quæ autem sunt negotia secularia a quibus Clerici vel monachi debent abstinere, declaratum in Capite multa, extra ne Clericus vel monachus. Ubi sic dicitur ex Cone: Mogontino, Multa sunt negocia secularia: de quibus parca perstringemur, Atque pertinet omnis carnalis concupiscentia, quicquid plus justo homo appetit turpe lucrum est, Munera enim in misse accipere vel etiam dare pro aliquo seculari questu, contentiones, vel rixas, vel lites amare implacite secularibus disputare, excepta defensione orfanorum & viduarum. Conductores, aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi vel facti esse rioculatorem.

vel rócum secu:

vel cū secularem diligere, Ornatum inconvenientem proposito suo quærere, indecentes vi-
uere velle, gulam & ebrietatem sequi &c Ysaiæ de Clericis legantur apud Isidorum in
vita Clericorum. Et apud Nauarrum Capite 25. in Manuale. Et apud D. Hieronimum
in Epistola ad nepotianum, quæ in hac materia sufficiet.

Quæritur V.

Quid hoc nomine Columbæ intelligatur.

Ecclesia appellatur Columba propter similitudinem,

Respondeo. Intelligi secundum Glosam & secundum Antoninum locis Citatis ab initio, & insuper omnium Patrum expositionem Sanctam Ecclesiam Catholicam matrem omnium nostrum. Solet autem Ecclesia apelari Columba propter similitudinem quandam quam habet cum Columba & 2m. gemitu in amore. Vide D. Augustinus tractatu 121 in Joannem Ecclesiæ inquit Charitas (en amorem Columbæ) quæ per Spiritum Sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit, eorum autem qui non sunt eius participes tenet.

Quomodo Ecclesia remittit peccata.

Idem lib 3 de Baptismo Cap 18 remissio inquit peccatorum per orationes Sanctorum id est per Columbæ gemitus datur, vbi non est sensus hic quasi Ecclesia utatur tanquam instrumento per se accensio dato ad remittenda peccata per orationes Sanctorum, tale enim instrumentum sunt Claues Ecclesiæ in pœnitentia, sed dicitur remittere peccata orationibus sanctorum, quia scilicet impetrat hominibus qui sunt participes Ecclesiæ compunctionem & contritionem per orationes suas, quæ compunctio seu contritio disponit ad remissionem peccatorum. Et Capite 17 per orationes Sanctorum qui sunt in Ecclesia tanquam per Columbæ creberrimum gemitum, magnum geritur Sacramentum.

Quæritur VI.

Quid intelligatur illis verbis pennæ Columbæ deargentatæ

Quid significant pennæ deargentatæ.

Respondeo Sensum esse si abstinetis a negocijs secularibus (quod est dormire quod etiam diximus) totos vos deditis observationi mandatorum Dei, habebitis pennas Columbæ deargentatæ, id est sacræ Ecclesiæ diuinis eloquijs exuditæ. Juxta illud Psal. 11 Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum &c sonorum in prædicatione purgatum ab omni

Penna Ecclesiæ Charitas Dei & proximi

gatum abomni errore. Quæ vero pennæ sunt Ecclesiæ? ille nimirum de quibus Sanctus Gregorius in 3 Epistola ad Anastasium Episcopum Antiochenum sic enim ait. Corripitur accepisti pennas Columbæ deargentatæ, quæritis quas tam habetis pennæ quippe eius sunt Charitas Dei & proximi, per ipsas enim Sancta Ecclesia evolat; per ipsas terrena contemnit. & Paulo aliter Sanctus Bernardus sermone 4 de Aduentu, qui sic meminit. Dignum est in quit fratres ut tota deuotione celebrehis aduentum domini, delectabili tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflammati tanta charitate. Sint ergo fidei nostræ columnis pennæ nostræ deargentatæ, si dormire volumus inter medios cleros ideſt duos aduentus. Vt illam scilicet virtutis formam teneamus quam verbo & exemplo Christus comendauit presens incarne & Omnis itaque virtus nostra tam longe est a vera virtute quam longe est ab ea forma. Et omnis penna nostra ad nihilum valet sitem fuerit deargentata.

Magna penna paupertas

Magna quædam pœna est paupertas, qua tam cito volatur ad regnum cælorum, nam alys virtutibus promissio futurorum indicatur, paupertati vero regnum cælorum non tam promittitur quã datur. Videmus enim paupertes aliquos, qui si veram haberent paupertatem non adeo inuenirentur pusillanimes & tristes, sed hi sunt qui pauperes esse volunt eo tamen pacto ut nihil eis desit.

Omnes beatitudines sunt penne

Ibidem discurrit Sanctus hic doctor per cæteras Beatitudines, quæ sunt quasi penna quædam quibus volamus in cælum, & quomodo inquit mansuetudo hereditabit? qua ante hereditatem deficit, & si de corde procedunt nostræ lachrimæ quid debemus esse lugentes si beati esse cupimus, quomodo tam facile soluimur in risum, quandoquidem post illas tam facile consolatio vobis adhibetur, Non videbar esse hæ lachrimæ quibus consolatio diuina promittitur, quod si essent apud nos de nostris quidem peccatis, idem quod de alienis iudicium possemus videri exercere & esse iusticiam. Quod si misericordes esmus, si non possemus de terrena substantia: de cælestitate bona, daremus his qui forte contra nos peccare videntur indulgentiam, daremus dulce signum verbum bonum, quod est super datum optimum, Vt eorum mentes ad pœnitentiam prouocaremus quod fuere mundari desideraremus non irritamur, sed haberemus eis gratiam qui nostras nobis maculas demonstrauerunt.

Possimus videri & pacifici quando alios turbatos ad pacem reducimus, nisi nostra cõmotio si forte contra nos dictum, factumque videtur tardius vniuersis, difficilius quæ sedaretur. Deargentemus ergo pennas nostras in Christi conuersatione, imitemur quod possumus eum qui sic dilexit paupertatem. Vt quamuis in manu eius essent fines terræ, non habuerit tamen

Vbi capit

vbi caput acclinaret, ita ut legamus discipulos adherente ei fame compulsos spicas manibus confricasse.

Clericus debet habere pennas deargentatas

Addo preterea Clericos non solum debere habere pennas Columbe deargentate, sed etiam deberi esse pennas deargentatas columbe id est Ecclesie, ipsi enim debent subleuari a terrenis ad cel Ecclesia totam fidelium congregationem forma facti gregis 1a petri 5 Non solum Episcopi inquit D Petro: in Cap 2 ad Titum Presbiteri & Diaconi debent magnopere prouidere, ut cunctum populum cui president Conuersatione, sermone, a scientia precedant, verum etiam inferiores gradus Exercitet, Lectore, & omnes omnino qui domino Deo seruiunt.

Regula clericorum

Regulam omnium Clericorum optime describit Sanctus Apostolus 1a ad Timote Cap 3 illis verbis, Oportet Episcopum esse irreprehensibilem vnius vxoris virum, Sobrium, Prudentem, Pudicum, Ornatum, Hospitalem, Doctorem. Non vinolentum, non percussorem sed modestum, non litigiosum, non Cupidum, domui sue bene propositum. Hanc eandem regulam tradit scribens ad Titum Cap 1 licet in aliquibus verbis varietat, & licet videatur apostolus posuisse hanc regulam Episcopis, eadem nihilominus extenduntur etiam ad alios Clericos Secundum D. Gregorium, & D Ambrosium, de quo videndus est gratianus a distinc: 25 ad 48 inclusiue. Iterum ab 81 usque ad 90 inclusiue, de singulis verbis eius regule multum esset dicere, duo breuiter notabimus.

Liberos gignentem Ecta non suscipit.

Primo enim circa illa verba vnius vxoris virum, ad huc liberos gignentem Ecclesia non suscipit, sed qui ab vna continuit dicit Epiphanius Hereſi 59. Sanctus vero Chrisostomus Homil 2 de patientia Job dixit, inquit vnius vxoris virum non ea ratione ut id nunc in Ecclesia seruatur, oportet enim omnino in Ecclesia Sacerdotem ornatum esse.

Nota

Et Gregorius Nisenus lib de virginitate Cap vltimo Quomodo inquit Dei Sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum ut mensis offeres vncturs es, quomodo hec ipsa Deo offers qui legi non obtemperas prohibenti ne sacra impurus facias. Et si Deum tibi apparere aperis quid Cause est cur Moysem non audias, qui populis edicit ut à nuptijs puros sit, Multa sunt apud Patres de hac materia.

Clericis necessaria est doctrina quamor de causis

Nota 2do Circa illud verbum Doctorem. Magna quippe est necessitas doctrina in Clericitate, Sancta enim rusticitas ut inquit Sanctus Prevo: solum sibi prodest, & quantum ex vita merito edificat Ecclesiam, tantum nocet si resistentibus non contradicat. Multis an:

Proœmium

Multis autem modis iuuatur & promouetur res Christiana per doctrinam, nos tamen omissis cæteris utilitatibus doctrinæ Quatuor attingemus.

1° Ad vitandos errores circa Deum.

Primo igitur doctrina valet ad vitandos & redarguendos errores circa Deum, quomodo autem possunt aut vitari aut redargui nisi cognoscantur, non cognoscentes inquit Sapiens Sapien: Cap 13 quis esset rerum omnium artifex; sed aut ignem, aut aërem, aut Gyrum stelarum; aut aquam: aut Solem rectores orbis terrarum putauerunt. Vani ergo sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei, inquit idem.

2° Ad reducendum stultos in viam

Secundo vix est aliquid aliud (diuinam gratiam semper excipio) per quod stulti quorum infinitus est numerus in viam reducantur, præter doctrinam, de quo Sap: 6 Multitudo Sapientum sanitas orbis terrarum, & rex sapiens stabilimentum populi est.

3° Ad determinationem Iudiciorum

Tertio. Quia se facilius discutiuntur & determinantur iudicia: imo non possunt determinare iuste, nisi per doctrinam & sapientiam. Vnde dominus Deus ad Salomonem 3 Regum Cap 3 dicebat, quia non petisti tibi dies multos: nec diuicias aut animas inimicorum, sed postulasti tibi sapientiam, ad discernendum iudicium, ecce dedi tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens.

4° Ad bonum sui ipsius

Vltimo necessaria est doctrina, propter bonum sui ipsius, & subditorum suorum gubernationem. Vnde Salomon ait Sap. 8. habebo propter hanc claritatem ad turbis, & honorem apud seniores iuuenis. Acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur, me tacentem sustinebunt, & loquentem me suspicient, & in sermocinatione mea plura manus os meum imponent, præterea per has habebo immortalitatem & memoriam æternam, & proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuendum sciens quia mecum communicabit de bonis, & erit allocutio tedij mei.

Nota

Terribilis sententia contra indoctos Sacerdotes.

Terribilis vero est illa sententia Osee 4 quia tu scientiam repulisti, repellam ego te ne sacerdotio fungaris mihi. Et infra. erit sicut populus ita sacerdos, legatur illud Caput, & Malachiæ 2. Itaque ut concludam, si fuerimus probi & integri erimus penna Columbæ, si fuerimus docti erimus de argentata.

Quæritur se

Quæritur Septimo

Quid intelligatur per illa verba & posteriora eius in palore auri.

Respondeo. Divus Bernardus Sermone 61 in cantica hunc locum acomodat Christo & Ecclesiæ ipsius in hunc modum, faciem stantis, id est incomutabilem Dei claritatem quis videat & nisi qui introduci iam meruit non in Sancta, sed in Sancta Sanctorum, nec videtis tamen aut contemnenda posteriorum contemplacio. Contemnit Herodes ego tanto magis non contemno quanto magis se contemptibilem ostendit Herodis, habent etiam aliqui & posteriora domini quod videri delectent. Nunc dignationis suæ posteriora demonstrat aliis in gloria sua demonstraturus, sublimis in regno, sed suavis in cruce, utraque visio salutaris, illa in splendore, hæc in palore est, illa in sublimitate, hæc in humilitate, quomodo in morte non palescat? sed melius est pallere aurum, quam fulgere orichalcum, & quod stultum est Dei sapientius est homini. Hoc aurum semet ipsum decoloravit, abscondens faciem Dei, & formam servi præferens. Decoloravit & Ecclesiam quæ ait Cantic: 1° Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me Sol. Ergo & posteriora eius scilicet Ecclesiæ (hoc est homines qui adhuc peregrinantur in hac corruptionis mortalitate debet esse in palore auri) non debent erubescere fuscum crucis, ultionem passionis non debent horrere, dolorem vulnerum non debent refugare, ut tandem aliquando evadant in faciem Ecclesiæ illius triumphantis. Duplex visio

Breviter, nos qui Clerici nuncupamur à sorte domini, quia vel dominus est sors nostra, vel nos sumus de sorte domini, debemus nobis complacere in illa utilitate, in illa adiectione, in illis illusionibus & contumelijs, in quibus sibi complacuit dominus noster. Hæc est enim vera ergo Dei Charitas, aurum optimum & probatum sequi vestigia eius. In quo debent sibi complacere Clerici.

Debemus in foraminibus petræ cum Columba habitare, id est in vulneribus domini nostri Jesu, tota devotione debemus versari, & in gri devotione demorari, ibi invenie + mus pietatis thesauros, divicias bonitatis. Ibo inquit D. Bernardus & habitabo in petra, id est in Jesu Christi vulneribus, ero quasi columba nidificans, in humilitate foraminis. Ut cum moyse positus in foramine petræ, transeunte domino ibomisi ad illa referta celavia, atque ad admonitionem prophecij relinquam Civitates.

no merear saltem posteriora eius prospicere.

Conclusio

Eamus d nos cum D Bernardo, d nidificemus cum Columba, id est Ecclesia Christi, in vulneribus Christi domini, ex cludentes omnem superbiam perditam nou
super abundantem in sumptibus, omnes divitias per sufficien-
tiam quam describit sanctus Apostolus Epistola pri-
ma ad Timotheum Capite vltimo, habentes
alimenta d quibus tegamur.
his contenti simus.

CAPVT. II.

DE PRÆCEPTIS MORALIBVS

Hactenus de præceptis Veteris legis quæ vel religionis Diuinos cultus & Cæremonias continebãt, vel ad bonam reipublicæ administrationem spectabant egimus: Nunc superest dicendum de illis præceptis, quæ quia ad singulorum etiam & mores componendos ac formandos referuntur, Moralia vocantur. Quorum præceptorum rationem sic explicat D. Thomas 1 2æ quæstione 99 Artic: 2 Sicut humanæ legis principalis intentio est vt faciat amicitiam hominum ad inuicem, Ita intentio diuinæ legis est vt constituat principaliter hominem amicum ad Deum. Cum autem similitudo sit ratio amoris secundum illud Ecclesiastici Omne animal diligit sibi simile; impossibile est amicitiam hominis esse ad Deum qui est optimus, nisi homines efficiantur boni. Vnde Leuit: 19 Sancti eritis quoniam ego Sanctus sum. Bonitas autem hominis est Virtus quæ facit bonum habentem. Et ideo oportuit etiam præcepta Veteris legis de actibus virtutum seu de actibus humanis, seu de actibus moralibus (nam idem est actus humanus & actus moralis. Cum mores ut Ambrosius dicit in præmio super Lucam proprie dicuntur humani) dari. Hæc sunt Moralia præcepta.

Intentio diuinæ legis.

Triplex Actus

Quæritur Primo.

Quotuplicia sunt Præcepta Moralia?

Respondeo. Omissis quibusdam principijs notissimis ex quibus dam innumerabilia Præcepta particularia deriuantur (quare principium est illud bonum gaudemma agentes

apetunt, Malum quod omnia refugiunt. itemq; illud bonum appetendū Malum fugiendum)

Triplex est Præceptorum naturaliū ordo I

Triplex ordo est Præceptorum Moralium. Primus. Quæ seclusō quocunq; adiutorio diuinæ reuelationis, quia tā delucet non pertinet ad aliquid a nostris sensibꝰ, sēnotum statim modica adhibita cōsideratiōe cognoscuntur. Vt sunt illa. Honora Patrē tuum & Matrem tuam. Non furtum facies. Non patrabis homicidium. Falsum testimonium non dices & similia alia.

Quæ cognoscuntur a Sapientibus II

Secundus vero gradus est eorum quæ pertinent quidem ad Statum naturalem talem scilicet qui non indigebat speciali adiutorio diuinæ reuelationis, tamen requirunt maiorem inuestigationem ac prōde sunt talia ut circa ea eruditi mōdū rudiores aperti omnibus qui maiori solent iudicio. cuiusmodi est illud Leuitici 19 Coram cano capite surge, & honora personam senis. Annumerari etiam posset huic generi Præceptorum Vitatio formicationis simplicis, nisi homines præsertim gentiles propter innumera vitia adeo mente capti fuissent. Vt existimarent formicationem talem malam ac illicitam non fuisse propter quod scriptum erat illis ab Apostolis in illa verba Actorum 15 Visum est Spiritui Sancto & nobis ut abstineatis nos ab omni formicatione. Hoc enim præceptum natura integra ostendit sequendum esse, quanquam vt dixi natura corrupta in eo multum caligauerit, sed deformicatione postea sicut & de Polygamia.

Quæ indigent Diuina reuelatione. III.

Intercio gradu sunt Præcepta quæ indigent adiutorio diuinæ reuelationis, per quam scilicet reuelationem eruditamur de diuinis, et talia sunt illa Præcepta Exodi 20. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem. Non assumes nomen domini Dei tui in vanum, quæ ad primam Decalogi tabulam tinet. Sed notandum est ita ad hæc necessariam reuelationem Diuinam. Non quod sole lumine naturali ab aliquibus saltem non possint cognosci, sed quia communiter non possunt cognosci certo & definite, præsertim vero post statum naturæ lapsæ sine adiutorio diuinæ reuelationis, sicut & si lumine naturali ab aliquibus cognosci possit vnum esse Deum, tamen nec communiter ab omnibus, nec ita certo poterat cognosci hic Articulus, propterea de eo præceptum est Fidei.

Præcepta supernaturalia

Si autem loqui velimus de Præceptis moralibus at quæ simpliciter ac omnino homo indiget adiutorio diuinæ reuelationis, talia fuerit præcepta supernaturalia Fidei, Spei & Charitatis in statu innocentiæ, quanquam enim ante reuelationem diuinam nō certum erat homini quis tandem ultimus finis ipsius futurus esset, quæ ratio bene agendi quæ media ad finem istum consequendum, quicunq; ponere rectum ille a Deo, ac propterea necessarium erat ut ei reuelaretur a Deo ipsum creatum esse ad sempiternam beatitudinem quæ acquirenda erat per fidem in Deum per spem & Charitatem, tamen supposito quod homini hæc fuerunt reuelata, & supposito quod Deus promisserit illi suum auxilium ad finem sic præfixo. Sane lumen ipsum naturæ perscribebat ac docebat hominem Deo esse credendum in illo sperandum, illum exoto corde diligendum. Hæc ille leges de tali Fide, Spe & Charitate alia promulgatione egebant, vnde quod iam dixi supposita diuina reuelatione ad Præcepta iuris naturalis pertinebant.

Præcepta q̄ indigent diuina reuelatione

Lumen naturæ

Quæritur 2.

Quæritur 2do

Quænam fuerunt Præcepta Moralia post statum innocentiæ

Respondeo. Dissoluta natura per peccatum promisserat Deus Parentibus nostris & eorum posteris redemptorem, reductis illis quibusdam mediis ad hoc ut efficax esset redemptio illis talis venturis servatoris, hæc autem media erat lex naturæ, eademq; fuit in statu innocentiæ.

Promisso Redemptorem.

Itemq; præcepta supernaturalia de Fide, Spe, & Charitate variato non nihil eo quod ad fidem attinebat prætorea Deus revelavit illis hominibus quod fuerunt in peccato originali, ac proinde revelavit illis medium quo illud auferent. Itemq; revelavit illis quod proterunt cadere in multa peccata & tam mortalia, in quæ si incidissent ostendit illis debuisse adhibere pœnitentiam & contritionem ad talia peccata tolenda quæ omnia supposita revelatione & notitia peccati originis & remedij contra illud atque notitia quod id erat remedium necessarium, sicut & pœnitentia quod erat necessaria ad resurgendum a peccatis, tamen ipsa ratione censebat esse censenda, ac proinde si quod ad propositionem seu ad revelationem fuerunt supernaturalia, tamen supposita ratione fuerunt juris naturalis illius status, discedentibus vero temporibus, discedentibus hominum a Deo crescentibus q; peccatis, ab ignorantia circa naturalem ac divinam legem delegit sibi Deus populum in Abrahamo cui iterum mundi redemptorem de semine illius promisit, & licet alia quædam præcepta ac leges eidem populo tradiderit (reliqua gentilitate in illis præceptis de quibus paulo ante, ac modo plane diximus scilicet præceptis quæ data sunt dissoluta iam natura) ac per Moysen promulgaverit, præceptaq; tamen erant illæ leges naturales quas Deus Decalogi Præceptis ad summam quandam reductas sedeis promulgavit, seq; digito in duabus tabulis lapideis scripsit as perpetuis temporibus reliquit. Christus item in lege gratiæ servandas illas docuit ac perscripsit. &c.

Reuelatio peccati

Medium auferendi peccata.

Secunda promissio redemptorem

Naturalia Præcepta in lege nova ab Christo docuit

TRACTATVS

De Præceptis Decalogi

CAPVT. I.

Explicatur ratio Præceptorũ Decalogi.

Quæritur. I.

Quænam moralia præcepta ex illis tribus ordinibus supra explicatis pertineant ad Decalogum.

Sũma omnium quæ credenda sunt continentur in Symbolo postolorũ

Quæ petenda in Oratione Dominica

Quæ facienda sunt in Decalogo comprehẽ

Quemadmodum summa omnium quæ quilibet Christianorum tenetur credere in Symbolo Apostolorum comprehenditꝫ & similiter sũma omnium quæ a Deo petenda sunt, comprehenditur in oratione dominica, ita in Decalogo sũma omnium quæ facienda sunt exprimitur. Etsi enim vetus lex quantum ad cæremonialia & iudicialia expirauerit non tamen quo ad moralia, quæ pertinent ad legem naturæ, iuxta tres illos modos de quibus supra diximus qui communissimis quibusdam principijs quæ sunt fundamentis innituntur, scilicet illis: bonum est amplectendum, malum fugiendum. Ita q; quia præcepta Decalogi sunt præcepta moralia iuris naturalis, etiã in lege noua perseuerarunt, excepto tertio quantum ad Sabbathi obseruationem de quo postea.

Præcepta continent quæ bona, & prohibent quæ mala sunt.

Sunt autem decem præcepta Decalogi veluti speculum quoddam quod traditur Baptisato, vt intueatur quantum per fidem acceptum in bono proficiat, vel quantum ab illa via aberret, per quam Spiritus Sanctus in Baptismo acceptus ipsum deducebat, & qua vice vel quantum candidam illam vestem quam in Baptismo induerat maculauerit transgrediendo quod proiuserat: Hæc autem præcepta continent ea quæ per se bona sunt, & prohibet ea quæ per se mala sunt, ita q; tamen propter dictatum, propter hoc lex Euangelica non abrogauit ea sed perfecit, hinc est vt multa præcepta moralia in lege noua exprimantur, quam in lege veteri explicentur, in quo perfecta est lex vetus a noua: lex enim vetus repudium vxoris impune permittebat, noua tamen non item lex vetus ab extremis vsuras decipere at Exigere permittebat quanquam quomodo hoc intelligendum sit supra est explicatum, non tamen permittit noua, in lege veteri Nuptiæ cõmenda-

bantur, in lege no-

in lege noua originitas potissimum laudatur, in veteri lege multitudo ex eorum permixtione tabatur, non item in noua. Intra decem præceptis Decalogi includuntur omnia alia tam noua quam veteris legis moralia præcepta, item & illa quæ sunt prima & communissima omnium moralium actionum præcepta, quale est illud; bonum est amplectendum, malum fugiendum, includuntur in quam non quidem omnino directe, sed saltem aliquo modo, nam illa principia omnium moralium actionum communissime reducuntur ad Decalogum, tanquam principia ad conclusiones, quare enim verbi gratia furtum non est faciendum: non ne propterea quia est malum, Ergo qui dat præceptum de facto prohibendo illud, consequenter prohibet & malum, quod malum habendum est principium istius conclusionis non furtum facies, sic enim argumentamur, malum non est faciendum, furtum est malum. Ergo furtum non est faciendum, sed & dealijs sicut enim qui ponit parietes consequenter ponit et fundamenta, cum parietes sine fundamento stare non possunt, sic qui ponit conclusiones seu præcepta ponit & principia seu rationes præceptorum. Hoc etiam modo includuntur in Decalogo, tanquam principia in conclusionibus Præcepta de Fide & Charitate, quarilla præcepta sunt fontes & origo Decalogi, quare enim non est colendus Deus alienus: non ne quia Dns Verus Deus est diligendus & colendus &c Quare proximus non est occidendus? non ne propterea quia est diligendus, sicut homo diligit seipsum.

In Decalogo omnia Præcepta moralia noua & veteris legis includuntur.

Fides Spes & Charitas sunt fontes & origo omnium præceptorum.

Iam vero illa moralia præcepta quorum ratio non est manifesta per se sed solum sapientibus, sic illa moralia præcepta quæ in secundo ordine collocamus ex illis tribus ordinibus supra explicatis continentur in Decalogo, vt conclusiones in suis principijs, quia ratio cognoscendi talia moralia desumitur ex Decalogo tanquam ex principijs. Exempla horum modi præceptorum habentur, Primum Deuteron: Cap 18. His verbis, non inuenietur inter qui lustret filium suum aut filiam suam per ignem ducens, aut qui ariolo Scisitetur, aut obseruet somnia et auguria, nec sit maleficus aut incantor, neq; Pythones consulat, nec diuinos, vbi enim non propter aliam causam omnis superstitio diuinatio, incantatio & vana obseruatio prohibetur, nisi quia Deus vnus verus & non alienus est colendus. Tale est etiam præceptum illud Leuitici 24. De blasphemo deducendo extra castra & lapidando. Item illud Deut: 13 De falsis Doctoribus interficiendis: Quare enim talia præcipiebantur nisi quod nomen Dei est honorandum, & nec per blasphemias, nec per falsas doctrinas violandum.

Præcepta Dei ordinis continentur in Decalogo ut conclusiones in suis principijs.

Ex tertio præcepto deducta sunt omnia Cæremonialia ab ipso Deo eorum autore quibus succesit cultus Diuinus noui testamenti: quare enim illæ cæremoniæ erant instituta & quare sunt instituta in lege noua: non ne propterea quia Deus non tantum cultu interiori sed etiam exteriori, non tantum in obseruatione alicuius temporis certi sed etiam in obseruatione certarum ieiuniorum, quibus cultus Deo promouetur est deuerandus.

Ex tertio præcepto Decalogi omnes Cæremoniæ deductæ sunt.

Ex quarto præcepto De honore parentum. Deducuntur præcepta ad honorem & obedientiam exhibendam maioribus, & præcepta inducentia ad beneficia temporalia & spiritualia illis exhibenda. Item etiam minoribus vt præcepta inducentia ad caram quam parentes debent habere de filijs, vel Prælati de subditis.

Ex quarto omnis honor tam ad parentes quam ad præpositos.

Ex quinto præcepto deducitur quælibet machinatio contra personam proximi. Exempli

Ex quinto omnis Machinatio contra personam proximi

Est Le:

esi leuitici 19 Non stabis contra sanguinem proximi tui: Item& prohibicio ibidem Non oderis fratrem tuum corde tuo, sed publice argue eum.

Ex Sexto prohibicio omnis inuidicie carnalis.

Ex Sexto Precepto Deducitur prohibicio Meretricij Secundum illud Deut: 26 Non erit Meretrix de filiabus Israel, nec Scortator de filijs Israel: Et prohibicio diuj contra naturā Secundum illud Leuit: 18 Cum masculo non coniseris d diuj bestialitatis ibidem Cum omni pecore non coibis.

Ex Septimo prohibicio furt& d fraudis

Ex septimo Precepto. deducitur illud Deut: 23 Non feneraberis fratri tuo ad usur& d prohibicio fraudis secundum illud Deut: 25 Non habebis in sacculo diuersa ponderamina d minus: Et vniuersaliter omnia quā pertinent ad Calumniam d rapinam.

Ex octauo prohibicio omnis mendacij

Ex octauo illud Exodi 23 inuidicio plurimorum non acquiescas sententiā vt auero devies. Et ibidem prohibicio mendacij, ibidem est Mendacium effugies: Et prohibicio detractionis, non erit criminator nec Susurrarius in populis Leuit: 19

Ex nono d decimo prohibicio omnis concupiscentiā.

Illys duobus Preceptis vltimis id est non concupisces vxorem proximi tui, d illud. Et omnia quā illius sunt, non addetur vllum Preceptum seu non deducitur vllum Preceptum exillis ex-sacra Scriptura, quia in illis duobus Preceptis omnis mala concupiscentia etiam aliorum vitiorum prohibetur.

Dices. Non prohibetur ibi omne malum seu concupiscentia omnis vicij, sed tantū Concupiscentia vxoris d proximi Respondeo Propterea ibi specialiter prohibetur desiderium adulterij, d furti, quam aliorum viciorum, aut homicidij d aliorum huius modi, quia desiderium illius turpitudinis in natura corrupta secundum se magis est appetibille quam desiderium aliorum vitiorum, item& in natura corrupta quia magis est appetibillis illa utilitas nefaria quā proueni ex furto quam cetera, propterea istorum cupiditas in natura corrupta specialiter debebat prohiberi, exacta tamen speculando intentionem legis omnis cupiditas per illa duo precepta prohibita est.

Quā sunt magis appetibilia in natura corrupta.

Dixi quia hec magis sunt appetibillia, cetera enim in natura corrupta secundum se horribilia sunt magis quam appetibillia vt homicidium d falsitas quam proximus d veritas naturaliter amantur d non desiderantur contraria eismsipptr aliquidaliud.

Ista omnia directe in cluduntur in Decalogo.

Restat ergo. vt illa moralia Precepta proprie pertinent ad Decalogum (tam quam Precepta quā directe in cluduntur in Decalogo) quā super diximus contineri in primo genere moralium, illa minimum quā statim ex principijs communibus cognosci possunt, modica deliberatione adhibita, aut ex fide diuinitus infusa, voluit tamen Deus illa addere seu promulgare, quia in quibus dam hominibus (quanquā hi sunt pauciores) ita contingit humanum iudicium peruerti, vt etiam hec moralia precepta statim obvia non aduertant.

Obligatio Preceptorum trium Circumstantiarum

Obligant autem precepta tam circumstantiarum scilicet exiguitate materie, non sufficienti, deliberatione, aut amentione vt docet Tolletus d alij autores.

Quaritur 2do

Quæritur, II

Vtrum præcepta Decalogi sunt de omnib, actib, Vtum

Præcepta Decalogi sũt de omnibus actibus. Virtutum.

Divus Thomas Prima secundæ, quæst: 100: Articulo 2do Vt ostendat præcepta moralia legis esse de omnibus actibus virtutum, supponit primo quod antea Quæst: 90. Articulo 1. probauerat, legem ordinari ad bonum communem, & est breuis eius ratio, sicut enim humana ratio est mensura omnium aliarum actionum humanarum, ita etiam eadem ratio humana debet ipsa mensuram ab aliquo principio respectu omnium aliorum circa quæ versatur, tale autem principium est felicitas vel beatitudo quæ felicitas aut beatitudo alias vocatur finis ultimus, hanc enim felicitatem maxime humana ratio respicit. Rursus cum omnis pars ordinetur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, bonus autem homo est pars communitatis perfectæ, necesse est legem propriè prospicere, bonum tocius siue bonum comune.

Quem finem maxime humana ratio respicit

Regressus ad propositum dico Diuum Thomam supponere loco citato dupliciter nam quedam quæ copullatur felicitate supernaturali, illa minimum quæ consistit in acquisitione diuinæ visionis, alterum autem quæ copullatur felicitati quadam naturali ciuili, quæ in hoc consistit ut homines in pace inter se viuant: hoc ergo supposito dicit S Thomas Præcepta moralia quæ respiciunt primam felicitatem æternam scilicet, quia hominem omnino iustum ac rectum debent efficere & cum Deo coniungere, extendere se ad omnes actiones virtutum. At vero præcepta quæ respiciunt ciuilem tantum felicitatem extendere se tantum ad eos actus qui pertinent ad rationem iusticiæ, quæ est directiua, vel si ad alegeas alias actiones, videntur se ciuilia præcepta extendere, certe non se extendunt nisi subrationi iusticiæ.

Duplex felicitas

Et quia omnia moralia præcepta saltem reductiue ut videmus continentur in Decalogo, ideo etiam isto modo potest dici omnes virtutum actus contineri in Decalogo: Si vero non sint contrarij virtutibus ita ut sine illis Virtus esse possit, multum tamen iuuant ad perfectionem & facilitatem virtutis alicuius.

Dices Etiam in Decalogo videntur dari præcepta tantum de actibus iusticiæ. Ergo Decalogus sine lex diuina non differt ab hoc a lege Ciuili, quam diximus solam præcepta tuere stricte continere. Respondes Ideo in Decalogo magis videntur dari præcepta de actibus iusticiæ, quam de actibus aliarum Virtutum, imperfecta ratione debiti, magis illa ratio apparet debiti omnibus in actibus iusticiæ, quam in actibus aliarum Virtutum, magis enim quilibet cognoscit se abstinere debere ab offensa proximi, & Deum honorare, quia quod debeat vti prudentia fortitudine & temperantia &c.

Differentia legis Diuinæ a lege Ciuili.

Diximus autem ea directe pertinere ad præcepta Decalogi, quæ statim mens humana intelligit observanda, quamquam si euellit mereri aliquis per aliquod præceptum, oportet

Directe pertinet ad Decalogum ea quæ mens humana statim legib observanda

Ve ad eius actum

Virtutes quæ ad Decalogū pertinēt

Actum conseruat, ꝯ Prudentia, ꝯ fortitudo; ꝯ temperantia, ꝯ iustitia, loquendo secundum quasdam generales conditiones illarum quatuor virtutum, hæc enim ad omnium virtutum ab Aristot: attēdo perquirere Secundo Ethicorum Cap: 4. Nam ut aliquis faciat secundum virtutem, oportet ut operetur sciens, quia prudentia est recta ratio agibilium, deinde ut operetur eligens, scilicet non ex passione sed ex electione agat, passionibus refrenatis ꝯ hoc pertinet ad temperantiam.

Quæ obseruanda si quis nullū meretur per aliquod præceptū

Tertio Vt operetur propter debitum finem, hoc pertinet ad iustitiam late sumpta.

Quarto Vt operetur firmiter, ꝯ hoc reducitur ad fortitudinem late sumpta, dico late sumpta quia quatuor istæ virtutes. Prudentia, Iustitia, Temperantia, ꝯ Fortitudo Secundum quæ ꝯ determinantur ad materias speciales, una quæ ꝯ ad unam, ni qua principaliter laudatur sunt inter se distincta vt docet Sanctus Augustinus libro primo de moribus Ecclesiæ Cap: 15.

Non est transgressor legis qui aliquid facit sine virtute aliq

Dixi quantumcumque aliquis mereri per aliquod præceptum dei. Nam ad hoc quod aliquis condiciones necessario adhibende sunt ad omnem actum præcepti, ut sit meritorius non tamen transgressor est est præcepti, qui in suo actu aliquem hilarem adhibet, illud enim directe cadit sub præcepto legis, ad quod lex cogit, ꝯ actus autem legis est per quem ꝯ pena Vt dicitur 10 Ethicorum Cap: Vltimo. Nam illud proprie cadit sub præcepto legis, per quod pena legis infligitur, ad instituendam penam.

In quo differt lex Diuine a lege humana.

Aliter se habet lex diuina aliter humana lex; Non enim pena legis infligitur nisi propter illos de quibus legis lator debet iudicare, quia ex iudicio lex sumit. Homo autem qui est legis lator humane, non de exterioribus actibus, quia homines videntes ea quæ parent. Vt dicitur 1 Regum Cap: 16. Sed solius Dei est, qui lator est legis diuine iudicare de interius vicijs moribus voluntatū, Secundum illud Psal 7 Scrutans corda ꝯ renes deus. Secundum hoc igitur dicendum est quod modus virtutis qui in illis conditionibus consistit, quantum ad aliquid respicitur a lege humana ꝯ diuina, quantum ad aliquid autem a lege diuina ꝯ non a lege humana, quantum ad aliquid vero nec a lege diuina, nec a lege humana, nam ut aliquis operetur sciens hoc est prudenter requiritur a lege diuina ꝯ a lege humana, quod contingit aliquis facit per accidens facit.

Duplex modus inferior

Secundum autem est ut operetur volens siue eligens, ꝯ propter hoc eligens non propter aliud in quo ponitur duplex modus inferior, scilicet voluntatis et intentionis, ꝯ ista duo non diiudicat lex humana, sed solum lex diuina; Lex enim humana non punit eum qui vult occidere ꝯ non occidit, punit autem cum lex diuina, Secundum illud Math: 5 Cap: qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.

Duplex habitus virtutis

Tertio denique ut operetur firmiter ꝯ immobiliter scilicet ex habitu virtutis radicate vel in gratia. Vel quantum ad hoc etiam quod ꝯ non est transgressor præcepti qui actum alicuius præcepti non fecerit; non ex tali habitu quod semper accidit illis qui sunt in peccato mortali, et tamen seruant præcepta vt possunt, illi enim non transgrediuntur præcepta, si non habeant habitum illius virtutis, quia illum amittunt per peccatum mortale in quo sunt vt suppono Et hoc est quod dicit Tolletus tō 4 Cap: 12 Numero 2, Ista prā:

19.

Præcepta non obligat hominem ad finem tantum ad media.

Ista præcepta non obligare hominem ad finem præceptorum qui est Charitas, seu ad talē actus qui nos disponunt ad Charitatem: Observandum enim est, intentionem esse legis latoris de duobus, duō esse enim quasi fines, quem intendit, & ad quem præparatur & nullo nos inducere p præcepta legis. Illud est id per quod nos vult deducere ad talem finem, & hæc sunt ipsa præcepta legis, non enim idem est finis præcepti, & id de quo præceptum datur: quia finis præcepti ut inquit S. Paulus 1 ad Timot: Cap: 1 Est Charitas, id autem de quo præceptum datur est quod nos disponit ad Charitatem vel acquirendam, vel conseruandam. Præcepta autem non obligant ad finem sed ad media quā ducunt ad finem.

Finis præceptorū Charitas.

Media, ad quæ præcepta obligant.

Quæritur III

Quomodo distinguantur Præcepta Decalogi:

Distinctio Præceptorum.

Quamuis Consentiant omnes præcepta Decalogi decem fuisse, quod & nomen ipsum decalogus ostendit, & constat tam ex verbis Deut: 10 & Deut: 4. tamen in distinctione eorum, non omnes consentiunt, sed omissis aliis opinionibus conuenientissimus præceptorum decalogi ordo in hunc modum colligitur a Molina trac: 5. de disputatione 56. Quem ad modum inquit humanæ leges hominem ordinant ad cōmunitatem reipublicæ humanam q̄ sub aliquo Principe, ita præcepta Diuina ordinant eundem hominem ad communitatem humanam sub Deo: at vero id in una quaque communitate ut rectus fit ordo, duo debent considerari. Primo respectus ad Principem, 2do vero respectus ad eos qui sub tali Principe viuunt.

Humanæ leges ordināt hominem ad cōmunitatem Reipub:

Diuina præcepta ordināt ad cōmunitatē sub Deo

Principi vero debetur tria, Fidelitas, Reuerentia, ac Famulatus; Fidelitas in eo cernitur, ut honor principi debitus alteri non tribuatur. Atque quo ad hoc Primum præceptum ādhibetur Non habebis Deos alienos coram me, id est honorem ac cultum mihi debitum alteri non tribues; quo fit ut præceptum sit negativum: Vnde in Catechesmis Ecclesiæ pomi non debet præceptum primum decalogi sub hac forma Diliges dominum Deum tuum (illud enim præceptum est fundamentum omnium præceptorū decalogi) sed sub hac forma non habebis deos alienos.

Quæ debetur Principi 1° Fidelitas

Reuerentia autem in hoc cernitur, ut nihil inuriosum nouum fiat: & quo ad hoc adhibetur 2dum illud præceptum. Non assumes nomen domini Dei tui in vanū.

2° Reuerentia

Famulatus vero debetur Principi in recognitione, & quasi in recompensatione aliquorum beneficiorum ab eo acceptorum. Et quo ad hoc adhibetur tercium præceptum de observatione Sabbathi, in memoriam beneficij creationis, quod præceptum in veteri lege experte erat morale seu naturale, sed simpliciter erat cæremoniale, morale quidem catenus quatenus iure naturali Deo famulatus cultus q̄ aliquis externus debetur; quatenus vero erat cultus determinatus ad observationem Sabbathi in memoriam beneficij creationis (quod beneficium fundamentum est cæterorum omnium

3° Famulatus

Præceptum de observatione Sabbathi fuit morale & cæremoniale:

præceptorum) est cære:

Obseruatio Dei dominici

est cæremoniale: quod proinde morte christi cessauit sicut & alia cæremonialia præcepta veteris legis, atq; ex Ecclesiæ statuto, de consecratione Distin 3 Cap 1 mo obseruatione dei dominici. obmemoriam longe excelentioris beneficij gloriosæ resurrectionis Jesu Christi, post redemptum genus humanum meritò inter Christianos transiuit.

Quare præceptū de obseruatione Sabbathi positum erat inter præcepta Moralia

Quamuis autem præceptum illud de obseruatione Sabbathi ut dictum est, cæremoniale fuit, oportuit tamen illud inter præcepta Decalogi quæ ad honorem Dei pertinent annumerari, quatenus & cultus iure naturali Deo debitus ex parte hoc præcepto adhibetur, & quatenus in ea die ad Dei cultum dicaba, singulis quæ hebdomadibus repetenda, populus Dei in illis quæ ad cæteros præceptorum & consiliorum obseruationem; & in illis quæ ad finem attinebant præcipue erudiri debebat, & quatenus in eo die magis quam in alijs cultus Deo erant exhibendi.

Et hæc sunt quæ seruari erga Deum tanquam ultimum finem suum & tanquam principem totius communitatis. debemus

Dehonore Parentū

Jam vero comparatione eorum quibus cum homo sub Deo viuit & conuersatur, duplex ordo cernitur, Vnus peculiaris ad parentes a quibus esse atq; educationem accepit, quibus proinde plus quam alijs astringitur, & ita parentum comparatione illius 9i decalogi præceptum insurgit Honora Patrem tuum & matrem tuam. Alius vero ordo est generalis ad omnes cum quibus vnit & conuersatur, in quo ita se habere debet vt nulli eorum nocumentum inferat nisi, neq; opere neq; ore, neq; corde, non opere Siue quo ad personam illius, & quo ad hoc adhibetur Quintum præceptum. Non occides. Siue quo ad personam illius coniunctam ad prolis generationem. & quo ad hoc est Sextum præceptum Non mechaberis. Siue quo ad bona eius externa & ita exurit Septimum præceptum, Non furtum facies. Ad prohibendum nocumentum oris adhibetur præceptum octauum Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.
Ad prohibendum vero nocumentum cordis adhibetur Nonum Non desiderabis uxorem &c. Et quo ad alias res externas adhibetur Decimum Non concupisces domum proximi tui.

An potest peccare contra Duplex præceptū qui concupiscat & furatur

Petes Pecat ne contra duplex præceptum ille qui concupiscebat furari, & de facto furtum facit, videturenim peccare quia aliud est præceptum. Non furtum facies, aliud præceptum non concupisces rem proximi tui, quod si ita est certe qui venit ad confessionem debet dicere Pater non solum abstuli sed & concupiscebam auferre, quod videtur onerosum ne dicam absurdum.

Responsio Sicut voluntas homicidij reducitur ad homicidium, & eiusdem est speciei cum homicidio ac proinde quando prohibetur homicidium; prohibetur voluntas eius; sicut eadem voluntas falsum ferendi testimonium, reducitur ad falsum testimonium, est q̄ cum eo eiusdem speciei.

Ac proinde

Ac proinde prohibetur talis voluntas præcepto de non occides, sic 9 & 10 præceptum ad 6 & 7 reuocantur, transgressiones q̃ille eiusdem speciei sunt, cum transgressione sexti & Septimi præcepti. Vnde non constituunt peccata diuersa duo, sed unum completum ex actu interiori & exteriore, unum minus quam vel contra sextum vel septimum præceptum.

Petes 2do. Quare ergo Deus ista posuit duo expresse in præceptis. Non concupisces uxorem proximi tui, & non domum. Si reuocantur ad ad superiora desurto vel adulterio. Respo. Posuit Deus illa præcepta duo propter quosdam crassos homines, boleos eos docere non tantum ipsum factum, sed etiam voluntatem seu desiderium furti aut adulterij, quod à ratione distabat esse peccatum, & quamuis non tantum furti aut adulterij sed etiam aliorum dictorum concupiscentia prohibeatur. Habuit tamen Deus rationem quare specialius illas concupiscentias quam alias exprimeret ut supra diximus, in quibus nihilominus eadem iudicium voluit a nobis formari de aliorum dictorum concupiscentijs. Cum sit par ratio de voluntate unius rei illicitæ aut duarum, & de voluntate cæterarum rerum illicitarum. Ad extremum illud quod & Tolletus libro 4 Cap 12. Licet alij ponunt plura in prima tabula ita explicandum est ex D. Thoma Prima 2dæ. Quæ 100 Articulo 4. Licet Hesichus in Caput Leuit: 26 distinguit quater præcepta pertinentia ad Deum, seu præcepta primæ tabulæ, illeenim primum contineri in illis verbis. Ego sum dominus Deus tuus: Secundum. Non habebis Deos alie: Et sic etiam distinguit hæc duo præcepta & Hieronymus in Cap: Osee 10.

Tertium vero præceptum esse dicit Non facies tibi sculptile ut adores illud. Quartum Non assumes nomen dñi, &c. illud enim mento ut diem Sanctifices Sabbathi. Hesichius non vult poni inter præcepta decalogi, quia est cæremoniale. Præcepta autem decalogi sunt Moralia & non cæremonialia. Sed opinio Esichij (quantum ad illud, Memento ut diem &c) est singularis, & contra omnium Scolasticorum sententiam, & cõmunem dum loquendo in his præceptis.

Addit vero Tolletus. Sed quod diximus uideretur probabilius, id est tria tantum præcepta pertinere ad primam tabulam, id quod ostensum est ex Molina in illa distributione præceptorum Dei in duplicem ordinem, qui spectatur in una quaq; communitate, scilicet ut primus habetur respectus Principis 2dæ eorũ qui sunt sub Principe.

Italias docet Sanctus Auguſt: Tomo 4 Quæſt: 71 in Exodum. Tria tantum præcepta pertinere ad primam tabulam, illeenim illud Non habebis Deos alienos, illud non facies tibi sculptile, ponit sub uno præcepto: dicere autem ego sum dominus Deus & dicere non habebis Deos alienos, eiusdem sunt rationis, & docet D Thomas Prima 2dæ Quæſt 100 Articulo 4. quia scriptum est Matei 7. Nemo potest duobus dominis seruire, si ergo Deus unus honorandus est tanquam dominus, id est qui de se ait Ego sum dominus. Consequenter non sunt habendi alieni. Vnde illud Ego sum dominus, potius videtur esse ratio seu fundamentum illius: Non habebis Deos alienos, ac proinde non facies tibi sculptile ut adores illud. 2dum præceptum erit illud non assumes

nomen dñi.

Quare expresse sũt posita duo præcepta de Concupiscentia.

ratio

Heselius ponit 4 præcepta in prima Tabula

De observatione Sabbathi præceptum dicit esse Cæremoniale nõ Morale

Tolletus probat tantum tria pertinere ad primam Tabulam.

Et Sancti Augustini eadem Sententia.

nomen domini Dei tui in vanum. 3tum Memento ut diem Sabbathi sanctifices

Obicies Videtur quod inconvenienter præcepta decalogi numerentur: Peccatum enim ut docet D Ambrosius est transgressio legis Diuinæ & cælestium mobedientia mandatorum. Sed peccata distinguuntur per hoc quod homo peccat vel in Deum, vel in proximum, vel in seipsum. Cum igitur in præceptis decalogi non ponatur aliqua præcepta ordinantia ad seipsum, sed solum ad Deum, vel ad proximum, Videtur quod insufficiens sit enumeratio præceptorum decalogi.

Quare non est præceptum de dilectione sui ipsius

Respondeo. Cum Diuo Thoma Quæ 100 Art 5 duplicatur, primo quia Præcepta decalogi referuntur ad præcepta dilectionis, tanquam fundamenta & principia ad fines suos fuit autem dandum præceptum de dilectione Dei & proximi, quia quantum ad hoc lex naturalis obturata erat propter peccata. Nonerat autem lex naturalis quantum ad dilectionem sui ipsius & præterea quia dilectio sui ipsius includitur in dilectione Dei & proximi.

Amor sui in quo cõsistit

In hoc enim homo se uere diligit, quod se ordinat ad Deum & ad proximum, & propterea de dilectione sui ipsius non erat dandum præceptum.

Respondeo 2dõ. Diuus Thomas ita. Præcepta decalogi sunt illa quæ statim in mentem populi cadere possunt, id est præcepta moralia facillima; præceptum autem habet rationem debiti, quod autem homo ex necessitate debeat aliquid Deo vel proximo, hoc facillime concipit homo & præcipue fidelis. Sed quod ex necessitate debeat sibi hoc est ordinem in illis quæ pertinent ad ipsum hominem, & non ad Deum vel ad proximum, hoc non ita in promptu appareret. Videtur enim primo quod quilibet sit liber in his quæ ad ipsum pertinent. Et ideo præcepta quibus prohibentur in ordinationes hominis ad seipsum pervenerunt, ad populum mediante instructionem sapientum. Unde non pertinet ad decalogũ sed tantũ ut conclusiones ad principia

CAPVT II

De primo Decalogi præcepto.

De præcepto colendi siue hõrandi Deum

quod est primum decalogi, expressum illis verbis Exod: 20. Ego sum dominus Deus tuus. Non habebis Deus alienos coram me. & non facies tibi sculptile ut adores illud. Ista omnia pertinent ad unu præceptum &.

Quæritur I.

Quid nam hoc Præcepto præcipiatur?

Respondeo. Cum Tolleto libro 4. Cap. 12. Præcipi latriam seu adorationem Dei, ad quam necessaria quidem est cognitio excellentiæ & maiestatis diuinæ, quia voluntas non se subdit nisi cognoscat excellentiam ejus cui se debet subdere: Consistit tamen adoratio non in illo actu cognitionis, sed in actu internæ voluntatis, quo homo Deo ut tali se subiicere debet id quod actu exteriori, verbi gratia genu flexione exprimit, ni tantum enim ille actus exterior ad adorationem pertinet, in quantum ab exteriori procedit, alias esset illusio. Hoc igitur præcepto præcipiuntur ea quæ ad religionem pertinent, siue actus religionis.

Præcipitur Cultus Latriæ.

Adoratio consistit non in actu cognitionis sed in actu internæ Voluntatis

Quæritur II

Quid hoc loco nomine Religionis intelligatur?

Religio

Respondeo. Nomen religionis accipi potest dupliciter. Uno modo ut significat eam virtutem moralem qua iustus debitus honor cultus ue Deo tribuitur, secundum quæ primum & summum debitum quod in homine nasci potest respicit, hominem sibi inclinat, ut illud quantum fieri potest, suo autori exhibeat.

Nomen religionis Dupliciter accipitur

Altero modo. Ut significat statum & vitæ conditionem multorum hominum speciali modo & regula Deum colentium. Primo modo in præsentia religionem accipimus, quæ quid sit ut intelligatur explanandum est in primis nomen ipsius. Unde nimirum illa virtus dequa modo modo diximus dicta sit religio. Aliqui religionem dictam putant a verbo relinquo. Ut nimiram illud religiosum dicitur, quod propter Sanctitatem aliquam remotum est ac separatum a communi usu: unde religio quasi accio quædam seu virtus separans homines a communi usu & præcipiens opera singula vitæ erga Deum.

Unde hoc nomen Religio Deducitur.

1° a verbo relinquo

Et hanc Etimologiam adfert Rufus Grecus libro 4 Rethicorum Noctium Cap. 4. sed est nimis remota, probabilior est illa quam habet Cicero lib: 2. de natura Deorum, & sequitur eum Isidorus libr: 10 originis litera R. nimirum religionem deductam esse a verbo relegendi, quia ea quæ ad Dei cultum pertinent, iterum atq; iterum relegenda sunt seu recogitanda iuxta illud quod etiam in lege diuina. Prouerbiorum Cap: 3 Præcipitur a Salomone In omnibus vijs tuis cogita illum, ipse dirigat gressus tuos. Ciceroni verba hæc sunt Qui omnia quæ ad Dei cultum pertinent retractarunt & relegerunt, qui dicti sunt religiosi a relegendo.

2° a verbo relegendi

Sed huic spectemus vocum alusionem & propinquitatem, sine manus ipsum religioni maxime veri simulis est sententia Lactancy lib 4 de sapientia Cap. 28 Deducentis religionem a verbo religandi. Hac in quit ille conditione gignimur & generamur, ut Deo iusta & debita obsequia præbeamus, hunc solum nouerimus, hunc solum

3° a Verbo religandi.

sequamur, hoc vinculo pi

pietatis obstricti Deo & religati sumus. Vnde ipsa religio nomen accepit.

Lactancy sententia aprobata.

Lactancy sententiam aprobarunt Divus Hieronymus circa illa verbi Amos 9. qui edificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Et Divus Augustinus lib: de vera religione Cap: Vltimo. In hoc tamen Divus Hieronymus differt a Lactantio quod Lactantius vult esse religionem dictam quia ipsa homines Deo ligat. Divus vero Hieronymus sic eam apellat, quia ipsos homines Deum colentes inter se ligat, & quasi in vnum congregat ad colendum Deum. Et ideo agit gregem illustrium seu electorum appellari fasciculum quod vna religione conserctus sit.

Hæc expositio est quidem accomodatissima ad eam significationem, qua vox religio pro statu religionis accipitur, non est tamen primeua sed derivata, vnde melior est Lactancy.

Dignitas naturæ rationalis

In summa, cum natura rationalis tanta sit nobilitatis, vt per se dex di sua originis ad vnum Deum ut ad finem ordinetur, ideo quasi per Antonomasiam soli Deo naturaliter obligata censeretur: Merito ergo illa virtus quæ ob vinculum per voluntariam electionem confirmat, religio dicata est. Merito item illa ratio viuendi & colendi Deum, specialis quæ nouum viculum votis superaddit, nomen religionis simpliciter dictum ferre iam sibi usurpauit in Ecclesia.

Religio ligat hominem Deo

Cur autem hoc ipsum naturale vinculum subiectionis rationalis creaturæ ad Deum dicatur, locius ratio quam ligamentum. D. Thomas subtiliter opusculo 19 Contra impugnantes religionem explicat his verbis. Religio iterata ligationem importans ostendit ad illum aliquem ligari, cui primo coniunctus fuerat, ab eo distare incipit, & quia omnis creatura prius in Deo creatitit quam in se ipsa, & a Deo processit. Et tunc quodam modo ab eo distare incepit secundum essentiam per creationem, ideo rationalis creatura ad ipsum Deum debet religari, cui primo coniuncta fuerat, aut æquum esset, & sic ad locum vnde exeunt flumina reuertantur.

Sacramenta religant nos ad Deum.

Quibus autem rebus homo ad Deum religetur. Explicat D. Bernardus libro de natura & dignitate Diuini amoris Cap: 15 dicens. Corporalibus religamur Sacramentis, ne a Deo discedamus. Vnde etiam a religando Religio dicitur.

Et quoniam in diuino culto maxima cura adhibenda est, & illa cæteris curis preferenda, ideo translata est vox Religionis ad significandam quandam maximam anxietatem in aliqua re agenda. Vnde illud Pamphili apud Terentium. Dignus es socio cum tua religione, id est cum tua solicita diligentia, tremore, scrupulo, quemodus loquendi frequens est apud Ciceronem cuius enim sunt illa. Religionem mouere esse religiosum, id est rem debito conscientiæ, intellexisse enim suo modo videntur etiam Philosophi Tremore conscientiæ ad cultum Dei aliquo modo pertinere & econtrario contra conscientiam agere, nihil aliud esse quam Deum offendere.

Descriptio religionis

Ex dictis Religionis vt hic de ea agimus, hæc breuis descriptio auferetur a Tostato Cap 36 Dubitatione prima de religione. Religio est virtus quæ debitum cultum Deo tanquam primo rerum omnium principi exhibet, sicut enim hominibus

ob potentiam

Potentiam, Sapientiam, & Virtutem & cuiusuis perfectionis excellentiam debetur quidã cultus seu honor, quo illam eminentiam, Cum quadam nostri demissione testemur ita Deo obsingularem & infinito excellentiam in omni genere perfectionis quæ habet Deus est seu ut primum principium, & supremus rerum omnium dominus, debetur quidam singularis honor veluti quoddam tributum a creatura rationali, quo ipsius infinitã maiestatem, & suam subiectionem, suum nihilum seu in omnibus rependentiam (quia reuera non ex nobis sumus, nihil habemus, sed quidquid sumus & habemus Deo est a: Deo assiduè penderet) tum actu interiori implicito vel explicito, tam etiam actu exteriori qui est signum interne submissionis protestetur, nam ut ait D Augustinus lib 10 de Ciuitate Cap 5. Sacrificium visibile in visibilis Sacrificij Sacramentum est tam id est sacrum signum; Mediate vero est signum diuinæ excellentiæ, & dependentiæ rerum ab ipsa, sicut voces immediate sunt signa conceptum, & affectionum animi mediate vero ipsarum rerum,

Actus exterior est signum interne voluntatis

Sacrificium visibile est visibilis sacrificij Sacramentum est.

Quæritur III.

An vniuersi religionis actus ad primum spectent decalogi præceptum

Actus religionis duplex, interior exterior.

Sciendum est religionis actus partim esse interiores partim exteriores: Interiores sunt duo, Deuotio, & Oratio, Deuotio est promptus voluntatis affectus, ad aliquid efficiendum, propter obsequium honorem & cultum Dei, de quo actu tractat D Thomas 2 2de quæ: 80. Exemplum huius actus habetur Exod: 35. illis verbis. Obtulerunt mente promptissima & deuota primicias domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Et iterum sponte propria cuncta tribuentes. Et tertio. Omnes viri ac mulieres mente deuota obtulerunt donaria, & Quarto Cuncti filij Israel voluntaria domino dedicauerunt.

Actus interior duplex Deuotio, & Oratio

Optime vero hic accomodari potest quod ait S Iacobus Cap 2. quid proderit si quis dicat fidem se habere, & opera non habeat, Nam dæmones credunt & contremiscunt. nam reuera parum prodest pulchre loqui, & multum existimare de Deo, siue voluntate quæ ad Cultum debitum Deo reddendum, cultum in quam Deo proportionatum; Vel maxime necessaria est, sicut enim ad omnem virtutem moralem, & antecedat iudicium de agendis mala, tamen cum eo iudicio stat hominem non operari, si velit vel etiam contrarium operari si velit (quamvis hoc moraliter non contingat) sine aliquo defectu ipsi iudicio sic impressi: ti in materia potest aliquis recte iudicare de cultu Deo reddendo, & illum non reddere Conueniens ergo de Deo existimatio obiectiua pertinet ad cultum religionis formaliter autem exercetur cultus in intentione & voluntate colendi Deum, hæc de deuotione,

Fides sine operibus nihil prodest.

Oratio autem est actus quo aliquid a Deo simpliciter petimus, Possumus autem non tantum sermone & verbo sed etiam solo animo & sola mente aliquid a Deo præcari De eo actu idem D. Thomas ait 2. 2de Quæst: 83. At vero D. Damascenus lib: 3 de ortodoxa fide, sic eum definit. Oratio est petitio decentium a Deo. D. Dionisius Areopagita in 3 Cap: de diuinis nominibus sic ait, de oratione autem, Omnia ab oratione incipere est utile, sicut Deo nos ipsos tradentes, & iungentes, & sicut Deo nos ipsos iungentes, quia hoc

Definitio Orationis.

quia hoc præcipue in oratione petendum est ut Deo uniamur secundum illud Psal 26. Unam petij a domino & hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vel quia cum quis petit, oportet quod aliquo modo uniri ei à quo petit, vel quia sicut homo vnitur homini, vel mente sicut homo vnitur Deo, vnde & D. Dionysius loco citato, Quid orationibus inuocamus Deum, reuelata mente adsumus ipsi. & Damascenus lib 3 ortodoxæ fidei Cap 24 dicit, Orationem esse mentis ascensionem ad Deum & hæc de oratione.

Actus exterior triplex

Actus exteriores Religionis. in triplici differentia ponuntur a Diuo Thoma Quæst 84. Quidam enim sunt per quos aliquis suum corpus ad Deum venerandum exhibet, quidam vero sunt quibus de rebus exterioribus aliquid Deo offert. Denique quidam sunt quibus ea quæ Dei sunt assumit aliquo modo

In 1.ª differentia

Adoratio externa per signa visibilia corporis

Adprimam differentiam sex adprimum genus Actuum quod vocatur hoc unico nomine Adoratio reuocatur a hoc omnis corporis inclinatio & submissio, aperiendo caput, vel genu flectendo, vel totum corpus inflectendo, aut prosternendo, vel pectus tundendo &c. De qua adoratione Diuus Tomas 2da 2dæ Quæst: 84. Cuius exemplum est Matei 4. Vbi dominus Sathanæ exigenti ut caderet ante ipsum dixit, dominum Deum adorabis et illi soli seruies. Hic actus quia ordinatur in reuerentiam eius qui adoratur, atq ideo Deo propry sinus debetur, propter summam & singularem

Deus suam excellentiam aliquibus creaturis communicat,

Dei reuerentiam & excellentiam, idcc proprysime dicitur Deo exhiberi. Quia tamen Deus aliquibus creaturis suam excellentiam comunicat, non secundum æqualitatem, sed secundum Participationem, ideo in sacra Scriptura 3 Regum Cap: 1 Nathan Propheta ingressus ad Regem Dauid adorauit pronus interram. Item q Genesis. 18. Abraham Patriarcha visis tribus Angelis adorauit interram.

Differentia adorationis

Sed alia est adoratio Latria. quæ soli Deo debetur. Alia Dulia. qua veneramur Dei creaturam, siue excellentiam quadam in illis a Deo participatam. Multa de cultu diuino usurpata sunt inquit D Augustinus lib. 10. de Ciuitate Cap 4. Quæ honoribus deferuntur humanis, siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera. Sita tamen in quibus ea deferuntur homines habeantur qui dicuntur colendi & venerandi si autem multum eis additur dicuntur & adorandi. Quis vero sacrificandum censuit, nisi ei quem Deum aut sciuit, aut putauit aut finxit.

In 2.da

Sacrificium, Decimæ Primitiæ, & Vota

In secunda differentia Actuum externorum. Constituitur primo Sacrificium De quo Sanctus Thomas Secunda 2dæ Quæst: 85.

Secundo Decimæ Primitiæ Et similia De quibus Sanctus Tomas Secunda 2dæ Quæ: 86, & 87.

Tertio Vota. De quibus idem Sanctus Doctor quæst. 88.

3.tia

Ius Iurandi, admiratio, Inuocatio, & Sacramenta,

Denique ad tertiam differentiam Actuum pertinet Iusiurandum De quo Sanctus Tomas Secunda 2dæ, quæst 89. Hoc enim vtimur ad ea confirmanda quæ dicimus. Quid est iurare per Deum inquit D. Augustinus Sermone 28 de verbis Apostoli. Nisi testis est Deus. est autem

aliquando necessarium recurrere ad Diuinum testimonium, atq; adeo per hunc actum inuocationis ipsius testimonij Deum colere. Primo quidem propter defectum veritatis humane, quia plurimi in mendatium labuntur, ẋdum illud Psal: 26. Os eorum locutū est mendatium. Secundo Propter defectum cognitionis, quia homines neque præterita, neque futura, neque cordium occulta possunt cognoscere, de quibus tamen alij homines loquuntur: ꝺ expedit rebus humanis ut certitudo aliqua de his habeatur. Et ideo necesse est quando que recurrere ad diuinum testimonium ut dixi, quia Deus neque mentiri potest neque cum aliquid latet. Assumere autem Deum in testem proferre a uocatur iurare, quia quasi procurre introductum est in quit Diuus Thomas Vt quod sub inuocatione Diuini testimonij dicitur pro vero habeatur.

Potest deus coli per sacramentum.

Secundo. In hac tertia differentia Actuum externorum continetur Admiratio De qua Sanctus Thomas Quæst: 90. In ea nam q̄ nomen Dei adhibetur, ad hoc ut reducantur homines ꝺ moneantur res alię procreate ad aliquid faciendum ꝺ non faciendum. Et ita Apostolus ad Romanos 12. admerat fideles illis verbis, Obsecro ita q̄ vos fratres per misericordiam Dei, Vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, Sanctam Deo placentem, racionabile obsequium vestrum; ꝺ nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus vestri.

Admiratio

Tertio In hac tertia differentia Actuum religionis ponitur Inuocatio nominis domini ad auxilium abeo petendum, vel ad ipsum saluandum, de qua inuocatione S Thomas Quæstione 91.

Inuocatio

Postremo huc refertur Actus quo res Deo sacras adhibemus, ad sacrificandos vel quomodolibet mundandos homines. Quales actus sunt Sacramenta ꝺ ea quæ sacramentalia vocantur, siue ea conferamus, siue sumamus, huc etiam reuocatur signum Sanctæ Crucis, quando eo frontem ꝺ pectus munimus. Item huc reuocatur Rem diuinam audire, denięq; qualibet re a Christo vel Ecclesia instituta ad aliquid sacrandum vel sanctificandum uti. De his ait D Tho: quæst: 60. ꝺ sequentibus.

Sacramenta

intertia parte

His explicatis examinando primam diuisionem Actuum religionis qui erant Interiores ꝺ Exteriores.

Dico primo. Actus pure spiritualis siue adorationem pure spiritualem qua sine corporali signo Deus mente colitur. Siue id fiat tunc quando ex affectu colendi Deum applicatur intellectus ad recognoscendam illius excellentiam, ꝺ quando hanc ipsam recognitionem illi offert in cultum adorationem (multo enim magis genu flectit anima loquendo spiritualiter) Coram Deo per cogitationem suę naturę quatenus tum angelus quam homo ex se nihil est, ꝺ omnibus bonis suis a Deo pendet quam corporaliter genu flectatur per crurium plicationem ꝺ demissionem vsque ad terram) Siue tunc quando per modum locutionis significamus per verba mentalia subiectionem ꝺ submissionem illi magestati debitam, ꝺ hanc ipsam locutionem in signum recognitionis offerimus Siue tunc quando post considerationem

Adoratio seu cultus mentalis.

tante mages

tantę magestatis, anima quasi suspendatur & quiescit in conspectu Dei. Qui Actus vocatur Admiratio, In quo multi patres perfectissimam collocant contemplationē. Est autem admiratio Actus voluntatis, de genere cuiusdam suauissimę complacentię seu gaudy, quo aliquis veluti in stuporem rapitur, contemplans summam excellentiam altissimi, & super omnia dilecti domini Dei sui.

Contemplatio perfectissima

Vel est de genere cuiusdam timoris reuerentialis, quo aliquis veluti reformidat ad Deum accedere, aut magestatem eius contemplari prout significabant Seraphini velantia capita ac pedes suos Isagię Cap 6. Significabant enim ait D. Dionisius de cęlesti Hirarchia Cap 10. sacram illam ac plenam hororis veneratione, qua sancti celsiorem indaginem perhorescunt. Et D. Chrisostomus Homil 1 in eadē verba Isagię Secundus inquit alis velabant faciem, simul excludentia radium e throno procedentem, & quod ferre non possint immensam illius gloriam, simul autem suam religionem significantia quam habent erga dominum.

Seraphimi quo modo Adorant

Tali gaudio gaudent illa, tali gaudio & letitia exultant. Et infra faciem quidem velabant propter metuendum spectaculum, quod non possent in accessam gloriam obtueri. Et infra, Quare pedes velant? Inexplebilem erga conditorem reuerentiam exhibere student. Idem habet Humilia, & in oratione septima ex 10 nuper expresis in fine Tomi quinti, Eleganter hanc ipsam adorationem exprimit.

I. Adoratio

Redeo ad propositum & assero Adorationem pere spiritualem sic explicatam, non tantum hoc precepto sed ne in hac quidem vita preceptam esse hominibus, loquendo determinate de adoratione tali, ut est spiritualis seu mentalis, quia si semper colamus Deum adoratione mista, hoc est adoratione constante ex spirituali & corporali, satis implemus obligationem colendi Deum, & licet quando adoramus corpore, simul etiam adoramus in spiritu & veritate: alias enim esset fictio & mendatium. Vt recte dicit D. Chrisost: Item: 8 in Matth. Si non esset conformitas signi exterioris cum interiori mente, Et licet precepto adorandi Deum sepe satis fieri posse per solam internam adorationem: nunquā tamen nobis preceptum est ut in illa sola sistamus, quia non est prohibitum, quin semper cum illa coniungi possit corporalis adoratio.

Adoratio pura Spiritualis non percipitur nobis primo precepto.

Dico secundo. Adoratio mista seu exterior est nobis determinate precepta in hoc precepto, non quidem ut obligemur adorandum semper hoc genere adorationis. Preceptum enim de colendo Deo in clusum illis verbis Non habebis Deos alienos. Est affirmativum ut mox explicabo. Preceptum autem affirmativum non obligat pro semper, & ideo sicut potest homo in multis temporibus non adorare Deum, ita potest si velit sepe adorare solamente, siue usu corporis membrorum, imo utilissimum esset sepe adorare sola mente; sic enim homo assue

Adoratio mista est determinate precepta.

Precepta affirmativa non obligat pro semper

assuescit ad rerum spiritualium contemplationem, & ad frequentiorem cultum Dei etiã ubi non est commoditas exercendi exteriora signa. Quod ergo dixi ab initio huius secundæ conclusionis sive dicti, obligari homines ut hoc modo adorent, scilicet adoratione mista, ita est intelligendum, ut interdum etiam hoc modo adoret, non tantum per spiritu, quia cum constent corpore & anima, utrumq; debent exhibere Deo hostiam vivacem sanctam & beneplacentem, in cultum & adorationem eius.

Homo constat ex Corpore & anima propterea debet adorare Deum mente & Corpore.

Et quia noraliter id est humano modo loquendo, non facile potest homo reverenter ad Deum accedere, nisi corpore ipso signa reverentiæ exhibeat, & per corpus ipsum ipsam animam componat. Hic est enim modus homini maxime connaturalis. Denique quod Dinus Paulus dicit ad Romanos 10 Corde creditur ad iusticiam, ore autem fit confessio ad salutem: Ad cultum etiam religiosum Dei applicari potest, oportet enim ut homo se exterius ostendat Dei servum & cultorem, si vult non solum usus esse, sed etiã si vult salvari. Hoc fuit insinuatum in illis verbis Ego sum dominus Deus tuus: Ut inde facile intelligatur ratio præcepti negativi statim subiuncti Non habebis Deos alienos coram me. Quid enim est hoc Ego sum? Illud Coram me? id est in conspectu meo, nisi propositio quædam in memoriam reducens Deum unum esse colendum & adorandum. Licet enim hoc præceptum primum per formam negationis detur Non habebis, non facies. Supponit tamen, & virtutem includit affirmationem, iniqua illa negatio fundatur: Ut hinc ita præceptum adorandi Deum, & præceptum non colendi alium Deum, ita comparantur, ut unum sub alio comprehendatur. Sicut præceptum restituendi comprehenditur sub præcepto non furandi, ita est, illud coram me perinde significat. Ac si diceret Deus, me solum habebis tanquam verum Deum quem colas, neq; alium in consortium Deitatis meæ tibi proponas.

Naturalis modus Adorandi Deum per præcepta Negativa

Ita q; recte etiam præceptum de adorando Deo potius per negationem quam per affirmationem est expressum, quia ita naturale est homini adorare Deum modo explicato, id est corpore & mente, ut solum fuerit necessarium impedimenta removere, quod factum est per illam prohibitionem quæ illo tempore & illi populo fuit maxime necessaria, propter promptitudinem ad idololatriam, quam ex consuetudine vel ex conversatione cum gentibus conceperat.

Indeterminatus Cultus externus, ex vi præcepti.

Dico tertio. Ex vi huius præcepti non est positivus determinatus cultus particularis adorandi Deum cultu externo, nec quo ad genera actionis nec quo ad tempora vel alias circumstancias, sed solum datur præceptum, vel præceptum generale quo ad exercitium, ut scilicet talis cultus hoc est non tantum mente sed & corpore aliquando exerceatur. Vel quo ad specificationem generica seu aeternam, ut talis cultus modo decenti proportionato fiat. Vel ad summum est affirmativum præceptum cum negativo coniunctum, ut scilicet adoretur Deus hoc modo superstitioso & indecenti.

Probatur prima pars ratione D. Thomæ 2. 2æ quæst 85ª Artic 1 ad 3. Quia licet homini sit naturale significare conceptus suos per sensibilia signa,

tamen deter-

Determinatio Cultus externi est inhumano beneplacito

tamen determinatio talium signorum est secundum humanum beneplacitum, vnde licet usus talium signorum in genere sit de lege naturæ: Determinatio tamen illorum non est de lege naturæ, sed ex bene placito vel aliunde, quod patet ex varietate talium signorum, secundum varietatem gentium. Aliis enim signis externis laudant Turcæ, aliis fideles. Et inter hos aliis Latini, aliis Græci. Atq; eodem modo constat non esse præcepto hoc determinatum tempus colendi Deum, quia præceptum colendi Deum infigatur illis verbis. Ego sum dominus Deus tuus. Comprehensum saltem consequenter illis Non habebis, non facies. est præceptum affirmativum, præceptum autem affirmativum non obligat pro semper, nec proverto numero actionum in mense vel hebdomada, sed de his circumstantijs. Nisi forte in hoc præcepto hæc sint exposita. Relinquitur ergo ut solum in genere tali sint hæc omnia in præcepto legis naturæ, Determinationem autem faciendam esse vel per positiuam legem, vel per prudens arbitrium operantis, per se autem notum est prudentiam & detentiam in hac determinatione esse necessariam, quod ut brevius declaretur.

Diversa signa externa adorandi Deum

Determinatio quo modo fit.

Aduerte primo. Omnia signa externa posita in actionibus vel motibus corporis (extra locutionem, de qua postea) esse modo inferentia, & ad honorandos homines usurpari solere. Vt anotauit Divus Augustinus lib 10 decimitate Cap 4 Solumq; ex adorantis intentione, aut verbis discerni posse, nisi aliqua peculiari institutione, vel consuetudine, signum aliquod soli Deo ac commodatum sit. Vnde in scriptura Ruth 2. Ruth prostrata in terram adorauit Boos, & primi Regum Cap 25 Abigail adorauit Dauidem. Et Judith Cap 10 diso Holoferne adorauit eum prosternens se super terram.

Cultus Divinus intentione humana differt a cultu seu adoratione humana.

Adoratio in terra genu flexio.

Similiter genu flexio ad hominem adorandum fit, sed ordinaria tamen fit vno genu, & ideo qui reverenter Deum colunt, solent vtrumq; genu in terram figere, Vt de Salomone legimus 3 Regum Cap 8. De Petro Paulo Stephano Actorum 7, 9, 20 & 21. Verum tamen hoc signum flexionis interdum etiam vocabitur hominis. Sicut legimus de quinquagenario 4 Regum Cap 1. Addi præterea solet in Divina adoratione manuum Elevatio in cœlum, sicut de Salomone legitur loco citato. Et 2di Paralip: Cap 6. Et primi Esdræ Cap 9. dicitur Cur rauigenua mea, & expandi manus meas ad dominum Deum meum. Et idem Paralip. Cap 43. dicebat David, Si expandemus manus nostras ad Deum alienum

Manuu elevatio

Quasi hoc sit proprium signum adorationis veri Dei. Vnde Psal: 140 ait Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

hæc signa extenduntur etiam ad homines

Sed nihilominus etiam hoc signum interdum etiam extenditur ad homines quia magis videtur ad postulandam misericordiam vel auxilium quam ad exhibendam reverentiam, Juxta illud Augustini de cura pro mortuis agenda, Orantes de membris corporis sui, faciunt quod supplicantibus congruit, cum genua figunt, Cum extendunt manus. Dixi nihilominus etiam hoc signum dici quia ita solent facere Pauperes coram Divitibus, & nos etiam coram Sanctis.

Signum eli

Signum etiam tundendi pectus, ex natura actus indiferens est non solum est actus ostendens submissionem animi petentis veniam: quâ submissio posset etiam per illud actum significari. Nunc respectu hominum aquibus petimus veniam si consuetudo id ferret. Præterquam quod hoc signum magis assumitur ad manifestationem contriti cordis iuxta illud D. Augustini Enarratione 2da in Psal: 31 Tunsio pectoris obtrectio cordis. Vnde idem ait hb 50 Humiliat 10 humil: Fuisse apud Chrystianos vsitatum tundere pectus, cum dicerent dimitte nobis debita nostra exemplo scilicet publicani. Itaq; licet fortasse ex usu frequenti communi ista cæremonia ponatur inter actus cultus diuini, tamen ex natura ipsa vel est indiferens vel potius ad virtutem pœnitentiæ spectat, quam ad propriam adorationem.

Tunsio pectoris

Nos vero cum actus qui præcipiuntur hoc præcepto investigamus, eos tantum actus ad illud pertinere dicimus: qui ex natura ipsa seu ex lumine ipso naturali sunt determinati ad Dei cultum; ac proinde hoc præcepto quod est iuris naturalis præscripti.

Cultus ex ipso lumine naturali determinatus

Aduerte 2do. Adorationem Externam hoc est illam quæ fit mente et corpore, aut esse privatam aut publicam. Item aut fieri signo non habente certam significationem ex impositione hominum, sed tantum signo quod potest determinari per placitum ad hoc vel illud demonstrandum. Aut fieri signo iam imposito sufficienter ad aliquid determinate significandum: quando ergo sit priori modo vt talis actus sit diuinus et proprius religionis, debet determinari per ipsius operantis intentionem quia actus externus nascitur, qui nullum habet aliud principium determinationis, si debet bene exerceri ab interno actu, seu ab intentione decipit vim suam. Dicitur autem adoratio priuata iuxta rigorem omnis illa quam vnus quisq; præstat tantum ex persona sua tanquam priuatus cultor Dei. Hæc tamen ipsa adoratio potest fieri de occulte vel publice: quando fit occulte, ordinaria sola intentio bona, et vera fide et deuotione profecta, sufficit ad determinationem faciendam. Nam ex parte Dei inhibitur aut requiritur, nec ex parte aliorum hominum, Qui vt suppono non sunt solum ex parte operantis attendenda, aut vt talis sit gestus vel actio, aut vsus externorum membrorum aut ad reuerentiam conciliandam, ac deuotionem internam et externam sit accommodatus. Et vt corporis etiam infirmitati ac defatigationi sit proportionatus, ita vt prudens medicorum seruetur.

Actus religionis debet determinari per intentionem operantis

Adoratio priuata

Necessaria ad determinationem actuum externorum

Quando vero hæc ipsa adoratio priuata publice fit, tunc aliorum ratio habenda est. Et ideo tunc non satis est bona intentione operari, sed necesse est talibus signis vti quæ alios non offendant. Et cauere ne ex circumstantijs loci, temporis, personarum astantium possit actiones significare aliud quam operans intendit, minuendo aut adorationem illam non esse consentaneam Deo, vel non indicare in ipso adorante debitam existimationem de excellentia Dei, aut significare propriam adorationem Dei, tribuendo alteri qui non est verus Deus.

quæ necessaria sunt ad adorationem priuatam quæ fit publice.

Quando vero adoratio fit signo iam impositio ad significandum peculiari modo diuinam excellentiam, iam in ipso opere quod fit cum illo signo ablata est indiferentia

Determinatum signum ad adorationem Diuinam, nulli exhibeatur.

Ideoq; solus De

Ideo q3 soli Deo per tale signum potest adoratio exhiberi. Hæc autem adoratio secluso sacrificio, & oratione, quæ in verbis & consequenter in usu linguæ, quatenus illa profert. Vel in usu manus quatenus illa scribit. Inæteris actionibus externis dixi in tertio.

Indeterminatus modus privatæ adorationis

Itaq3 Vtiam iterum quod ab initio conclusionis dixi repetam. De modo privatæ adorationis, nulla esse præcepta determinantia, hunc vel illum modum, exceptis duobus Sacrificio scilicet & Oratione, de quibus paulo post.

Adoratio Dei publica quæ fit nomine omnium debet determinari sive per naturalem prudentiam vel publicas leges

Itaq3 huc etiam constat quod dicendum sit de adoratione Dei publica scilicet quæ ita exercetur vt non solum fiat coram aliis, sed etiam vt fiat nomine aliorum. Sicut fit ab Ecclesia per ministros & sacerdotes sanctum Deum colentes. Hoc enim genus adorationis necesse est signo aliquo visibili. Quia ut recte dicit D. Augustinus Contra Faustum lib. 19. Cap. 11. Conuenitas hominum non potest sine signo externo in religionem coalescere & conuenire. Adoratio autem quæ fit nomine omnium, fiat auctoritate publica & communi, quia interiora signa per se occulta sunt, oportet etiam ut illa adoratio quæ fit nomine omnium esset nota omnibus, alias non posset nomine omnium fieri. Et consequenter oportet ut iam tale signum habeat ex impositione publica determinatam significationem, & quod sit accommodata veræ excellentiæ Dei. Sive ille modus determinetur per naturalem prudentiam, sive per publicas leges sit scriptus, Vtrumq3 enim contingi potest

Adoratio publica duobus modis fit.
1 Per Sacrificium.
2 Per Orationem.

Aduerte 3to. Duobus tantum modis esse & fuisse inter homines hanc adorationem publicam seu communem. Vnus est per actionem Sacrificij alius per orationem publicam. Inter quos duos modos prior semper est ut fre quentior. Juxta illud Diui Pauli ad Romanos 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus Et Cap: 8. Omnis pontifex ad offerenda munera & hostias constituitur, huic autem muneri semper connecta fuit oratio, siue ad impetrandum seu laudandum Deum, siue gratias agendum.

2.
Oratio

Potest satisfacere precepto per mentalem siue vocalem orationē

Dico quarto. Præcepto hoc ego Sum dominus Deus tuus &c. Præcipitur nobis Oratio indeterminata tamen, nam potest satisfieri huic præcepto vel per orationem mentalem vel per vocalem. Quod oratio præcipiatur hoc præcepto, probo ex Sancto Toma 2. 2æ quæst: 83. Art: 3. ad secundum, verba eius sunt. Non solum petere quæ desideramus, sed etiam recte aliquid desiderare sub præcepto cadit. Sed desiderare quidem cadit sub præcepto Charitatis. Petere autem sub præcepto religionis: quod quidem præceptum ponitur Mathei 7. vbi dicitur petite & accipietis, hactenus Diuus Thomas. Illa autem verba quod quidem præceptum ita explicat Suarius libro 1 de oratione Cap 28. Non quod illis verbis petite & accipietis tum primum ponit hoc præceptum de Oratione, Christus enim non tradidit Positiua præcepta alia præter quam Fidei & Sacramentorum. Sed ita debent intelligi illa verba (Quod quidem præceptum ponit) quod quidem

Præcepta Positiua Noue legis.

præceptum

præceptum quod antea in Jure Diuino naturali continebatur explicatur illis verbis repetite dicapietis: rationem verostius conclusionis defert idem Suarius ex ordine diuinæ prouidentiæ. Operatur enim Deus per causas secundas, quando cómode fieri potest, eservata proportione in operatione virtutis, seu seruata proportione virtutis naturalis vult cooperationem nostram. Cum ergo possimus saltem orando cooperari ad nostram salutem, post quam per gratiam prædicti sumus hanc cooperationem merito audis exigi. Optat inquit D Chrisostomus sermone de Mose tomo primo dare qui præcipit petere. Et libro de Ecclesiasticis dogmatibus Cap 56. sic dicitur a nomine D Augustí: Nullum credimus ad salutem nisi Deo mutante deuenire. Nullum in vitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari. Nullum nisi orantem auxilium promereri. Denique oratio ipsa ostendit debitum esse Deo hunc cultum Deo, id quod optime innuunt illa verba huius præcepti primi. Ego sum dominus Deus tuus, &c. Scilicet ad cuius auxilium in tuis indigencijs indigencijs recurras, & quem recognoscas bonorum tuorum autorem. Stagis optime ait Suarius loco citato. Ideo Deum ordinate petitionem esse necessariam ad obtinendum remedium & auxilium in nostris necessitatibus, vt ipsemet necessitates quoddam modo cogeret homines ad confugiendum ad Deum, eumq; per orationem colendum. Vide Diuum Augustinum tractatu 26 in Ioannem. Nauarum in Comentario de oratione præludio 1. Sed cum hæ ita sunt perspicua vt etiam Gulielmus in principio diuinæ Rhetoricæ dixerit. Omnem Dei cultum orationi constare & perfici, tum vero illud difficultatem habet quonam modo possit discerni tempus, proquo orationis præceptum vrgeat. Omisso igitur errore quorundam Hæreticorum quos refert D Augustí: Hæresi 57 dicentium semper & continuo esse orandum, quia ita Christi verbum intelligebant Luc 18. Oportet semper orare, & alia similia quæ habentur in scriptura. Reiectis inquam his nugis quæ sunt contra omnem rationem & sensum & verbis christi stando in rigore orationis hoc modo cum Medina & Maldonato explicatis, etiam si semel & iterum petendo non obtineas quod petis non adeo debes desistere, sed semper orare, id est rem non amittere, sed perseuerare donec obtineas.

Necessitas orationis

Deus operatur per causas Secundas.

nota

Detempore orationis

Dico Quinto. Præceptum hoc de oratione insinuatum illis verbis. Ego sum dominus Deus tuus, quatenus Diuinum & naturale est, non affert secum certam & claram temporis determinationem: quia non dicit vt oremus semel in die vel in Mense aut in Anno. Communis autem sententia tempus hoc determinandum putat ex necessitate diuini auxilij pro aliquo tempore vrgentis. Sed assignare euentus maximè probabilis est.

Indeterminatũ tempus orationis.

Casus in quibus aliquis tenetur ex hoc Præcepto orare

Inquibus Casibus oratio nobis præcipitur.

Primus est. Quando peccator se ad gratiam disponere tenetur. Quia vel ipse Sacramentum aliquod administrat, vel sacramentum aliquod suscipere debet, tunc enim

1o Quando administrare vel sucipere debemus aliquod Sacramentũ

tenetur pete:

fecere veniam peccatorum; & auxilium ut deo reconcilietur, quod potissimum locum habet, si desit copia confessarij. Et certe moraliter seu humano modo loquendo dixerim posse vel illi qui vere est contritus (quod requiritur proinde casu) non postulare a Deo veniam peccatorum hoc ipso tempore quo sic est contritus. Quod elegantissime expressit D. Augustinus Sermone 171. de tempore. Explicans parabolam christi domini Luce 11 Cap: positam. Quis est inquit iste hospes qui in nocte venit, & hospitem (hoc est patrem familiarem) imparatum invenit deficiente paupertate id est deficiente illo exiguo quod forte habebat. In nocte venit hospes, gratia in summa ignorantia, in magna egentia immittit tristiciam. Quando dicit nocturnus petitor, in tribulatione invocavit dominum & exaudivit me. id est quando promovet hominem ad hoc ut ex cognitione sua miseriæ quam sequitur tristicia, seu compunctio recurrat ad Deum, & petat ab eo auxilium. Et infra Ideo hospes supervenit improvisus subito, cum quis piam fadio afficitur præterarum. Supervenit illi orandi desiderium, flendi accipiens votum. Illa hora hospes venit, id est gratia ut compungat conscientiam, ne in sua moriatur egentia, sed eat & petat divitem. Et concludit iam totum nobanda sententiam. Quid quid cogitaverit homo de Deo subito corde perculsus. Sciat quia hospes illi venit de cælo.

Effectus bene contritionis

II.

In periculo mortis

Zdus Casus est. Teneri periculum mortis præsertim si quis sit in peccato mortifero. Si enim unquam petenda est remissio peccatorum & auxilium Divinum tum maxime.

III

In vehementi tentatione

3tius. Casus est. In vehementi tentatione. Cum alia ratione putat se non resistere posse. Ita sentit Medina codice de Oratione quæst: 11. sub finem.

IV.

Quando potest iuvare proximum in periculo

Quartum. Casum Addit Navarrus. Teneri etiam hominem orari tunc quando advertit alterius exicium non posse se impedire nisi oratione. Vt si videat duos ad duellum properare, quibus non nisi oratione prodesse potest. Quod verum est. si putat se hac ratione malum avertere posse (quod rarum est) Alias non tenetur nisi lescius. Sed probabilius est secundum Suarium etiam tunc teneri ad orandum, si enim quid obstaret, obstaret hoc quod oratio pro altero non reputatur infallibilis, sed hoc non impedit quia satis est ut cum magna probabilitate possit sperari eius utilitas, & quia negari non potest secundum veram rationem pietatis nos teneri proximum diligere & eum subvenire in necessitate urgenti. fortasse autem ex tota dispositione divina providentia oratio nostra potest esse tunc necessarium medium ad remedium illius proximi.

Navarrus lib de oratione Capite 14

V

Pro necessitate in communi omnium.

Addo hoc insuper ad orandum pro proximis in communi, & pro Republica vel communitate, obligari nos hoc præcepto etiam non spectante alia necessitate speciali proximorum vel Reipub: hoc enim pertinet ad Charitatem. Præcepta autem naturalia qualia sunt Decalogi fundantur in charitate tum Dei quam etiam proximi. Obligat autem Charitas diligere communem bonum interdum plus quam proprium. Hæc autem obligatio sufficienter impletur per communes orationes, quas unusquisq; non pro se tantum, sed etiam pro aliis fundit a quibus nemine secundum charitatis ordinem excludere debet. Itaq; non obligat hoc præceptum ut pro hoc vel illo in particulari oremus, nisi ex officio vel alia obligatione ad

Præcepta decalogi fundantur in Charitate Dei & proximi.

hoc teneremur.

tenerentur, vel particularis casus occurrunt ut supra explicaui.

Ad extremum licet hoc præceptum ex nostra necessitate nobis innotescat, quia illam supponit vt materiam talis præcepti, non tamen nostra necessitas est formalis, & adæquata causa talis præcepti. formalis autem ratio Præcepti de oratione est Diuinus Cultus, quem Deus intendit cum constituit hoc remedium tanquam necessarium ad subueniendum humanæ necessitati. Itaq; obligat hoc Præceptum de orando vt actus eius rem multo temporis differantur etiam si non essent vrgentes necessitates; quia etiam multi possent transire absq; vllo graui peccato si nullas sentirent graues necessitates vel proprias, vel Proximi, quod est incredibile.

Sine vlla necessitate vrgente præcepto debemus orare

Petes Primo. Quæ igitur in hoc praxis seruanda est. **Respon. I.** Non est necesse nos nimium solicitos esse de præcepto tenendi huius obligationis, quia communiter omnes illud præueniunt ipso vsu orationis quotidiano. Vt tamen aliquid certum sentiamus. **Dico 2.** Vtendum esse oratione quoties ad rectam & honestam vitam instituendam prudenti arbitrio necesse fuerit iudicatum. Credo autem tam necessariam esse Orationem ad rectitudinem vitæ: vt non præmittenda dilatio vnius aut alterius mensis, quia esset signum magnæ negligentiæ circa suam salutem.

Oratio necessaria ad instituendam vitam honestam.

Porro in illis Casibus vrgentis necessitatis quos paulo ante explicaui omittere orationem est graue peccatum, non solum contra illam virtutem contra quam vexat tentatio: sed etiam speciali modo contra religionem, quia licet occasio illa tentationis religioni extrinseca sit, tamen ea posita suberitur obligatio religionis seu cultus diuini. Quia oratio est medium ad impetranda Dei beneficia, non solum materialiter ut petitio est. Sed etiam formaliter ut Cultus est. Itaq; quando peculiaris occasio postulat orationem, postulat illam vt Cultum ad quem pro tum obligat virtus religionis. Nam sicut virtutes ipsæ conexe sunt ita etiam conexe esse possunt earum præcepta: sicut in occasione Martyrij non tantum fides obligat ad confitendam fidem, sed etiam fortitudo ad sustinendum tormentum, quæ fortitudo tunc est necessaria occasione fidei. Hoc autem est intelligendum per se loquendo de exercitio præcepti. Quia si aliquis non aduertat suam obligationem & amittat oracionem in aliquibus istis Casibus excusatur a peculiari culpa contra religionis præceptum.

Est graue peccatum omittere orationem in vrgenti necessitate.

Oratio non solum est petitio sed dentg.

Petes 2do. An huic præcepto satis faciat qui non attente orat siue oret mente siue voce. **Respondeo.** Non satisfacit, quia communis est Sententia Doctorum, necessariam esse attentionem vt oratio honeste fiat. Et est verum hoc non solum de oratione quæ est in præcepto sed etiam de oratione quæ omnino voluntaria est. Quia licet aliquis non teneatur orare pro aliquo tempore, tamen si orare vult tenetur debito modo orare. Sequitur est inquit D. Cyprianus lib: de Oratione. Abigenari & cogitationibus mundis ac profanis cogitationibus cum Deum deprecaris. Et infra subdit Hoc est cum oras dominum magestatem eius offendere Et dominus Joannis 4. Veri adoratores adorant patrem in spiritu & veritate, nam & pater tales quærit qui adorent eum, Spiritu inquam, quam dis enim adoratio per orationem facta non excludat corporis actionem, requirit tamen principaliter spiritus influxum. Ac propterea recte monet D. Augustinus Enarratione in Psal: 39 Dicant inquit labia quod habet cor, Ita ipsa Concludit orationem sine vllam mentis attentionem non esse orationem, nam oratio in genere sumpta est ascensus mentis ad Deum & hoc essentialiter includit.

Ad orationem necessaria est attentio, etiam si esset voluntaria.

Oratio est ascensus mentis ad Deum.

Dixi sine vlla.

Triplex Attentio
1ª
Circa verba materialia
2da
Circa sensum literale
3ta
Circa sensu Spirituale

3ta distinguitur in Mistricam, Spiritualem

Ad orationem bonam sufficit quæcunq; attentio ex supra dictis

Voluntas seu propositum ante orationem

Ad involuntariam distractionem 3 requiruntur
1
Intentio Attendendi
2do
Fuga vanas cogitationes
3to
Præparatio seu dispositio

Dixi sine ulla mentis attentione, quæ iuxta D Thom: 2 2dæ quæst. 83, Arti. 3, Et D. Bonaventura Opusculum de processu religione tit 7. Cap 3, Triplex ponitur attentio. Prima **Superficialis**, secunda **Literalis**, tercia **Spiritualis**. **Prima** est circa verba materialia vt recte proferuntur integre. **Secunda**. Circa sensum literalem verborum vel petitionis vel Psalmi. **Tertia**. Circa Spiritualem verborum sensum, vbi quis recitans Psalmum Cœli enarrant gloriam Dei. Cogitet de prædicatione Apostolorum, ita D. Bonauē: D. vero Thomas terciam attentionem esse dicit, Ad Deum, & ad rem proqua oratur, Intelligit etiam aut si per verba quæ profert id non significetur in nullo sensu. Istam terciam attentionem quam Sanctus Bonauentura vocat Spiritualem. Et Sanctus Thomas Attentionem ad Deum & ad rem proqua oratur distinguit. Iterum Suares in **Mistricam**, in **Spiritualem** in **Deum** seu **Contemplativam**. Et in Orationem proprie postulationis seu indigentiæ. Siue aliter **In** orationem Spiritualem seu Deotam & in Orationem humanam seu propriæ Comodi.

Vt ergo oratio sit vera oratio, sufficit attentio quæcunq; extribus supra dictis, modo vel formaliter, id est actualiter vel virtualiter id est in Causa habeatur. Formalis attentio requirit actualem aduertentiam & cognitionem Circa orationem, vel Deum, fieri tamen potest ut homo in voluntaria ita distrahatur, ut nullam talem cognitionem circa Deum, vel circa prāorationem habet, & tunc non peccat, quia vbi deest voluntas, ibi non potest esse peccatum. Imo addit D. Thom: Art: 13. ad tertium cogitationem mentis quæ fit præter propositum, fructum orationis non tollere. Et multo minus potest substantiam vel veritatem orationis tollere. **Sufficit** ergo ad veritatem orationis Virtualis attentio Circa aliquem ex illis tribus modis, quæ tunc habetur quando cum voluntate & proposito ad orationem accedimus, & illud propositum non retractamus, neq; expresse neq; interpretatiue per voluntariam negligentiam. Et licet bene attendere non sit attendere in re, tamen est attendere in voluntate & in proposito vt sic dicam. Et quantum est ex parte hominis illa voluntas, est moralis causa efficax attentionis.

Dixi fieri potest vt quis in voluntaria distrahatur quod vt intelligas scire debes vt omnino in voluntaria censeatur distractio tria requirit. **Primo**. Vt abinicio accedamus cum intentione attendendi, & non admittendi peregrinas cogitationes & quod in ea voluntate saltem virtute permaneamus, hoc est non retractando eam expresse, vel interpretatione expresse quidem dicendo nolo vel non recitabo, vel recitabo sed non modo. In interpretatione autem non comitendo negligentiam aliquam crassam, quod fit dum aspicimus alia, vel agimus alia, quam ea quæ proposuimus.

Secundo Vt quam primum aduertemus nos esse distractos & de rebus alys cogitare illas cogitaciones relinquamus, & ad nostrum redeamus institutum.

Tertio. Valde expedit ante orationis tempus ita præparare animum. Vt auferantur occasiones morales, cogitationis animi ac mentis, de quo videndus est Cassianus Collatione Nona. Capite Secundo.

Dico 6

Sacrificium

Dico Sexto. Præcepto hoc præcipitur homini vt collat Deum per aliquod Sacrificium, ratio sumitur ex dicto Thom: 2da 2dæ quæst: 85. supposito quodante iam explicatum est, Præcepta Decalogi esse præcepta naturalia. Inquit ergo D. Thomas naturalis ratio dictat homini ut superiori subdatur propter defectus quos in seipso sentit, in quibus a superiori egel adiuuari & dirigi. Et quod quid illud sit (supple superius.) hoc est quod apud nos dicitur Deus. Sicut autem in rebus naturalibus naturaliter inferiora subduntur superioribus, ita etiam naturalis ratio dictat vt Deo subiectionem & honorem exhibemus. Secundum humanum modum. Est autem homini modus conueniens ut signis sensibilibus vtatur ad aliqua exprimenda, & ideo ex naturali ratione procedit quod homo quibusdam sensibilibus rebus vtatur offerens eas Deo in signum Debitæ subiectionis et honoris secundum similitudinem eorum qui dominis suis aliqua offerunt, in recognitionem domini hoc autem ad rationem Sacrificij. Et ideo oblatio Sacrificij pertinet ad hos naturaliter: hactenus Diuus Thomas. Videtur autem hoc ipsum innuisse illis verbis Ego Sum dominus Deus tuus. — Naturaliter pertinet ad nos Sacrificium

Sed deus ipse ostendit ex lege naturæ debitum esse Deo cultum qui fit per Sacrificium, Nam ex ipsa Scriptura habemus statim a principio mundi Abel & Cain obtulisse Deo debitis suis. Quos naturali lege id fecisse testatur D. Chrysostomus Homilia 18 In Genesim. Et Casianus Collatione octaua Cap 23. Et oblationes illas Sacrificium fuisse senserunt, alijs communis expositio in illum locum. Et licet de Adam simile quid non legatur verisimillimum, tamen est filios a patris doctrina & exemplo id didicisse, nec oportet scripturam omnia narare vt dicit D. Thomas 2da 2dæ Quæst: 81. Art: 1°. ad 2dum. Imo D. Gregorius lib: 4 Moralium Cap 2. paulo ante medium dicit apud antiquos per Sacrificium, Oblationes, solitum fuisse veniam fuisse peccatum originale. Nec solum de fidelium oblationibus & Sacrificijs sed etiam de gentilium Sacrificijs quæ Dijs suis ac Idolis faciebant loquitur Sacra Scriptura & præcipue Genesis 47. Fit mentio Sacerdotum Ægypti & Singularis immunitatis eorum. Aristoteles etiam lib. 7 Politicorum Cap. 8. Inter alia ad perfectam Rempub: necessaria, Primum id est principium esse circa rem Diuinam, cultum, quem vocat Sacrificium. Hæc inquit concludit. Inter alios Artifices vel Magistratus necessarios esse Sacerdotes. Intelligenda est autem conclusio hæc. Secta de Sacrificio in genere. Nam determinatio ad datur, vel tale est de lege positiua, negl vero Sacrificium Deo propterea offertur quod eo Deus indigeat, aut quod Deo sit utile, sed offerentium vtilitas prospicitur inquit Philo lib De Sacerdotum honoribus imperpetuo. Dum enim assecuntur super alimenti partem Deo dicuntur ea quia in eius oblationem veniunt. Quare nihil potest in vita fælicius contingere homini. — In lege scripta per Sacrificium remittebatur peccatum originale. — Vtilitas ex Sacrificijs non Deo sed hominibus prouenit

Itaq; etiam in lege noua præceptum est Sacrificium Iure diuino a Christo ipso institutum, & est de fide ut patet ex illis verbis Luce 22 Hoc facite in meam cõmemorationem. Adeluta Sanctæ Concilij Tridentini Sessione 22. Cap 1°. dicentis Christum dominum illis verbis Hoc facite Apostolos eorumq; in Sacerdotio successoribus vt Offerent præcepisse. Vti semper Catholica intellexit & docuit. Et Canone Secundo ita definit Si quis dixerit illis verbis Hoc facite in meam commemorationem Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes aut non ordinasse — In lege gratiæ a christo institutum Sacrificium

Ecclesia christi est visibilis congregatio sub una fide, uno Capite,

vt ipsi aliqs Sacerdotes offerent corpus & sanguinem suum Anathema sit. Vide Belarmin. libro primo De Missa Cap. 17. Tomo 3. Ratio vero huius præcepti est quia Ecclesia Christi est visibilis Congregatio sub una fide, & uno Capite ad unum verum Dei cultum instituta, Et ideo deberet habere cum summa institutione visibile Sacrificium quo maxime vere colere teneretur. Ergo Christus qui est autor Ecclesiæ vitum etiam sacrificandi in ea instituit & præcepit.

Fideles debent offerre per Sacerdotes

Hic solum advertе præceptum hoc quatenus Diuinum est per se primo datum esse ipsi Ecclesiæ relinquendo Pastoribus Ecclesiæ exterminationem eius tanquam ad tempus seu frequentiam quam genadmodum observandi tale præceptum, aliter enim per Sacerdotes offerri potest & debet, aliter per alios fideles inferioris status, quibus propterea præcipitur vt certis quibusdam diebus huic Sacrificio assistant. Et suo modo illud per Sacerdotem offerant.

Sacerdos immediate offert per se ipsum

Ipsis vero Sacerdotibus iniungitur vt immediate offerant per seipsos, nam ad hoc sunt ordinati. Nec præceptum datum Vniuersæ Ecclesiæ, potest aliter impleri nisi per Sacerdotes Offeratur Sacrificium.

Vota

Ad extremum dico vota non omnia quæ offeruntur esse Sacrificia, Sacrificia enim vt inquit D. Thomas Secunda 2dæ Quæst: 85. propriè dicuntur quando circa res Deo oblatas fit aliquid intellige mutationis, sicut animalia offerebantur & comburebantur, quod panis frangeretur, benediceretur et comederetur, & hoc ipsum nomen sonat. Nam sacrificium dicitur & ex hoc quod homo aliquid per illud facit sērum.

Oblationes

Sunt ergo alia quæ offeruntur Deo & non dicuntur Sacrificia sed oblationes. Oblatio enim directè dicitur cùm Deo aliquid offertur, ita ut nihil circa ipsum mutationis fiat in ipsa oblatione sed maneat integrum & incorruptum ex vi talis oblationis, sicut dicuntur offeri Pecunia, Panes & alia similia. Itaqs omne sacrificium est oblatio. Sed non omnis oblatio est Sacrificium

Decimæ

Sunt præterea quædam quæ nec Sacrificia nec oblationes possunt vocari, quos non immediate Deo sed ministris diuini cultus exhibentur, quales sunt Decimæ. Et hæc tria scilicet Sacrificium, Oblationes, Decimæ ita inter se comparantur, quod sacrificium semper habitum est vt res magis sacra & publica. Et ita communiter de ritu Sacrificandi in vna quaqs republica, semper sacra instituta iura, & præcepta Specialia tam ad vitum quam etiam ad modum Sacrificij, atqs ad eum vsum pertinentia. Neque fuit vnicuique licitum vel permissum suo arbitrio & autoritate ad libitum sacrificare, Sed in vna quaqs societate hominum fuit semper aliquis solemnis ritus Sacrificandi.

Illicitum est omnibus sacrificare.

Dixi vnicuiqs præter Noe Melchisedech & Abrahamo. At vero vsum simpliciumoblationum fuit magis liber & voluntarius quod patet ex illo loco Exod. 25. Ab homine quicunque ultroneus accipies illas, scilicet primicias. Itaqs oblationes magis spontaneæ sunt ex sua natura, non solum spectando eas natura, sed etiam spectando ad communem vsum, & quasi eas gentium.

Quomodo Cadit sub obligatione, Oblatio

Possunt tamen huiusmodi oblationes cadere sub obligationem aliquam ex quatuor modis, qui afferuntur a D. Tho: 2da 2dæ quæst: 86 Art 1°

A d quos expli:

Quomodo Sumitur oblatio.

Ad quos explicandos supponendum est hic non sumi oblationem pro sola illa simplici oblatione quæ vel in Ecclesia vel Altari offertur immediate ipsi Deo per modum proprij cultus & adorationis, sed sumi tacitus pro quacunq; donatione Ecclesiæ facta de aliqua parte bonorum temporalium Siue immediate detur ministris ad sustentationem eorum: Siue Ecclesiæ ad fabricam vel ornatum vel alias expensas eius. Et siue detur res immobilis in perpetuum, & quoad proprietatem siue ad tempus: vel quo ad finem etiam & vsum tantum: siue detur res immobilis.

1° obligatur Quando est per modum census.

Primus ergo titulus a D Thoma loco citato positus est Quando oblatio debetur per modum census ratione cuiuscunctionis primum factæ. Vt cum quis vel in morte vel in vita donat possessionem, talem facienti cum onere, talibus temporibus, tunc enim nata est obligatio orta ex contractu, nihil q̃ refert quod fuerit donatio legatum aut venditio vel alia cõmutatio dum modo fuerit pactio: & tunc obligatio erit Iusticiæ tam respectu donationis seu contractus, quam respectu etiam Ecclesiæ suppositæ eius acceptationi, quia & in istum pactum obligat respectu eius cui quo fit & Ecclesiæ ex vitalis legati vel donationis, datum est peculiare ius ad talem oblationem seu prestationem exigendam, siue hoc ius sit tantum siue in re, & siue sint cum actione in foro exteriori, siue ab q̃ illa. Hoc enim pendet ex parte contractus aut legati, & acceptationis ex parte Ecclesiæ. Neq; est in præsenti tacitus tractandum, tanquam a nostro instituto alieno

2do Per Votum

Secundus titulus ponitur a D. Toma, & a præcedenti parum differt Videlicet quando per votum vel legatum aliqua temporalia relinquuntur Ecclesiæ, siue illa mobilia sunt siue immobilia. Nam tunc obligatur qui vouit vel promissam Ecclesiæ, naturali iure dicta te vota esse reddenda Hæc autem oblationes non limitantur ad eas quæ in Ecclesia fiũt & immediate Deo offeruntur, sed generaliter comprehendunt omnes Eleemosinas vel donationes factas vel promissas Ecclesijs. Nam omnes dicuntur offerri Deo quæ ad eius cultum proxime offeruntur

3to. Quando Ministri Ecclesiæ non habent cõmodam sustentationem

Tertius titulus est Quando ministri Ecclesiæ non habent aliunde cõmodã sustentationem. Hæc autem obligatio reducitur ad illam generalem qua tenentur laici fideles alere ministros sacramentorum, nam dignus est operarius mercede sua. Solum hic est aduertendum ex vi illius generalis principij quo continetur obligatio alendi ministros sacramentorum, teneri fideles ad oblaciones late sumpto nomine oblationis, siue ad oblationes donationum siue contributionum, & tunc etiam erit oblatio ipsa necessitatis. Quantitas vero oblationis talis erit voluntatis, nisi quantitas tam parua esset, vt non sufficeret ad congruam sustentationem, ad hunc enim obligat naturalis lex iusticiæ. Et ideo in eo Casu etiam obligat ad quantitatem oblationis ad hunc finem sufficientẽ vltra illam vero erit voluntaria quantitas nisi per legem vel cõuentionem taxata sit: vel certe nisi sit introducta consuetudine detali oblatione.

Addende vero sunt circa hunc Titulum 3tium duæ declarationes siue limitationes Vna est Vt ducta necessitas oriatur ex eo quod Parochiani non solum decimas neq; primicias soluerent, tunc enim necesse est vt aliquo alio modo tribuant pro ministrorũ

Exceptio 3ta obligationis

At veroſi Parochiani ſoluunt primicias & decimas non ſolum ſufficientes ſed etiam abundantes ad ſuſtentationem miniſtrorum, tam proprij ut eſt Parochus, quam etiam cõmunẽ ut ſunt Epiſcopi, & alij prælati ad quorum ſuſtentationem cum debita proportione debent concurrere omnes fideles. Si inquam Parochiani ſoluunt decimas ſufficientes, & nihilominus Parochꝰ vel Vicarius non habeat ſuſtentationem congruam, quia decimæ ad alios vſus applicatæ ſunt vel in plura beneficia vel præſtimonia diuiſa ſunt: vel quia vnus poſſidet beneficium, & Vicario nihil ferre tribuit. Vel econuerſo quando beneficiarius nihil accipit, & omnes fructꝰ alteri propenſione dantur. In his & ſimilibus Caſibus non iuſtæ cogentur fideles ad nouas oblationes faciendas, ſeclusa conſuetudine vel alio titulo propter ſolam indigentiam Vicarij aut Parochi. Ratio eſt Quia nullus iuſte cogitur ut duplicatam mercedem ſolui pro eadem opera, atque ita docent communiter Doctores. Vnde in eo Caſu qui recipit decimarum fructus tenetur ſufficienter Eccleſiæ & miniſtris eius prouidere, Et prælati tenentur ſolicite curare vt ita fiat, Et ne pauperes Parochiani nimium grauentur. Difficultas vero non nulla eſſe poteſt quando Papa decimas accepit vel aplicat cui vult, ſed de hoc infra.

Obligatio ad ſatisfaciendum Qui recipit decimas

2da exceptio a 3ta obligatione.

Alia declaratio aut limitatio eſt Niſi Parochiani ſint adeo pauperes vt non haberent vnde tot oblationes facere debeant quæ ad Parochi ſuſtentationẽ neceſſariæ ſunt Ita aduertit Hoſtienſis in ſumma Titulo De Parochijs. Syluester Verbo decimo quæſt: 2da Tũ enim aiunt. Sacerdotes debent quærere aliquid ad ſupplendam ſuſtentationem ſuam ex aliqua arte non indecente Ex Capite Clericus dictum del certe Epiſcopus prouidere debet vnde illi Eccleſiæ & miniſtrorum eius neceſſitati ſubueniatur, quia ad hoc faculteatem habet in ſua dioceſi Iuxta Caput Epiſcopus Eccleſiaſticum, & Caput Præcipimus 12 quæſt: 1. Significat hoſtienſis Epiſcopum teneri expropryis redditibus tali Eccleſiæ prouidere ſi aliunde nõ habet vnde prouideat, atentis alijs ſuis ſtatus oneribus. Quod ſi Epiſcopus per ſe remedium adhibere non potuit vti debet remedijs traditis a Canone Trid: Seſſ: 21. Cap: 7. & 8. In Capite 7ſtimo ſic dicitur Epiſcopi tanquam Apoſtolicæ ſedis delegati

Epiſcopi poſſũt transferre beneficia Eccleſiaſtica

transferre poſſunt beneficia ſimplicia etiam iuris Patronatus, ex Eccleſijs quæ vetuſtate vel alia ex cauſa ſunt collapſæ, & ob eorum inopiam nequeunt inſtaurari (vocatis ijs quorum intereſt in matrices aut alias Eccleſias locorum eorumdem ſeu Vicariorum arbitrio ſuo. atq; in eisdem Eccleſijs Altaria vel Capellas aligant ſub eisdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria vel Capellas transferant Cum omnibus emolumentis & oneribus prioribus Eccleſijs impoſitis. Parochiales vero Eccleſias etiam ſi iure Patronatus ſint Jam colapſas reſici ac inſtaurari procurent ex fructibus & prouentibus quibuscũque ad easdem Eccleſias pertinentibus quomodo cunque, Quod ſi non fecerint ſufficientes omnes patronos & alias qui fructus alios ex dictis Eccleſijs percipiunt, aut in eorum Parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogent, qua cuncta apellatione exemptio & contradictione remoti; quod ſi nimia egeſtate omnes laborent ad matrices Eccleſias transferantur, Cum facultate tamen dictas Eccleſias Parochiales quas alias diuitas in profanos vſus non tum in ſordidos conuertendi, erecta ibi crace, In capite 8tauo. hæc habentur Poſtalia curent Epiſcopi congruentibus remedijs etiã per ſequeſtrationem fructuum ut quæ renouatione indigent, aut reſtauratione reficiant.

Denig⁹ Decimæ

41.

Decimæ

De his decimæ partim sunt de lege naturali partim de lege Iudiciali Vt inquit D. Thomas 2da 2dæ quæst: 85. Art: 1°. Nam quatenus sunt determinatæ ad talem quantitatem ex diuina institutione robur habet. Quod autem eis qui Diuino Cultui ministrant ad salutem totius populi, populus necessarium victus ministrare debeat Ratio naturalis dictat. Introducta est ergo determinatio illa quantitatis decimæ a Deo in lege veteri secundum conditionem populi illius. Quia cum in 12 tribus fuisset diuisus Duodecimus scilicet Leuitica, quæ tota fuerat in ministerijs diuinis, possessiones non habebat. Vnde conuenienter institutum est vt reliquæ undecem tribus decimam partem suorum prouentorum Leuitis darent vt honorabilius viuerent. Et quia etiam alijqui per negligentiam erant futuri transgressores. Vnde quantum ad determinationem decimæ partis Oblatio illa erat iudicialis, sicut & alia multa specialiter in illo populo erant instituta, ad æqualitatem inter populos, ad inuicem conseruandam, secundum populi illius conditionem. Quia Iudicialia præcepta dicebantur licet ex consequenti aliquid significari, sicut et omnia eorum facta significabant aliquid in futurum Secundum illud D. Pauli ad Corinth: 10. Omnia in figura contingebant illis.

Determinatio Decimæ partis a Deo est.

Differebant tamen Iudicialia præcepta a Ceremonialibus, quia ceremonialia principaliter instituta erant ad aliquid significandum. Iudicialia autem præcepta principaliter erant instituta ad faciendam æqualitatem inter homines, quamuis postea erant ex consequenti in dictum est aliquid significare. Vnde & præceptum de decimis persoluendis significabat aliquid in futurum in lege noua. Qui enim decimam dabat, quæ decima est perfectionis signum eo quod denarius numerus quodam modo perfectus est, quia est quasi primus tenens numerum vltra quem non proceditur, sed reiteratio fit ab vno nomen sibi partibus reseruatis protestabatur, quasi in quodam signo illius nouenarij, adesse sustinere imperfectionem, perfectionem vero quæ erat futura per Christum ex expectandam a Deo in ministerio Sacerdotum. Nec tamen præceptum hoc erat Ceremoniale sed Iudiciale vt iam dixi, quia non erat institutum ad specialiter significandum, sed principaliter inducebat æqualitatem.

Differentia præceptorum Iudicialium & ceremonialium.

Est autem hæc differentia præceptorum veteris legis Ceremonialium & Iudicialium. Quod ceremonialia illicitum est obseruare in noua lege. Iudicialia vero esi non obligant tempore gratiæ, tamen possunt obseruari absque peccato, & ad eorum obseruantiam aliqui obligantur, si statuantur autoritate eorum quorum est condere leges. Ita ergo determinatio decimæ partis est autoritate Ecclesiæ tempore legis nouæ instituta, secundum quandam humanitatem, vt scilicet ratio minus populus nouæ legis ministris suis exhiberet quam populus veteris legis exhibebat. Et præsertim quia ad maiorem perfectionem obligantur homines in noua lege, quam obligarentur in veteri. Secundum illud Mat: 5°. Nisi abundauerit &c. Et denique quia ministri nouæ legis sunt maioris dignitatis & autoritatis, iuxta Apost ad Cor. 3 Quæ in Ecclesia spectatis opportunitatibus temporum & personarum, posset determina

Iudicialia præcepta possunt obseruari in noua lege absque peccato.

Ad maiorem perfectionem obligantur homines in noua lege quam in veteri

re aliam

aliam quantitatem vt verbi gratia Sextam vel Septimam. Et tamen etiam ante tempus legis scripte licet non fuerit determinata aliqua pars exhibenda ministris (quia non erant determinati alij ministri diuini cultus, sed primogeniti erant Sacerdotes qui duplicem portionem accipiebant vel vbi aliquis talis minister occurebat vnus quisque dabat ei propria sponte quod sibi videbatur. De quo videndus est Sanctus Hieronymus in Quæstionibus Hebreorum & Pererius Tomo 2do in Genesim Cap. ultimo) nihilominus Abraham quoddam Prophetice instructu dedit decimas Melchisedecho summi Sacerdoti Dei vt dicitur Genesis 14. Et similiter Jacob vouit decimas Deo se daturum Offeram inquit tibi decimas. Sed decimus suo loco.

Decimæ in lege naturæ

Omnia quæ hactenus dicta sunt in Summam redigo.

Et **Dico vltimo.** Tria nobis præcipi ex Christus præcepti quatenus est affirmatium Scilicet adorationem: orationem: & sacrificium. late sumptum, & hoc insinuari illis particulis, Ego sum dominus Deus tuus.

Quid nobis præcipitur primo præcepto.

Dixi præcipi nobis adorationem, intelligendo adorationem propriè dictam, quia aliquando adoratio late accipitur vt complectitur etiam Sacrificium & oblationem. Sic Joannis 4 dicit dominus. Nam venit hora quando neq; in monte hoc neq; in Hierosolimis adorabitis patrem nempe per sacrificium: Nam de eo loco vbi sacrificium Deo offeri deberet querebat Samaritana. Propriè ergo dicta adoratio nihil est aliud quam honor externo corporis gestu exhibitus. Sed quia talis honor seu adoratio externa vt in superioribus explicatum est Adiaphora seu indifferens: hoc est potest tam creaturis quam Deo exhiberi. Ideo vt ibidem dixi vel ab intentione adorantis vel ab ipsa communitate determinari debet. Si igitur externa illa submissionis nota intendas te alteri submittere tanquam Deo & testari eius diuinitatem tua submissione, erit cultus latriæ. Si vt amico Dei erit Cultus Duliæ. Si vt viro Sapienti & potenti erit Cultus observantiæ politicæ seu Ciuilis.

Adoratio propriè dicta. m

Cultus latriæ

Et quamuis nomen latriæ apud Græcos late patet & significat quemlibet seruitutis cultum quem seruus domino suo defert: Vsu tamen & accommodatione factum est. Vt in sacris literis & a scriptoribus sacris solum accipiatur pro summo seruitutis cultus qui rerum omnium domino debetur, obsequium eius imperium & dominatum, & quod vniuersa exhibere contendit, & ea suo nutu conseruet & prouidentia gubernet ac regat. Vnde D. Augustinus lib: 10 de Ciuitate Cap. 1. Et libr: 20 Contra Faustum Cap. 21. Et libro 1 de Trinitate Cap. 6. libro 8. Aetimologiarum Capite vltimo.

Cultus Duliæ

Dulia vero a græcis fuit & late sumitur: significatq; honorem & cultum quem præstat domino seruus. Sed vsu accommodatum est hoc nomen apud Scriptores sacros ad significandum qua sanctis cœlestis patria Ciuibus tribuatur. Et quia inter sanctos vna cum Christo in cœlo regnantes primas obtinet Sanctissima Dei para: Ideo introductus etiam est vsus, vt Cultus ei debitus speciale nomen habeat qui dicitur Hyperdulia. Quasi latine dicatur cultus quidam eximius & excellens inter eos qui sanctis cum Christo domino viuentibus debetur.

Cultus Hyperduliæ

Primus ergo

43.

Primus ergo præcipitur in præcepto hoc scilicet cultus Latriæ. Duo alij videlicet Cultus Duliæ, & Hyperduliæ si præcepto hoc non præcipiantur, tamen etiam illi non repugnant

1° Præcipitur nobis Cultus latriæ

Secundò igitur in hoc præcepto precipitur nobis Oratio ad Deum, sive illa fiat mente, sive etiam voce. Vnde apud gentes inquit Thomas Lescius oratio habebatur pro Cultu numinis. Nam per illam testamur Deum esse autorem bonorum omnium nostrorum, & nos esse ipso inferiores scilicet ipsius mendicos qui ope auxilioque eius egeamus. Hoc enim includit deprecatio seu peticio sic fit vt superbi egre erent. Deinde testamur ipsum omnia scire in particulari, omnium habere providentiam & dispositionem, omnia posse, & omnium misereri.

2do Oratio

Et quamvis Deus non possit orationibus nostris permoveri quasi nunc incipiat velle, quod antea nollebat: aut e contra hoc eius immutabilitati eius ad quam requiritur ut omnis volitio etiam libera fuerit ab æterno in illo fitque immutabiliter duratura in æternum. Dicitur tamen Deus permoveri orationibus, quia permissis orationibus multa voluit & statuit ab æterno, quia alioquin non voluisset. Adeo tot oratio permissa sit suo modo causa Cur Deus anticipata illa voluntate sic vellit non secus ac si modo novam voluntatem concipere

Tertiò denique præcipitur nobis hoc præcepto Sacrificium vel saltem sic adeatur, quia ex ipsi luminis naturalis, forte posset esse contentus Deus illo duplici cultu scilicet Adoratione & Oratione, nihilominus ita sacrificium est consentaneum naturæ vt nunquam fuerit tempus quo non offeretur Deo: vt patet ex illis exemplis datis De Caim & Abel.

3to Sacrificium

Porro præcipitur nobis hoc præcepto Sacrificium late sumptum scilicet vt generatim significat quam circa ob lationem in honorem Dei. Nam sacrificium proprie dictum quinq; requirit.

Sacrificium propriè dictum 5 requirit.

Primò requirit Sacerdotem legitima autoritate ad offerendum deputatum Ratio est quia cum sacrificium sit præstantissimus cultus externus quo divinitas ab hominibus colitur, par est ut non fiat passim a quibus, sed a personis electis & ad hoc deputatis, per quos & ceteri censeantur numen colere, & hæc est etiam præcipua ceremonia qua populus in vna religione coniret. Nec obstat quod legamus aliquos tanquam privatos obtulisse vt Abel, Abraham & Iacobum & similis, quia id peculiari instinctu fecerunt, & hoc ipso quod offerebant fuerunt constituti Sacerdotes, ea autoritate cuius instinctu Sacrificia offerebant. Sic etiam in domibus Patres familias locum sacerdotum in lege naturæ tenebant vt Iob qui sacrificabat pro suis filiis. Et Exodi 12 Designo Paschali qui per familias & in vna domo offerebatur antiqua scilicet naturæ lege. Idem dicendum est cuius signum fuit quod sacrificium Paschalis Agni fuit ante institutum legem veterem, & eius sacerdotium præceptum. Vnde in eo instituendo servata est consuetudo legis naturæ.

1° Vt sit Sacerdos legitima autoritate deputatus

Secundò. Ex parte materiæ requiritur ut sit sensibilis, externa, vna, vel in anima.

2do Vt sit materia sensibilis

Tertiò. Ex parte formæ requiritur aliqua eius rei mutatio, quod colligitur ex ipso nomine Nam sacrificare non solum est sacrum facere id quod offertur; sed etiam occidere seu mactare quod patet ex verbo greco Θύω. Ratio est quia sic totaliter exuitur res quæ Deo offertur usibus

3to Vt sit rei mutatio.

Quartò. Requiritur ex parte finis ut explicite vel implicite fiat in honorem Dei. Humanis

4to Vt sit in laudem Dei

Ratio

5to
Vt sit locus conueniens

Ratio est quia sacrificium est in genere signorum quibus estimationem nostram de excellentiam internam atq; cultus et affectum exprimemus.
Quinto denique requiritur locus, dignitas enim sacrificij hoc exposcit, vt sicut non quilibet persona sit, sic etiam non in quolibet loco offeratur. Sed hæc ad sacrificium pertinent. Illud autem quod omnes in lege naturæ offeri poterant modo explicato, non requirebat hæc omnia. Et hæc sufficiant de hac prima parte præcepti.

Peccata contra Primum Decalogi præceptum

Hactenus de Cultu diuino qui præcipitur in hoc præcepto. Nunc agendum erit de peccatis quæ sunt contra Cultum Dei. Quæ quidem vestigijs Toleti insistendo Quinq; numerantur. Primo Blasphemia dimittetas. Secundo Superstitio. Tertio Diuinatio. Quarto Mala observantia & Maleficium Quinto Apostasia a religione ratione voti Dep̃facti. Sexto denique tentatio Dei.

Quæritur IV.

Quid sit Blasphemia et quod eius species

Blasphemia

Definitio Blasphemiæ

Nota primo Blasphemiam nihil aliud esse quam execrationem, maledictionem seu conuicium. Vnde ex vi suæ significationis non solum circa Deum sed etiam circa creaturas versari potest.
Nota secundo. Vsuram esse receptum vt Blasphemia ad derogationem Diuini honoris & bonitatis applicata sit: Vt notauit D. Augustinus libro 2. de moribus Manicheorum Capite 11. dicens Est autem blasphemia cum aliqua mala dicantur de bonis, itaq; iam vulgo blasphemia non accipitur nisi mala verba de Deo dicere, & subiungit optimam rationem accommodationem vocis ad Dei tantum inhonorationem, quia de hominibus dubitari potest (scilicet an sint boni &c.) Deus autem sine controuersia bonus est.
His ergo notatis dico Blasphemiam esse verbum maledictionis Conuicij seu Contumeliæ in Deum. Dicitur verbum, accipiendo verbum abstracte siue scilicet illud sit mentale siue externum et sensibile. Exqua particula dubitabis An ille blasphemare censeatur qui significat tantum vtitur talibus quæ vero Deo non conueniunt, & significant vitium contemptum. Videbi gratia quis accipiat ex Altare Eucharistiam & ponat eam in mensa communi cum aliis panibus vel conculcet eam aut det Canibus. Videtur enim blasphemare. Nam de Iudeis dicitur Esdræ Cap. 9. Cum fecissent sibi vitulum conflatilem & dixissent Iste est Deus tuus, subditur & fecerunt blasphemias magnas. Item Mathei Cap. 27 dicitur. Blasphemabant eum mouentes Capita sua & dicentes. Nihilominus verum est quod Suares Blasphemiam

Dubium.
An potest per signa blasphemare.

debere esse.

45.

debere esse propriè verbum hoc est vel verbum mentis vel verbum exterius, ꝺ declaratur per oppositum: nam blasphemia est contrarium vicium laudis Diuinę. Laus autem diuina tantum propriè verbo fit: grauuis enim Deus aliis gestibus et actibus corporis adorari possit, tamè propriè laus actus est oris. Iuxta illud Psal: 33. Semper laus eius in ore meo. Vnde D. Thom: 2da 2dæ Quæſ: 103 Articul-1° ad-2tum Differentiam constituit inter laudem ⁊ honorem: Quod laus consistit in solis signis verborum. Honor autem in quibuscunque externis signis. Et confirmatur quia blasphemia non tantum significat in honorationẽ sed etiam infamationem. Infamatio autem non est sine uerbo. Denique alia Idololatria ꝺ alia similia peccata possent dici blasphemia, quamuis per metaphoram fortasse non vnquam ita appellantur. Nos autem non quærimus metaphoram sed proprietatem.

Blasphemia proprie fit per verba mentalia sure externa.

Diferentia laudis ꝺ honoris

Ad rationes ergo dubitandi respondeo. Ad Blasphemiam non quantumq; significationem, sed expressam requirit. Scilitet talem per quam proprie significetur Contumelia, Conuitium, ꝺ Maledictio in Deum. Nocenim blasphemia ex peculiari sua significatione postulat: sicut laus Dei ex peculiari sua significatione requirit manifestationem Dei excellentiæ, sive illa manifestatio soli Deo fiat interius, sive etiam hominibus exterius. Vnde etiam in scriptura quoties alicui peccato quod videtur in facto consistere tribuitur nomen Blasphemia semper tribuitur alicuius verbi adiuncti. Illud autem de Eucharistia non habet rationem Blasphemiæ etiam extenso vocabulo, sed est nisi signe quoddam sacrilegium. Et ita soluuntur quæ adducta sunt in contrarium.

Solutio Dubij

Circa illas particulas Conuicij, Contumeliæ, ꝺ Maledictionis, est etiam alia difficultas. Erant enim quidam qui sentiebant veram Blasphemiam tantum esse in verbo, vel affirmando aliquid de Deo, aut tribuendo aliquid creaturæ quod ad propriam Dei excellentiam pertineret. Conuitium autem maledictionem aut Contumeliam non nisi proprie dicebant appelari Blasphemiam, fundamentum eorum, quia putabant falsitatem pertinere ad essentiam Blasphemiæ. Falsitas autem non invenitur nisi in propositione qua affirmatur vel negatur aliquid de aliquo. Non vero in simplici Conuicij seu maledictione, per verbũ optandi vel precandi. Nihil ominus probabilius est sicut etiam Annotauit Toletus. Azorius, ꝺ Suarius Blasphemiam esse verbum maledictionis Conuicij seu Contumeliæ in Deum. Et econuerso omnem blasphemiam in aliquo ex illis verbis scilicet Maledictione Conuitio ꝺ contumelia contineri.

Species Blasphemiæ Conuitij Contumelia, ꝺ maledictio.

Prior pars probatur Scilicet Blasphemiam esse verbum maledictionis ex Capite de maledicis vbi absolute dicitur Blasphemiam proferi quando lingua contra Deum aut Sanctos laxatur. Ratio vero huius veritatis est. Quia in his omnibus scilicet in conuitio, in Contumelia, in maledictione est malicia irreligiositatis contra Deum directe, ꝺ committitur per verba in honorativa Dei.

Malicia Irreligiositatis in quo consistit.

Altera pars probatur scilicet quod a dicta tria Maledictionem Conuicium & contumeliam omnes Blasphemię deducuntur, explicando varios modos quos habet Toletus, & lacius persequitur illos Suarius. Dicit enim hic autor posterior Blasphemiam generaliter distinguũ in duos modos. Vnus est quando peruerba indicatiui modi derogatur alicui Diuinæ excellentiæ potentiæ aut bonitati. Alius est quando peruerba execrationis Contumeliæ aut ignominiæ diuino honori iniuriam fertur.

Duplex modus Blasphemiæ.

Prior modus quifit per verba indicatiui modi subdiuiditur in alios tres. Primo in affirmationem falsam dicendo Deus est iniustus, vel quid simile. Secundo, in negationem seu detractionem alicuius Deo factum quod illi conueniat dicendo Deus non est misericors, & Tertio in atributione honoris vel excellentiæ alicui creaturæ, qui honor & excellentia soli Deo conueniat. Et ita dixerunt Iudei de vitulo, iste sunt Dii tui qui te eduxerunt de terra Egipti &c. Similiter christus dicebatur Blasphemare quoties videbatur sibi usurpare quæ soli Deo conueniunt. Vt quando dixit remittuntur tibi peccata tua, dicit enim Scriptura Iudeos dixisse illi Blasphemiam his verbis. Hic blasphemat.

Prior modus

Omnes autem hi tres modi pertinent ad maledictionem, non enim sumitur maledictio in hoc loco tantum pro imprecatione alicuius mali, sed in uniuersum pro locutione cuius cunq; mali Deum attingentis. Siue per affirmationem, siue per detractionem siue per atributionem rei quæ soli Deo conuenit alicui quod non est Deus. Et ita intelligitur Psal: 77. Male locuti sunt de Deo, & dixerunt numquid poterit Deus parare mensam in deserto? Ex quibus etiam verbis constat ad hoc genus maledictionis, non solum spectare aliquid falsum de Deo proferre, sed etiam indubium reuocare illa quæ pertinent ad perfectionem Dei. Vt si quis dicat quis scit an sint omnia ista vera quæ dicuntur de Dei misericordia & bonitate, quare enim in eternum punit &c.

Posterior modus Blasphemiam dicitur videlicet peruerba execrationis & contumeliæ interdum fit optando aut desiderando, interdum imprecando Deo malum, vel carentiam boni. Omnia autem talia verba siue prioris siue huius posterioris modi cadunt in contumeliam creatoris: & ideo propryssime sunt blasphemia.

Posterior modus

Illud autem fundamentum priori sententiæ quæ dicebat ad Blasphemiam essentialiter requiri falsitatem est improbabile, loquendo de speciali & propria falsitate, quia aliquis Blasfemare Deum propryssime etiam si nihil dicat Deo falsum.

Duplex falsitas.

Dixi de speciali falsitate, quia aliqua falsitas omnia cõmuniter peccata sequitur. Secundum illud Proverb: 14. Errant omnes qui operantur iniquitatem.

Sed aliud est falsitas in exercitio, aliud falsitas in affirmatione vel negatione expressa.

Circa illa verba Conuicij & Maledictionis in Deum. Notandum est Primo

Per ea de

47.

per ea determinari hoc peccatum ad speciem vicy religioni contrarij, & per hæc verba distingui Blasphemiam a maledictione, Conuicio, aut contumeliam in hominem. Nam illa sunt peccata contra Justiciam vel Charitatem proximi, non contra religionem Dei, qui solus est propriissime & verissime & summe bonus

Ad alteram partem quæstionis Dico Blasphemiam diuidi in internam & exter- Diuisio Blasphemiæ.
nam vt explicat Toletus. Secundo in Blasphemiam contra Deum, & in Blasphemiam contra Sanctos. Quod quia non explicatur a Toleto, & habet dificultatem, elucidari debet; quia necessarium est ad explicanda iura quæ sunt contra Blasphemos.

Dificultas autem hæc est. Videtur enim hæc diuisio pugnare cum definitione ipsæ Blasphemiæ: in definitione enim Blasphemiæ dicitur, Blasphemiam esse verbum maledictionis Conuicij seu contumeliæ contra Deum: in hac autem diuisione ponitur Blasphemia contra Sanctos, aut ergo definitio non conuertitur cum definito suo, aut hæc diuisio est falsa. Et quamuis Deus posit in Sanctis adorari, tamen adoratio Sanctorum simpliciter distinguitur ab adoratione Dei quia adoratio Dei est latria; Adoratio autem Sanctorum est Dulia. Ergo etiam quamuis Deus posit maledici in Sanctis, Blasphemia illa seu maledictio erit distincta ab blasphemia Dei, & non pertinebit ad religionem seu Latriam, seu non habebit propriam rationem Blasphemiæ quæ est contra Deu, sed tantum habebit rationem in obseruantia contra Sanctos, ac per consequens non erit bona diuisio Blasphemiæ contra Deum & contra Sanctos, quia quæ diuidunt debent participare in vno. Denique maledictio creaturæ irrationalis secundum se & absolute sumpta, si est vana & illicita actio, vt dicit D. Thomas Secunda 2dæ Quæst: 76 Articulo 4. Et habet tantum rationem Blasphemiæ ex intentione & relatione maledicentis, hoc est tunc tantum habet naturam blasphemiæ quando is qui maledicit creaturæ intendit & dulit in illa creatura maledicere Deo

Verum tamen est quod hic ponit Toletus & D Thomas Quæst: 13 Articulo 1. ad 2dum Cajetanus ibidem Navarrus Cap 12 Tome Primo, Silvester & alij sumiste. Et faciet ius in Capite Secundo de maledicis' Blasphemiam contra Sanctos esse veram Blasphemiam & contineri in prædicta definitione illis verbis Contra Deum & declaratur generali regula. Blasphemia contra Sanctos continetur in Blasphemia contra Deum.

Quia ad contrahendam maliciam non est necessaria formalis seu propria intentio sed sufficit interpretatiua, quando in obiecto ipso contra quod peccatur est fundamentum istius interpretatiuæ intentionis, ita autem est in præsenti. Nam Sancti exuisui status habent quandam intrinsecam habitudinem seu respectum ad Deum Et ideo si contumelia afficiantur, iniuria transit in Deum ipsum, etiam si hoc formaliter non inten- Interpretatiua intentio

non intendatur vel licet illa habitudo expresse non consideretur sicut considerari posset & deberet.

Tribus modis proferur contumelia in Sanctum 1°

Itaque tribus modis potest contumelia in Sanctum proferri. Primo Expresse cogitando simul de Deo & intendendo honori eius detrahere in sancto suo, & tunc est formaliss-ma Blasphemia Dei vt per se constat, quia non ex sono verborum sed ex significatione & animi intentio malicia desumitur.

2°

Secundo potest quis cogitare de Sanctis cum aliqua expressa habitudine seu respectu ad Deum scilicet peculiaris amici aut ministri eius, & nihilominus voluntarie in Sanctum proferre verba Blasphemiæ, & tunc etiam iniuria censetur transire in Deum, scilicet ratione illius vinculi quod inter Deum & talem personam consideratur. Et ideo talia verba habent propriam rationem Blasphemiæ, in quo minus requiritur ad contumeliam & ad iniuriam quam ad cultum & honorationem, quia bonum est ex integra causa: & ideo requirit intentionem magis formalem: Malum autem ex singulis defectibus Et ideo non requirit formalem intentionem. Et si in illo casu inquo contumelia afficitur aliquis Sanctus sit malicia contra Deum vt probabat Argumentum superius positum de adoratione Sanctorum ab illis verbis, Et quamvis Deus possit. Est tamen etiam illa Malicia contra religionem seu latriam, neq enim hæc duo repugnant vt unius fiat aliquid contra Sanctos & tamen redundet in ipsum Deum. qui sicut religione seu latria colitur ita Blasphemia & contumelia afficitur.

3°

Tertio igitur fieri potest ut cogitatio de Sancto tunc cum maledicitur non sit expresse respectiva in ordine ad Deum hoc est ut simplicius rem istam explicem Vt tunc cum aliquis maledicit Sancto nihil omnino cogitet de eo neque ut est nisi optimus infinitus immensus, neque ut est talis dominus & Sanctus, sed mere tantum terminet illam suam malitiam ad sanctum ut est talis, scilicet tante virtutis tantorum miraculorum & tante sanctitatis. Et tunc licet imperfectior sit ratura sit Blasphemia in Deum, tamen indirecte participare videtur eandem Blasphemiam, quia ad hanc sufficit voluntas talis obiecti, quod ex se cedit in obprobrium Dei.

Ad blasphemiam contra Dum sufficit virtualis intentio

Item quasi formalis seu propria intentio Blasphemandi Deum non est necessaria ad hoc vt vere censeatur aliquis blasphemus sed sufficit Virtualis vt dicit Toletus. Nam si quis dicit sive Deus velit sive nolit ego faciam, Est Blasphemus vt ibidem explicat: Ergo etiam expressa intentio illius respectus ad Deum dum maledicitur Sanctus, non erit necessaria intentio ad incurrendam malitiam Blasphemiæ contra Deum, quia ad voluntariam indirecte satis est, quod potuerit et debuerit cogitari

Blasphemia contra fidem, Hereticalis

Tertia diuisio Blasphemiæ est In Hereticalem & Simplicem.

Dicitur autem Hereticalis qui hæresim seu falsitatem contra fidem formaliter aut virtualiter continet aut significat, sive id fiat enunciando vel negando aliquid de Deo,

quod Deo non con-

quod Deo non conuenit, iure attribuendo alteri quod soli Deo conuenit. Item Hereticalis est Blasphemia si quis hæc verba proferat ex voluntate conuiciendi Deo, Deus est iniustus, etiam si non sentiat ita; Inquit Toleto dissentio. Item Hereticalis est blasphemia si quis dicat Deus nō est bonus, etiam si non habebit talem de Deo iudicium. Similiter si dicat Diabolus nos liberauit a peccatis etiam si contrarium credat. Ratio est. Quia plus requiritur ad hoc ut aliquis confiteatur Hereticus, quam ad hoc ut aliquis confiteatur habere propositiones Hereticales et confirmatur, quia alias vix potest aliquis inueniri inter Catholicos qui propter Hereticam Blasphemiam deberet puniri penis in Blasphemos Hereticos statutis, posset enim dicere se non ex animo dixisse. Et Ecclesia non iudicat ex internis.

Blasphemia simplex

Blasphemia non Hereticalis dicitur omnis illa quæ nec formaliter nec virtute continet falsitatem contra Deum, vt sunt omnes blasphemiæ per modum optandi aut imprecandi.

Quæritur V.

Qualis et quanta sit malicia Blasphemiæ

Malicia Blasphemiæ superat omnia peccata contra religionem.

Certum est Primo Peccatum hoc mortale esse, et ex suo genere grauissimum inter peccata religioni opposita, quia directe opponitur Diuinitati et excellentiæ Dei secundum se, id est prout est talis Diuinitas et excellentia, atq; non solum negat debitum cultum, sed etiam summam irreuerentiam et iniuriam infert quantum potest, et quasi aperto Marte ut sic dicam bellum Deo indicat. Cum enim non possit Deo malum inferre (hoc est re ipsa malum) exacuit linguam contra Deum per Blasphemiam. Vnde D. Hieronymus in Caput 18 Isaiæ. Nihil inquit horribilius est blasphemia, quæ ponit me excelsum os suum, omnem quippe peccatum comparatione Blasphemiæ leuius est. Omne iniquum contrarium religioni seu cultui Diuino.

Odium Dei et peccatum Hæresis grauius est quam blasphemia.

Non omne autem simpliciter, nam simpliciter grauius est odium Dei et peccatum Hæresis grauius est quam Blasphemia, imo etiam desperatio. Quia sicut Virtutes Theologicæ Fides Spes et charitas excellentiores sunt virtute religionis, ita peccata illis contraria ex suo genere etiam deteriora sunt quam Blasphemia.

In verbis materialibus Blasphemiæ non semper peccatum.

Certum est Secundo. Ad propriam maliciam Blasphemiæ necessarium esse, vt verba Blasphemiæ proferantur serio, et vt sic loquar significatiue. Nam si quis materialiter referat verba Blasphemiæ, poterit nullum esse peccatum, vt si quis dicat Christo domino infanti, quem videt inermis iacentem et ranicula, ille non est Blasphemus imo potest dicere ex quodam tenerimo affectu.

Quod si quis proferat verba Blasphemiæ non ex malicia aut intentione Blasphemandi, sed potius ex quadam inepta recreatione non erunt illa verba Blasphemiæ sed levitatis & irreverentiæ si assumatur nomen Dei. Vt signis dicat illa verba quæ communiter in festi & insulsi dicunt de Sancto Petro & de eius Calicio quod nimirum factum sit ex stricis in tabe

Blasphemia non excusatur exiguitate materiæ a peccato mortali.

Certum est Tertio Non posse in Blasphemia contingere veniale peccatum ex sola parvitate seu exiguitate materiæ sicut contingit in furto & alijs. Continget ergo veniale peccatum in Blasphemia ex subreptione & indeliberatione, & in deliberata voluntate ut docet Toletus. Contingit autem id duobus modis Primo quando quis ex subita pasione aut motione prius protullit verbum quam adverteret sensum vel significationem eius, secundum quam significationem illud verbum Blasphemum continet dici quasi non dicendo, tunc enim materialiter tantum profert Blasphemiam, ideest ram talem quæ esse blasphema esset, si accederit intentio Secundo solet hoc accidere exquadam prava consuetudine, quæ quidem non excusat per se loquendo presertim quando voluntaria est talis consuetudo, nihil omnino si ipso actu quando profertur tale verbum tollatur omnino advertentia rationis, in illo actu tali non erit nova malicia blasphemiæ presertim mortalis, Dixi nova quia erit aliqua malicia talis verbi, non enim illud verbum erit bonum, nec etiam erit malum, quia non erit illud verbum indiferens ad bonum vel ad malum; quod enim per se est malum non potest esse indiferens ad bonum, vel ad malum. Erit enim in illo verbo malicia talis exgurali affectu proferetur.

Passio & in advertentia quo modo excusat à peccato

Sed est hic graue Dubium quod tantum tangitur & non explicatur a Toleto, quomodo scilicet passio excusat a peccato & in quo consistat hæc in deliberatio.

Explicatur in vniuersum quomodo passio et in advertentia excusat a peccato.

Triplicitèr dicitur Passio

Nota Primò. Ex D. Thoma Prima Secundæ Quæst 22 Arti: 1° tripliciter potest dici pasionem sicut & pati Vno modo. Improprysime latissime, id est proreceptione cuiuscunque rei sive in corpore sive in Anima Secundò magis proprie scilicet prorecceptione alicuius cum alterius quod nec erat qui recipit abiectionem sive illius quod abiecitur fuerit bonum sive malum. Et sic homo dicitur etiam pati quando ex ignorante fit sciens, ex peccatore Sanctus Tertiò modo dicitur Passio propriissime & strictissime, quando id quod est conveniens abjcitur & quod est inconveniens recipitur. Vt quando adveniente egritudine tollitur Sanitas: dicitur enim tunc aliquid proprie pati, quando ex suo statu conveniente trahitur quodam modo ad statum vel naturam illius quod contra illud agit. Itaque lignum patitur quando ab igne trahitur ad naturam ignis.

Ex hoc ergo.

Ex hoc ergo notabili primo passio proprię dicta ut hic de ea agimus, est motus appetitiuę virtutis seu facultatis aut potentię sensibilis in imaginatione boni vel mali dicitur motus. Sunt enim passiones quasi quidam funiculi quibus ad hoc vel illud quasi vimeti homines quodam modo trahuntur. Sunt veluti quidam ignieuli quibus inflamamur vel accendimus. Sunt Stimuli quinos frequenter pungunt dangunt. Sunt velut nervi quos aliquando contrahimus aliquando porrigimus. Sunt denique quasi funi quibus noster animus tanquam Mare procelosum perpetuo exagitatur. Sunt quasi claui quibus homo miser configitur. Quasi nubes quibus mens humana obscuratur.

Definicio passionis in hoc loco.

Dicitur appetitiuę Virtutis. Cum enim anima duplicem habeat respectum ad rem quam libet. Vno modo prout illa res est in seipso. Alio modo prout est quodam modo in homine, secundum proprium modum ę hominis ę rei quo potest esse in homine.

Duplex respectus animę ad rem quam libet.

Primus respectus. fundat seu efficit in homine vim appetitiuam. Vis enim appetitiua fertur in res prout sunt quodam modo in se ipsis, unde trahit hominem extra hominem ad res illas. Et sic intelligitur illud quod dicit Aristotelles tij ę Methaphisicorum textu 8. bonum ę malum quę sunt obiecta appetitiuę facultatis sunt in seipsis

Vis appetitiua

Alter respectus animę ad res prout sunt quodam modo in eo quia eas sic respicit fundat vim seu facultatem aprehensiuam. Vis autem aprehensiua non trahitur ad rem secundum quod illa res est in se ipsa, sed cognoscit rem secundum modum suum, ę quodammodo eam in se recipit. Vnde etiam Aristotelles dicto loco dicit Verum et falsum non sunt in reb, sed in mente.

Vis aprehensiua

Cum ergo Passio dicitur talis motus quo quis trahitur ad aliud. Passio erit actus Virtutis appetitiuę. Dicitur sensibilis, quia passio ibi proprię dicitur ubi est transmutatio corporis: quę quidem in uenitur in actibus appetitus sensitiui potius quam in actibus appetitus intellectiui, hoc est Voluntatis

Passio est actus Virtutis appetitiue.

Dicitur in Imaginatione boni vel mali. Primo enim res quę corporis sensibus obijcitur sub imaginationem venit. Secundo. Imaginandi facultas eam percipit ut talem, hoc est album vel nigrum, Veram vel falsam, bonam vel malam. Tertio. Vt bonam sibi. Quarto. Appetitus in imaginatione excitatus rem sibi obiectam vel approbat, vel respuit. Quinto. Consequitur continuo in corpore cōmotio Spirituum Vitalium qui per arterias ex corde in totum corpus diffunduntur. Et commotio Sanguinis qui ex fecore per omnes venas ad singulas corporis partes dilatus emanat, quibus omnibus motibus cor ę præcordia ę omnia corporis membra, ipsum denique corpus cōmouentur. Hęc enim omnia aut frigescunt, aut calescunt, aut contrahuntur, aut dilatantur, ę indesinenter quę vult membra flectit. cum torquet poriit ę contrahit. Ex quo efficitur ut plurimi in corpore af-

Quomodo rem quam libet homo in se recipit.

V

incorpore affectus & metus consequuntur. Nam Cor cupiditate & leticia sese dilatat ac fundit. Merore ac tristicia contrahitur. Metu refrigescit ac premit. Ira incalescit ac feruet. Invidia tabescit. Pudore erubescit. Terrorem palor tremor & dentium strepitus comitatur. Dolore in suspiria gemitus & lamenta prorumpimus. Amantis sermo est medis actener. Irati acer ac vehemens; in ira etiam vox est atrox, aspera, densa & respiratione crebra. In metu vero contracta & remissa.

Duplex differentia virium seu facultatum

1ª Concupiscibilis

2ª Irascibilis

Notandō Duplices esse passiones iuxta duplicem differentiam Virium facultatum seu potentiarum ad quas passiones pertinet Prima quæ vocatur Concupiscibilis seu concupiscens, est vis quædam a natura tributa animalibus, Vt singula ea quæ sunt utilia & salutaria ac sibi profutura appetant & consequentur, Altera quæ dicitur Irascibilis data est animalibus ut contrarys sibi, seu illis quæ sunt nocitura obsistant. Vnde hæc irrascibilis potentia est quasi conservatrix tutrix, propugnatrix & ultrix =

= primæ illius facultatis quæ vocatur concupiscibillis. Et hæc differentia ostenditur exemplo naturalium. Nam grauia (verbi gratia) & leuia distinctas habent & tamen sibi corespondentes facultates. Grauia enim ponderea ad sua loca feruntur, frigore resistunt contrarys seu agunt in sua contraria & pugnant cum illis. Sic leuia leuitate sua feruntur in loca sibi assignata: Calore agunt seu pugnant cum suis contraris. Atq; ex hac etiam differentia sequitur alia inter facultates seu potentias passionum distinctio. Nam facultates seu potentiæ quæ vocatur Concupiscibillis, est bonum absolute sumptum, hoc est non considerando an sit difficille vel facille acquisitu. Irascibillis autem potentia est bonum difficille & arduum. Nam Amor, Desiderium, & Delectatio seu gaudium, qui sunt affectus appetitus seu potentiæ concupiscentis, sunt absolute & simpliciter bonorum obiectorum, seu versantur circa bona absolute sumpta, hoc est non considerando in illis differentias difficilis aut facile. Spes autem quæ est affectus appetitus seu potentiæ irasabillis, non est nisi cum quadam fiducia adipiscendi arduum & difficille. Item Audacia non est nisi ad ea quæ facte difficilia sunt, vt ad bella, ad pericula, & ad alia terribillia. Metus est mali expectatio & quod non facile superatur difidentia. Desperatio est egritudo sine ulla rerum expectatione melliorum. Ira vindictam appetit, quæ sua dificultate non caret.

Passionum distinctio

Effectus potentiæ concupiscibilis

Effectus potentiæ irascibilis.

Hæc passiones sic numerate reducuntur ad quatuor principales quos hoc

Versu expressit Boecius libro primo de Consolatione, Metro Vltimo

Gaudia pelle. ‖ Pelle timorem ‖ Spemq; fugato ‖
Nec dolor ad sit ‖ Nubila mens est ‖ Vincta q; fremis ‖

Undecem Effectus seu Passiones 2tum D Thomam.

Hæc ubi reonat ‖. Porro Sanctus Tomas meliorem sententiam ha-
bet prima 2dæ quæst. 23. Vndecem numerat Passiones seu affectus in hunc modum.
Primo enim res obiecta si bona sit statim excitat in nobis Amorem, qui in hoc consistit ut
mdicet rem bonam gratam & perse appetibilem.
Secundo ex hoc quod res obiecta ut bona placet, si sit absens, seu si non habeatur, na
scitur desiderium & Cupiditas ad eam querendam & tandem obtinendam.
Tertio ex hoc quod est bonum & erat cupida, & iam obtinetur, nascitur gaudium seu delectatio.

Contrarijs tribus affectus sunt Odium, per quod indicatur res es-
se mala & fugienda. Detestatio, per quam res fugitur. Et demum Tristicia quæ
tunc habetur quando res contraria mi est nobis, quam iam non possumus superare,
Porro si res obiecta bona quidem sit, sed magna, difficilis, tardua & futura, & quæ tamē
posit obtineri, excitat in nobis spem. Quod si sit tam ardua & difficilis vt videatur
non posse obtineri, excitat in nobis Desperationem.

Si uero sit mala & ardua & futura, excitat in nobis Primo quidem timorem ut fugiatr,
Secundo Audatiam ut in illam tendatur superatur, ac per hoc eius subiectio vitetur,
& sic excitatur audatia

Si autem res sit mala præsens vel quodam modo imminens, contra eam Indignatio
& a nobis conamur illam expellere si possumus. Et hinc exoritur Ira quæ in hoc di-
fert a tristicia, quod tristicia est præsentis mali iam inexistibilis & inexpulsibilis, &
ab audatia, quod Audatia sit mali futuri vincendi, Ira autem est mali præsentis.

Si omnes affectus si subiaceant imperio rationis

Nota Tertio. Hos omnes affectus si subiaceant imperio rationis
possi esse bonos, si uero ei non obediant (quod frequentius accidit) esse valde malos &
perniciosos. Exemplum boni Amoris. habetur Proverbiorum 29. Vir qui a-
mat Sapientiam letificat Patrem Mali amoris exemplum Ecclesia. 10
Nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic & animam suam venalem habet.

Exemplum boni & mali amoris.

Exemplū boni desidery est illud Concupiuit anima mea desiderare iustificatio-
nes tuas in omni tempore Psal: 118. Desidery mali exemplum est illud Psal

Exemplū boni & mali desiderij.

mi. 111. Desi:

Exemplum boni & mali gaudij.

Exemplum boni & mali odij.

Exemplum bone & male desperationis

Exemplum bonæ & malæ tristiciæ

Exemplum boni & mali timoris

Exemplum bonæ & malæ Irę.

Differentia appetitus Sensitini & intellectini

Desiderium peccatorum peribit. Exemplum boni gaudy seu leticiæ est Matei 25 Intra in gaudium domini tui. Mali gaudy exemplum est illud Job 20 Laus impiorum brevis & gaudium Ipocritæ ad instar puncti. Exemplum boni odij est illud Psal: 118 Iniquos odio habui legem autem tuam dilexi. Mali odij exemplum est illud Psal: 108. Et posuerunt aduersum me mala probonis, odium prodilectione mea Exemplum Desperationis bonę est illud Primi Regum Cap: 23 Desperauit David se posse euadere a facie Saul. Male desperationis exemplum est illud Eccles: 27 Denudare amici misteria desperatio est animæ infelicis. Exemplum bonæ Tristiciæ est illud Marci 14 Tristis est anima mea usque ad mortem. Malæ tristiciæ exemplum est illud Ezechiel cor. quod non habuit tristiciam & non excidit a spe sua. Ecclesiastici 14.

Exemplum de bono timore est illud Eccle 1° Initium Sapientiæ timor domini, Mali timoris exemplum est illud Psal 13 Illic trepidauerunt timore ubi non erat timor, & dominum non inuocauerunt.

De Ira bona Exemplum est illud Psal: 4 Irascimini & nolite peccare. De mala est illud Desina ab Ira & derelinque furorem.

Itaque multum addunt ad perfectionem actus humani passiones bene ordinate, secundum illud Psal: 83 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum Vivum. Sed multum etiam addunt ad peccata si non sequantur ne dictum rationis, Deque statim

Nota quarto. Appetitum sensitivum hoc est talem appetitum qui est nobis cõmunis cum Bestys, & qui dicitur inconcupiscibilem, & irascibilem. In hoc differre ab appetitu intellectiue qui uocatur Voluntas. Quod appetitus sensitiuus utatur organo seu instrumento corporis seu corporalem. Voluntas autem non utatur, quod patet in Angelis & animabus Sanctis qui modo volunt & tamen non habẽt corpora.

Omnis autem actus Virtutis, utentis organo corporis dependet non solum ab anima sed etiam a corporalis organi dispositione. Sicut Visio non tantum dependet expotentia visiua anima, sed etiam ex qualitate Oculi. Et ideo in actionibus humanis appetitus sensitivi Videndum est non solum imperio rationis, sed etiam dispositione ipsius corporis attendenda. Contingit autem quandoq; quod motus appetitus sensitivi subito concitentur ad aprehensionem imaginationis, vel sensus, ex aliqua dispositione corporis, (quæ Dispositio corporis non subiacet imperio rationis) & tunc impeditur ratio, quin motum illum appetitus sensitivi possit totaliter sibi subiacere, quia ille

motus subitus.

subitus extali dispositione corporis exortus, quamuis potuisset impediri a ratione si cum impedysset ratio, non potest tamen impediri de facto quia illum non praeuidet. Vnde Aristoteles dicit in Primo Politicorum Cap 3 Tomo 5 Ratio praest irascibili & concupiscibili (Ro est appetitus sensitiuo, qui dicitur in irascibilem & concupiscibilem) non principali despotico qui est domini ad seruum, sed principali politico & regali, qui est ad liberos homines, qui non totaliter subdantur imperio.

Quomodo Appetitus sensitiui subduntur imperio rationis.

Nota quinto. Quod cum peccatum essentialiter consistat in actu liberi arbitrij: quod liberum Arbitrium est facultas seu potentia voluntatis & rationis. Passio autem ut dictum est motus appetitus sensitiui: sit ut motus appetitus sensitiui habeat se ad rationem seu liberum arbitrium, vel antecedenter, vel Consequenter.

Peccatum consistit in actu liberi arbitrij

Antecedenter quidem secundum quod ex dispositione aliqua corporis passio appetitus sensitiui trahit vel inclinat rationem & voluntatem ad aliquid.

Consequenter autem quando motus voluntatis & intellectus seu liberi arbitrij ita est vehemens ut redundet in corpus, & certe non potest voluntas moueri intense seu vehementer in aliquid, quin redundet aliqua passio in appetitu sensitiuo.

Inquantum ergo passio procedens ex dispositione corporis exorta, diminuit voluntariam, intantum diminuit peccatum.

Quomodo diminuit appetitus sensitiui passio rationem voluntariam,

Potest autem passio appetitus sensitiui praecedens rationem diminuere voluntariam seu rationem voluntariam vel per quandam abstractionem animae, quod cum sit una multis potentijs seu viribus aut facultatibus se communicat. Potest ergo ita tota corpulenta potentia se communicare, verbi gratia, sensitiue & inferiori, aliquo ita se in illum effundere ut omnino non sit sufficiens vel ex toto vel ex parte communicare se rationi: sicut videmus quando anima communicat se multum auriculae non est apta, vel ex toto vel ex parte communicare se oculo. Atque ita frequenter fit vt dum attente aliquid audimus praesentem remittamus maximam quae ante nos est non videmus. Secundo potest minui voluntariam per difficultatem obiecti, quia enim quaedam peccata non possunt impediri nisi per oppositionem boni melioris bono inferiori quod est in sensu: bonum autem melius quod opponitur sensui est bonum rationis, seu bonum quod ratione debet percipi hic & nunc vehementi & inordinata aprehensione imaginationis durante tale bonum rationis non possit indicari esse bonum, quia non potest cognosci aut aprehendi ut bonum & honestum, propter illam vehementiam sensitiuae seu imaginatiuae aprehensionis, quae aprehensio ostendit sensui obiectum ser rem gram & tradet esse expedientem, bonam, dulcem, suauem. Vel e contra malam fugiendam & intollerabilem.

Et tunc si:

Homo excusatur a peccato cum passio totaliter auferit usum rationis

Et tunc si passio totaliter auferat usum rationis, puta cum aliquis ex infirmitate aut alia simili causa incidit in talem passionem totaliter auferentem voluntaria, & per consequens totaliter excusatur a peccato talis homo. Quandoq; passio non est tanta quod totaliter intercipiat usum rationis, sed illum tantum modo diminuit, & tunc quia passionem potest excludere ratio, sin minus diuertendo ad alias cogitationes etiam profanas modo honestas, vel impedire ne suum consequatur effectum. (Quia membra non applicantur operi nisi per consensum rationis) passio talis si uertatur circa rem quæ non sit exse peccatum mortale, & excludatur ut cunq; per rationem dicto modo, erit tantum causatiua peccati venialis.

membra per consensum rationis applicantur operi

Si uero non occurat ei ratio siue sit plena siue semiplena erit peccatum mortale, si res quæ committitur includat talem culpam.

Si uero sit ratio semiplena & res quæ tradetur a passione sit mortalis, erit nihilominus culpa venialis in homine, si illam excludere conetur & abijcere ex animo suo.

Non diminuitur peccatū si passio subsequatur usum rationis

Et hæc de passione præcedenti iudicia rationis. At uero si passio subsequatur iudicium rationis secundum Sanctum Thomam non diminuit sed magis auget peccatum, uel potius est signum magnitudinis peccati, in quantum demonstrat intensionem uehementem uoluntatis. Sicut quando aliquis uehementer letatur interius, solet diffundi ipsius leticia etiam ad corpus, quæ corporis leticia non diminuit leticiam illam animi, sed potius demonstrat magnitudinem eius.

Itaq; ut hoc concludam quod in prima parte dubij erat, quomodo passio excuset a peccato uno applicando Conclusionem seu doctrinam uniuersalem quam hactenus tradidi ad particularem Casum blasphemiæ. Si passio iræ tollat iudicium rationis ex toto, uerba blasphemiæ nihil non erunt peccata. Ratio est Quia nihil potest esse peccatum quod non sit uoluntarium non potest, aut — in homine aliquid esse uoluntarium nisi cum cognitione rationis: loquendo de uoluntario, quale est necessarium ad peccatum, sed hoc rarissime accidit, nisi ex quadam insania uel infirmitate.

Si uero aliquis commoueatur uehementi passione ita tamen ut cum ea retineat semiplenum iudicium rationis, & non uenit illi in mentem ut esset cautus circa talia uel talia uerba, & si dicat uerba blasphemiæ ex subito aliquo motu, potest carere peccato saltem mortali, imo etiam potest carere peccato ueniali; si ille motus iræ sit Primo primus motus ut loquuntur Teologi.

Primo primus motus qui rationis usum præcedit

Ad extremum si aliquis se ad uertat habere iram, & non tantum non excludit iram, sed etiam per consensum illam in se promouet uehementer apprehendendo imaginando æstimando cogitando recordando iniuriā, ille talis si proferat uerba blasphemiæ auget peccatū non diminuit, etiam si illa proferet ex passione. Ratio est quia ad talia uerba non subito processit. Unde ratio deliberans potuit illa prædidere uel saltem impedire, si non ipse, hoc est si non ipsa uerba, certe in causa, hoc est excludendo talem iram.

Itaq; qui ex uehementi passione consequenti rationem aliquem in frustra occidit, non tantum excusatur a peccato.

apeccato sed et grauissimum committit peccatum, quia ista passio consequens rationem ostendit maximam vehementiam & intensionem voluntatis, quam habebat de occidendo talē hominem, Et hoc sit pro exemplo illustrande conclusionis.

Ad aliam partem dubij de Maledicentia

Actus humani rationales

Considera Primo. Quod cum homo sit animal rationale, Actus seu acciones quæ sunt illius ut est talis, hoc est ut est homo seu ut differt a brutis, debent esse rationales, hoc est debent procedere a ratione. Id circo si debent esse voluntariæ, deben fieri a principio intrinseco quod est in ipso homine, cum cognitione eius quod agitur. Quinimo non aquocunq; principio cognoscendi eiusmodi actiones discernuntur, sed a principio cognoscente libere.

Differentia actionis liberæ, ab actione Voluntaria

Hoc enim differt actio voluntaria ab actione libera, quod actio voluntaria requirit principium interium & non violentum seu externum. Et requirit principium cognoscens id quod agitur; quia principium est hominis agere propter finem. Vndeut eligat media ad illum accomodata, debet prācognoscere talem finem.

At vero libera actio hoc addit ad voluntariam actionem, quod talis actio libera debebat esse in potestate eius qui eam producit, vt vel fiat vel non fiat.

Differentia libertatis hominis a libertate Dei seu Angeli

Considera Secundo Hoc differre libertatem hominis ab ea quæ est in Deo vel Angelis, quod Deus cum omnia comperta & perspecta habeat consultationem non eget ad aliquid agendum vel non agendum. Angelus etiam complura perspiciat quam homo, minori consideratione indiget. In homine autem certe liberum voluntatis delictum procedere sollet consultacio siue longa siue brevis, quia homo multa ignorat p̄sertim p̄ticulari.

Quibus modis peccatum incurrit in hominem.

Considera Tertio. Res circa quas peccamus. Primo quidem incurrerein corporis sensum puta Visum, Auditum, Gustum, Tactum, Odoratum. Secundo Insensibus percepte, hoc est Vise, audite, gustate, tacte, & odorate, excitat appetitum Animalem desiderio sui, & permouent, vel quadam voluptate & suauitate delaniant. Tertio. Quia mox e sensibus transuolant ad imaginandi Cogitandi & memorandi facultatem. Tandem Quinto res in mentem veniunt hoc est penetrant ad superiorem partem quæ est rationis, atq; eius intelligentia cōcepta in appetitum rationis, qui est voluntas sui desiderium excitant, vel sua suauitate incundit ate q; delectant.

Motus qui consequuntur corporis sensum & imaginationem p̄ueniunt ex Caphare a peccato.

Considera Quarto Motus illos qui consequuntur corporis sensum & imaginationem p̄ueniunt, ab omni prorsus culpa liberos esse: nec enim in nostra potestate est quin rebus visis & auditis permoueamur aliquantulum, siue ad fugam si est res exse turpis uel terribilis, siue ad prosecutionem si est res exse saltem sensibus corporis appetibilis. Pul:

Pulchra, Suauis, molis. Cuiusmodi sunt fames, Sitis libidinem titilatio, voluptatum illecebre, & quedam blandimenta quæ nobis ignit terra a Deo maledicta. Id est misera nostra natura. Ratio vero est. Cur eiusmodi excusentur a peccato, quia no sicut imaginationem ita sensum aut vitalem & altricem vim & facultatem potest ratio premere.

Opinio quorundam de motib, qui imaginationem consequũt

Dixi sensus corporis qui imaginationem preueniunt. Nam fuit olim quorundam opinio eos motus qui imaginationem consequuntur etiam si sint subiti esse peccata. Et ratio eorum erat quia. Si tales moti non sunt voliti in se, sunt tamen voliti in imagine seu causa sua; quia si ratio pervigil & attenta sit potest imaginationem coercere ne turpe quid cogitet aut fingat. Quod si non faciat, causam dat motibus qui imaginationem consequuntur.

Contra. Quia sicut ipsi motus ita & imaginatio subita esse potest, quæ proinde prouideri a nobis nequeat. Itaque verius est etiam illos motus quos Theologorum Schola Primo primos appellat. Hoc est motus qui omnem rationis vsum preueniunt &. siue sensum corporis siue imaginatione consequantur, non esse peccatum, quoniam rationis vsum omnino præcurrunt. Nihil autem potest esse peccatum nisi sit exactio quo consensus rationis, quia ante rationis vsum nihil voluntary esse potest.

Peccatum sit ex consensu rationis

Motus vero secundo primi vocantur quod quod plenam quidem mentis deliberationem non habent, sed aliquantulum tamen vsum rationis consequuntur. quo affectur ut præcaueri aut repelli queant, quia tamen sunt ante plenam & perfectam deliberationem neque quia grauia peccata sed leuia indicantur. Non quidem ex leuitate seu exiguitate materiæ, sed ex imperfecto rationis vsu, consilio, deliberatione. Et hæc de motibus primo primis.

Motus secundo primi,

Nunc de motibus Sensuum sequitur vt aliquid dicamus de motibus etiam ipsius rationis.

Demotibus rationis,

Petesigitur An possint etiam in ipsa ratione inueniri motus Primo primi id est tales motus qui non possunt præcaueri ac proinde non sunt peccata. Item q? motus secundo Primi. Id est tales motus qui possent quidem præcaueri sed a diligentissimo, ac proinde sunt peccata venialia.

Respondeo Non potest negari quin aliqua res obiecta rationi ipsam naturaliter excitent, alliciant & per moueant, & aliquando imperfecte: quoniam res quæ obiectur rationi aliquando tanquam iucunda vel utilis & cõmoda, ac corporis salutaris, non autem vt turpis vel mala delectatione nos afficit.

Voluntas naturalis

Naturalis autem voluntas actus est ille quo bonum vtile, iucundum quatenus tale naturaliter placet.

placet. Sed ante omnem prorsus honesti turpisue noticia, talis autem actus est primo primus. Ergo d ipsa ratione inueniuntur actus primo primi. Denique cum incipit aliquantulum turpitudinis apparere non tamen perfecte, si tum quod res turpis d citer uoluntati placeat Actus ille erit Secundo primus, quia iam aliquantulum ratio videt, seu aliquantulum habet noticiam turpitudinis, quâ in illo bono falso inuenitur. Ac proinde Actus ille erit Venialis culpæ Ratio est, quia cum adest turpitudinis cognitio, statim res turpis auerti d repudiari debet, d actus ipse præscindi, cum sit seu versetur circa obiectum malum quod iam aliquantulum apparet.

Rationis actus primo primus.

Rationis actus secundo primus.

Hinc etiam est, Etiam illis quoque quia sunt contra fidem posset quis leuiter peccare, d etiam non peccare potest cum sententiam fidei contrariam tanquam veram subito credere, antequam cognoscat vel aduertat talem sententiam cum Ecclesia Catolica vel fidei sensu pugnare. Et tunc actus est liber a culpa. Si vero incipiat esse cognitio aliquantula non plena d perfecta qua deprehendat illam sententiam dissentire d discrepare ab Ecclesiæ decretis Veniale tunc peccatum erit, si non statim præscindat suum actum aut cogitationem interumpat, sed per aliquantulum moralem, quasi animo se atendat.

Peccatum contra fidem.

Ratio est quia nulla debet intardare mora etiam minima auertendi cogitationem a malo, vbi illud iam aliquo modo cognoscitur, sed si quid in præsenti casu erit. Erit autem tunc peccatum mortale, quando plena mentis noticia vel deliberatione præbetur malo consensus. Quæ mentis noticia plena in quo consistat iam ostendam.

Dicesigitur Primo Inaduertentia quæ opponitur mentis noticiæ, d hic necessario præsupponenda è hoc differe ab ignorantia quod ignorantia est priuatio scientiæ in actu primo hoc est priuatio scientiæ quæ est quasi dispositio illius qui debet aliquid scire per talem scientiam Inaduertentia autem est priuatio non tam ipsius scientiæ quam etiam actus qui deberet eluci atali scientia.

Differentia inaduertentiæ ab ignorantia.

Et quoniam duplex est inaduertentia Vna Aprehensionis Altera Judicij. Proprie ea consequenter duplex est aduertentia Vna Aprehensionis Altera Judicij. Porro quod posit esse aduertentia in aprehensione seu in simplici quodam noticia rationis, nihil ad hæc de re affirmando aut negando, hoc est non dum dere eliciendo in dicium quod ulla sit bona vel mala Probatur, quia non minus potest homo simplici rationis noticia apprehendere aliquid ut tale hoc est bonum, verum, malum, quam possint Brutæ imaginatione simplici. Sed brutæ imaginatione sensitiva apprehendunt seu cognoscunt aliquid

Duplex inaduertentia.

Duplex aduertentia

Simplex noticia rationis

bonum vel malum:

bonum vel malum, fugiendum vel apprehendendum, & tamen non facient de illo judicium. Ergo etiam potest homo simplici rationis intuitu circa obiectum suum ita versari vt cognoscat ipsius vel malitiam vel bonitatem & si non emineret prædictum rationis de carè aliud quod sit bona vel mala. Jam vero res sic apprehensa necessario moveat aliquam dubitationem in animo an sit mala aut non mala, vel an mala sit aliquod periculum malicia. Interdum vero antequam judicetur res mala ipse post talem apprehensionem generatur judicium circa ipsum periculum, quo intellectus judicat esse periculum, ne aliquid mali lateat in obiecto seu in re circa quam cogitatione nostra versamur. Hoc posito qui se rem apprehendit, & tamen facit contra id quod apprehendit, scilicet rem optat quam apprehendit malam, vel fugit quam apprehendit bonam: aut si rem non apprehendit saltem habet dubium an sit mala vel bona, ex aliquo fundamento incõmodo, quinquam sic operatur contra suam apprehensionem censetur habere rationem voluntarij quia adminus debuit suspendere suam actionem vel cogitationem, donec quid earum de ea cognosceret.

Ratio speculativa & practica.

Dico Secundo Sicut ratio speculativa judicat de rebus intelligibilibus, ita ratio practica judicat de rebus agibilibus, Est autem considerandum quod in omni judicio vltima sententia pertinet ad supremum judicatorium, seu ad id per quod vltimo debet res judicari. Sicut in speculativa ratione vltima sententia de aliqua propositione datur per resolutionem ad prima principia quam diu enim manet aliquod principium altius per quod res cognoscatur, adhuc per ipsum potest examinari de quo quæritur. Nam adhuc est suspensum judicium quasi dicatur definitiva sententia. Manifestum est autem quod actus humani regulari possunt & debent regula rationis humanæ quæ sumitur ex rebus creatis quas naturaliter homo cognoscit, & ulterius ex regula legis divinæ. Quia ratio ipsa cum sit sibi insufficiens, hoc est cum possit errare & falli necesse habet vt reguletur seu regatur ac dirigatur ratione superiori hoc est divina, attendens diligenter non quid bona creata polliceantur, sed quid ratio divina præcipiat vel prohibeat. Hæc porro ratio divina qua ratio nostra humana dirigi debet. Et si nobis sit incognita secundum quod est in mente Divina, innotescit tamen nobis aliqualiter vel per Sapientiam naturalem qua vt Job 28 scripta est in cordibus nostris Vel per revelationem.

Actuum humanorum duplex regula.

Dixi per Sa:

61.

Dixi per Sapientiam naturalem. Ho enim est quod in Psalmo 4. Cum regius Propheta illam multorum interrogationem retulisset Quis ostendit nobis bona? Ipse respondet. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, quasi diceret lumen rationis quod in nobis est: in tantum nobis potest ostendere bona & nostram voluntatem regulare, in quantum est lumen vultus tui, id est a vultu tuo derivatum. Sed signatum est lumen vultus tui, id est inditus est, & impressus nobis est intellectus, qui est lumen a dimagine & similitudinem tuam intellectus, per quod lumen, per quem & intellectum, sicut tu per tuum omnia cognoscis, sic nobis ostendis bona quæ agere debeamus, & doces quæ fuga mala ut ea videamus. Dixi per revelationem super additam. Quia quamuis ratio nobis indita ostendat bona sequenda vel mala fugienda etiam absq; ullo alio Doctore, nihilominus facille (maxime post statum Innocentiæ amissum) possumus multa ignorare, multa alia non certo sed opinative cognoscere, quin & in alios errores circa multa incidere. Propterea ob multam ad alia applicationem, & distractionem, & ob exiguam applicationem ac studium ad veritates morales meagendas ac sciendas, itemq; ob rudditatem & cæcitatem quæ quandoq; provenit ex vehementia Passionum, multa possumus falsa similitudine veri amplecti. Ideo Deus Optimus Maximus præter rationem illa nobis ex vultu suo communicavit diversis temporibus diversa alia ostendit lumina. Et præbuit hominibus in hac via periculosa leges scilicet varias mixta exigentiam temporum illis promulgando. Exquo sequitur ut quando cunq; in moralibus facimus aliquid contra id quod ait ratio naturalis, aut ratio superior id est Divina, aut lex præcipit cum comminatione mortis æternæ. Illud sit peccatum mortale, sive judicemus talem rem esse peccatum, attendendo scilicet prohibitionem vel rationis humanæ, vel rationis Divinæ, vel legis Divinæ aut humanæ, quæ adminima fluxit quæ recta est. Sine ulla per modum cuiusdam omissionis voluntariæ, attentionem talem ad illam transgressionem rationem sive legem negligendo. Signum est autem talis voluntarij quando desideramus illam rem. Desidery signum est quando tristamur quod eam non habemus. Item signum est voluntarij quando delectamur in cogitatione de tali re, & timemus ne forte perveniamus aliquo modo tali delectatione. De quo fusius agam si Deus voluerit Cum pervenero ad præceptum Quintum.

Lumen rationis indicat homini quæ tenenda & quæ fugienda

Ignorantia hominis post statum innocentiæ.

Ignorantia & cæcitas ex vehementi passione fit

Tribus modis prohibitur homini omne malum

Triplex signum peccati.

Sed quoniam utilissimus est Pœnitenti & Confessario nosse quod sit.

Peccat:

Peccatum Mortale, & quid veniale, & quomodo discernatur hoc abille, ad complementum ipsius Doctrinæ Vniversalis de deliberatione quam mox explicabo ad nostrum Casum.

Quid sit peccatum mortale & veniale

Scendum est peccatum nihil aliud esse loquendo in communi, nisi inordinationem quandam animi nostri, ordinare enim pertinet ad rationem; & ideo qui non sequitur iudicium rationis, quâ iudicat ac discernit quid sit bonum vel malum, obmurmurat, pungit, ac reprehendit, sive id malum cognoscat visu, sive aliunde adiuta. Et vocatur Synderesis, vel Conscientia Vnde sequitur quod secundum duplicem inordinationem Duplex sit peccatum etiam in nobis.

Synderesis, vocatur lumen rationis

Duplex inordinatio

Prima autem inordinatio animi nostri est per subtractionem principij seu fundamenti, in quo omnis ordo vitæ nostræ fundari debet.

Alia inordinatio est per subtractionem non tam fundamenti quam potius mediorum, quo ad dictum finem seu fundamentum, seu principium vitæ nostræ conducant. quod declaro exemplo corporali. Sicut enim in corpore animali quandoqs quidem inordinatio complexionis procedit usque ad destructionem principij vitalis, & hæc est mors. Quandoqs vero salvo principio vitæ, fit deordinatio quædam in humoribus & tunc est ægritudo. Principium autem finem omnium ordinatorum in moralibus est finis ultimus, id est Deus. Vnde quando anima deordinatur per peccatum usqs ad auersionem al ultimo fine, non sequendo illa Judicia seu dictamina rationum, sed e contra eligendo creaturam potius quam Deum tunc est peccatum mortale. Quando vero fit citra talem auersionem hoc est quando homo facit aliqua contra illa dictamina rationis quæ non contraviantur quidem legi Divinæ, sive non tollunt Charitatem & gratiam Dei non tamen etiam ordinantur, seu non sunt media nos ducentia ad Deum. Est peccatum veniale. Atque ita sicut in corporibus deordinatio, quæ est per remotionem principij seu fundamenti vitæ. Sed hoc dico seu suppono auferri ita & in his quæ pertinent ad animam deordinatio a Deo, qui ut iam toties dixi est principium & finis Vitæ nostræ, est irreparabilis secundum vitam humanam, & appellatur Mors Spiritualis, sicut illa prima Mors Corporalis.

quomodo anima deordinatur per peccatum

Peccata quæ non tollunt Charitatem & gratiam Dei sunt venialia

Scendum est Se-

Quomodo fit inordinatio

Scien dum est Secundo. In ordinationem hanc fieri hoc modo. Primo apprehenditur res quæ præponitur voluntati vt bona. Secundo Si res est per se euidens mala vel bona & non recipitur absque alia consultatione & deliberatione, si mala est apprehenditur a voluntate ut amplectenda, fit peccatum mortale. Verbi gratia venit alicui verbum hoc Deus est iniustus, & apprehendet bene: quia significat, tamen voluntatem suam absque vlla deliberatione ad pronunciandum illud serio, peccatum mortalle committit, quia & si non præcesserit deliberatio an esset dicendum nec ne, tamen quia euidens fuit malicia illius enuntiationis in qua complacuit sibi qui eam aduertens pronuntiabit. Aduertens in quam per simplicem rationis apprehensionem. De qua inferiori conclusione dixi, quod possit in homine dari, neque vero mirum alicui homini videri debet. hominem absque deliberatione cum sola sufficienti apprehensione rei quam facit, posse mortaliter peccare. Quia sicut in speculatiuis dantur conclusiones, sine discursus per principia, quædam tanquam per media, & tamen debet dari non discursus sed ut vocant Philosophi intellectus primorum principiorum. Hoc est talis cognitio quæ non fit per rationem deducta, sed qua fit per ipsam vim intellectus deducta seu expressa. Ita etiam in agibilibus seu Practicis resi ad conclusionem seu rem ipsam seu executionem perueniatur communiter loquendo per quædam media, hoc est per deliberationem & consilia, tamen dantur aliquando, tam euidentes termini & tam euidentes res mala, vt ipso intuitu rationis possint discerni mala, ac proinde si post tale intuitum ad huc appetuntur Committitur peccatum Mortale.

Absque deliberatione potest esse peccatum mortale.

Talis autem illa est propositio Deus est malus vel iniustus. Sed quoniam non omnes res sunt euidenter malæ uel bonæ, præsertim rationi nostræ iam multum obcecatæ propterea debet fieri magna Cautio (quæ est pars prudentiæ) in omnibus agibilibus vitæ nostræ. Atque ita sicut supernus dixi, si tales res relinquunt in nobis dubitationem de sua bonitate vel malicia, debemus consultare de illis an sint appetendæ vel reiiciendæ, & non statim nos dare præcipites in periculum. Alias si non consultamus, & eum illa dubitatione facimus, censemus saltem interpretatiue esse illud malum quod est in talibus malis, vt si quis audiens ista verba quæ nullam in se malicia habent, Deus non potest facere ut duo contradictoria sint vera. Verbi gratia ut hodierna die hoc tempore quo scribimus sit dies, & hoc eodem tempore non sit dies, seu ut sit & non sit, statim dubitaret an ista verba sint Blasphemia, & tamen cum probabili quamuis

Dubitatio de aliqua re indiget consultatione.

Iudicium rationis

quamuis erronea Conscientiá magis inclinando in eam partem quod sint verba Blasphemiá, eadem verba proferet Blasphemaret. Ad hoc igitur valet iudicium rationis, per quod debemus quærere cur illa res sit mala, vel cur bona. Et si non possumus inuenire rationem, a nobis quærere eandem, vel ab alys Doctoribus Et hoc est tertium quod Occurrit nobis in omnibus Accionibus nostris.

Peccatum mortale in actu rei seu cogitatione

Quarto Homo aliquando consultans de re illa inuenit illam, Secundum aliquam temporalem rationem bonam, & non attendit ad superiorem rationem diuinam, vel ad legem Diuinam, seu humanam, ac pronde rem illam appetit. in coercendo rationem per mordinatum suum motum, & tunc si res illa aucrtat a Deo multo magis est peccatum mortale quod communiter committitur adhuc in cogitatione, seu in Appetitu alicuius rei illicitæ, tandem facto rem ipsam exequitur, atque ita aut finaliter concludam Mortale peccatum cognoscitur, per illas notas quæ positæ sunt in definicione seu descriptione illius apud Nauarrum dicto modo.

Huius modi peccatum mortale est Contra præceptum Diuinum aut humanum promulgatum, receptum, & non derogatum, æterna pena munitum, vel contra aliquid præceptum si habitum, vel a tale sit dubitatum quod ignorantia, subreptio exiguitas rei, aut desperatio iusta, vel causa iusta quo ad legem humanam ab ea non excusset vel contra Diuinum Consilium contemptum, vel contra salutem animæ proximi spretam, vel ob finem malum, vel in quo finis vltimus ponitur. Vide etiam Tolet rem libro 8.

In iuramento blasphemia

Petes An sit existimandus ille committere Blasphemiam qui Iurando dicit Vt est Deus in Cælo ita hoc est verum. Videtur enim non Blasphemare, quia dicta verba non profert in contumeliam sed tantum in affirmationem.

Respondeo Cum Suarie de Blasphemia Probabilissimum esse talem hominem Blasphemare, atque ideo etiam a nostris Polonis his & similibus particulis Dei laudi posse multum derogari. Ratio vero est, quia non ea tantum censentur Blasphemia

Blasphemia committitur per negationem seu affirmationem

quando aliquid affirmatur vel negatur de Deo quod illi non conuenit, sed etiam quando aliquid adscribitur alteri, quod Deo propryssime conuenit. Sed hoc fit mdicto Casu quia attribuitur illi rei pro qua fit affirmatio talis veritas qualis est illa, Deus est, vnde attribuitur rei veritas, æqualis veritati Diuinæ, seu attribuitur rei æqualis existentia Diuina. Non minus autem est Blasphemare dicendo Deum non esse Deum

quia Deus est De

quia Deus est Deus, propter hoc quia sibi æqualem non habet in existentia, bonitate &c.

Dictum est autem antea cum ageremus de Blasphemia contra Sanctos, non requiri expressam intentionem Blasphemandi Deum ad hoc ut dicatur, Blasphemia quæ committitur in Sanctos committi in Deum, satis enim est ut illud opus vel illud verbum quod committitur contra sanctum redundet in despectum Dei, sed hoc sit similiter Casu præsenti. Et sic forte non cogitet quis Deo derogare, quia profert tamen talia verba, & profert voluntarie, quæ ex se multum detrahunt Majestati Divinæ propterea verisimile est talem esse Blasphemiam in illis verbis quæ profert.

Blasphemia contra sanctos non requirit expressam intentionem ad Deum.

Dici quidem potest talem hominem qui dicit hoc Ita est verum sicut Deus est in cælo non bene comparare veritatem rei pro qua affirmat omnimodo, & ita dicam intentione veritati divinæ, sed tantum proferre absolute dicendo sicut verum est Deum esse ita verum est hanc rem esse, quamvis quod Deus sit multo certius sit.

Sed contra Quia ille qui profert verba prædicta non simpliciter vult rem de qua dicit esse veram, sed ita dicit esse veram ut omnino certissime & ineffabilissime firmet assensum audientis circa illam rem, atque ideo non affert intestimonium seu confirmationem veritatis illius rei de qua agatur aliam creaturam præter Deum, Quare enim non dicit ita hæc res est vera, sicut verum est esse Angelum, sed ita hæc res est vera sicut est Deus, atq; hoc dicere, est dicere non solum veritatem rei ut cunq; sed veritatem rei talem & tantam qualis & quanta nulla alia invenitur præter illam quod Deus sit, hoc autem est ut iterum dicā, rem aliquā & quare Deo. Addo nihilominus rem hanc spectari debere ex intentione proferentis sed tamen maxime cavendam & formidandam, Hæc de Blasphemia.

Quæritur VI.

Quid sit Superstitio, et quæ eius species.

Expedita quæstione de Blasphemia quod erat primum contra Religionem peccatum. Nunc agendum nobis est de **Superstitione** quæ etiam pugnat cum eadem specie religionis atque adeo cum primo Decalogi præcepto. Deinde igitur ut methodice procedamus, Dupler in titulo præponitur interrogatio Videlicet quid nam sit superstitio, Deinde in quot membra distinguatur.

Quid sit Superstitio & in quot membra distinguatur

Superst:

Definitio Superstitionis.

SVPERSTIO Est genus quoddam Vicij proximum multas subsecontinens species seu partes. Dicta vero est ut Cicero putat lib 2. Denatura Deorum Exeo quod homines nimij erant in precando vel immolando vt liberos vel inquerent sibi superstites, Verba sunt Ciceronis qui totos dies immolabant ut liberi eorum superstites essent. Superstitiosi sunt vocati. Isidorus tamen libro 8 Ethimologiæ Cap 3 aliam huius vicy Ethimologiam deduxit, nam inquit a Senibus qui multis annis superstites per ætatem delirant, & erant nescientes quæ vetera colant, aut quæ adsciscant Veterum ignari superstitionem dictam putat. At idem facit quod habet Lactantius lib 4 Diuinar. institutionum Cap 28 Superstitio inquit est in cultu falsorum & nouorum Deorum, quod homines relicto antiquo & vero Deo superstitem (id est quæ adhuc manet in eis) suorum Deorum memoriam colere cœperint. Sed hæc Lactantij sententia non est adequata corespondens huic vicio, vt postea apparebit.

Multæ deductiones Superstitionis

Alij ergo Superstitionem dictam putant ab eo quod homines cultum darent rebus superstantibus, id est rebus quæ supra nos sunt scilicet rebus cælestibus & diuinis. Et hæc sententia fuit Lucretij Epicuri qui cum Dei omnem religionem contemneret, eo quod non putaret Deum habere prouidentiam humanarum rerum, propterea omnem Dei cultum superstitiosum esse credebat, in quo turpissime erravit.

Omnium optima est Seruij deductio, qui in octauum librum Æneidos Superstitionem dictam esse putat ex eo quod homines nimium timerent iram Deorum superne impendentem & quasi superstantem, quid quid sit de Ethimologia. Superstitio sic breuiter definitur ab Aldeo: lib 9 Moralium institutionum Cap 12. Superstitio est Vana & inanis Religio. Seruat ait Iesius lib 2 Cap 43 Dubio primo Superstitio est falsa Religio ea animum quæ Deo venerationem & cultum indebitum defert, aut debitum denegat & detrahit. Dixi indebitum. Etsi enim superstitio maxime in cultu falsorum Deorum maxime committatur, tamen etiam in cultu veri Dei locum habere potest. Contra Lactantium qui reprehendit Ciceronem eo quod dixerit superstitionem posse esse in vera Religione. Sed cõmunis sententia vera est Superstitionem posse inuenirj etiam in cultu veri Dei. Vnde immerito Cicero reprehensus est a Lactantio. Quod ut intelligas aduerte ad legitimum Cultum Religiosum Duo requiri. Vnum est ut Cultus ille sit legitimus seu honestus ex parte rei quæ colitur. Aliud est ut in modo etiam colendi prudens & moderatus sit. Vnde Secundum illud Axioma quia malè continget

Superstitio est Vana & inanis religio

Superstitio in Cultu falsi Dei.

Superstitio in Cultu veri Dei.

Quæ requiruntur ad Cultum legitimum Dei

ex quocunq; defectu. Duplicit:

67.

Dupliciter esse potest Cultus Superstitiosus seu illegitimus. Scilicet vel ex parte rei cultæ si non sit talis res verus Deus. vel ex parte modi observandi in Colendo vero hæc enim sunt diversa. Itaque si unus verum Deum Judei colant, unde non sunt Idololatræ, quia tamen colunt indebito modo sunt Superstitiosi non Religiosi, Complectitur ergo Superstitio utrumq; e cultum falsorum Deorum & excessum seu superfluitatem in cultu veri Dei. Vt recte docent Suarius, Adrø. Lessius De Superstitione. Et in primis Sanctus Thomas Secunda 2dæ Quæst. 94. Articulo 1° De Idololatria Atque hic sit responsum primæ interrogationis quæstionis quid sit Superstitio.

Duplex Cultus Superstitiosus.

Ad Secundam Interrogationem Respondeo.

Apud Theologos alios Doctores Duplex distinguitur Superstitio. Una est in cultu veri Dei. Alia in cultu falsi Dei. Prior vocatur indebitus & minus cultus veri Dei, vt docet D. Thomas Secunda 2dæ Quæst. 92 Articulo 2. Et D. Augustinus libro de doctrina Christiana Cap 19. & 20. Posterior Superstitio quæ est in Cultu falsi Dei vocatur Idololatria. Atque hæ sunt generales species immediatæ superstitionis.

Species generales Superstitionis.

Prior vocatur ΕΘΕΛΟΘΡΗΣΚΕΙΑ. quasi religio voluntaria, mera voluntate, non iusta ratione Assumpta. Id est nec Dei nec Ecclesiæ, nec Sanctorum aut Piorum, & Doctorum hominum autoritate instituta. Et hujus meminit Sanctus Apostolus ad Colos 2°.

Secunda Superstitio Idololatria græce ΔΟΥΛΕΙΑ, quasi dicas Dæmonum timor & reverentia, de qua habet Actor. 17. Talis enim Superstio Athenensium erat.

Dixi has esse generales & immediatas Species Superstitionis, quia utraque harum habet suam prolem, ac proinde quod ab initio dixi Superstitio multas sub se species continet. Accedendo enim ad primam quæ spectatur in Cultu veri Dei, indebito ea subdividetur in Superstitionem pernitiosam, & in Superstitionem Superfluam. De posteriori autem Superstitione quæ vocatur Idololatria seu ΔΟΥΛΕΙΑ, agemus postea. Ubi etiam videbimus quos ramos producat sed antequam ulteriùs progrediamur

Divisio Superstitionis quæ fit in cultu veri Dei

Dubium Primum

Occurrit hic dubium primum. Quoniam pacto in cultu veri Dei possit esse excessus. Ratio dubitandi est, Quia in vero Deo a more excessus esse non potest ergo nec in Cultu & religione veri Dei esse potest patet consequentia quia sicut Deus super omnia amandus est, ita etiam super omnia est colendus.

Quomodo in cultu veri Dei committitur Superstitio.

est colendus. Ergo sicut amor Dei non potest esse nimius, ita neque cultus potest esse.

Solutio Dubij

Pro responsione nota seu revoca illa verba quæ alias De adoratione diximus, scilicet in adoratione distinguí duo. Vnum est existimatio de excellentia personæ quam colere intendimus. Alterum est, signum quo utimur ad recognoscendam excellentiam talis personæ, nos que illi submittendos. In Cultu ergo veri Dei si Superstitiosus sit, non potest omnino desse primum ex his videlicet existimatio de excellentia Dei, quia alias si hæc existimatio deesset iam cultus externus non pertineret ad Religionem. Id enim adoramus quod nobis in mente & intentione proponemus adorandum, per falsam autem existimationem de Deo, nemo sibi proponit verum Deum Adorandum, sed proponit sibi falsum & ase fictum. Ac proinde existimatio quæ extali existimatione seu propositione oritur, non est adoratio veri Dei. Ergo nec Superstitio de qua nunc agimus. Quia Superstitio ut hic de ea loquimur in hac prima specie est superstitiosi cultu veri Dei, per quod distinguitur ab Idololatria quæ est in cultu falsi Dei.

Judeus vel Saracenus an sit Superstitiosus in Cultu veri Dei.

Dices Judeus uel Saracenus falsam de Deo habet existimationem quando unum esse aprehendit & non trinum & tamen committit superstitionem in prima Specie superstitionis, id est peccat mentu veri Dei seu exhibendo cultu vero Deo ergo non requiritur ad cultum veri Dei, vera de Deo existimatio.

Respondeo. In aliquo quidem decipitur tam Judeus quam Saracenus quatenus trinitatem personarum in Deo negat, in aliquo vero non errat, sed verum Deum secundum essentiam cognoscit. Ipse autem non adorat Deum quantum ad id quod de illo negat, sed tantum ad id quod de illo affirmat seu cognoscit. Ita de Deo veram existimationem habent. Quamuis ut ita dicam, in eo non colat quid quid venera colendum est.

Ad cultum qualemqualem Dei necessaria est existimatio De Deo.

Atque ita manet hoc quod dixi ad cultum veri Dei, sive verus sit, sive Superstitiosus, necessariam de Deo esse existimationem saltem quo ad substantiam & essentiam ac existentiam confuse acceptam, si alia de illo ignorentur vel falso de illo existimentur.

Superstitio in signo adorationis Dei

At verolicet hæc existimatio veri Dei supponatur in materia Cultus, sive in illo signo quo utimur ad Deum adorandum potest tamen esse error in ipso met signo quo talis Adoratio manifestatur. Ac proinde ratione tali signi potest esse cultus superstitiosus. Quando vero assumuntur alia quam debeant assumi quæ ad Deum honorandum non:

honorandum non sunt idonea tunc Superstitio cõmittitur, & cultus ille Superstitiosus dicitur. Vnde fit ut hoc genus vicij maximè contingat in exteriori adoratione seu Cultu: quamuis non in sola externa.

Primum significat D. Tomas Secda 2dæ Quæst 93 Artic: 2. ad 2dum. Quia signum quo in tali adoratione vtimur aut non est natura sua impositum ad significandam Dei excellentiam, aut non est ex natura sua impositum ad significandam nrã submissionẽ

Signum Superstitiosum.

Secundum scilicet non tantum in exteriori actu cõmittatur, sed etiam in interiori cultus Dei Superstitiosus, patet nam Zelus seu æmulatio pro Deo, actus est interior & potest quis illum concipere ex intentione colendi Deum. Et tamen si in discretefit ille actus, non erit Religio sed superstitio Vt constat ex Cap 10 In Epistola ad Romanos. Idem in timore & similibus actibus externis, aptis ex suo genere ad colendum Deum contingere potest, si in particulari imprudenter exerceantur, quia talibus actibus venera non honoratur Deus, nec ita in particulari apte sunt ad Cultum Diuinum.

Internus actus superstitiosus in Cultu veri Dei

His ergo permissis respondeo Dubitationi propositæ, & Dico. Excessum hic dici non quod Deus vero cultu nimium coli possit vel maiori quam dignus sit (omnis enim cultus quem creatura illi exhibere potest infinite dignitate minor est, quia nullus potest adequare excellentiam Dei, nedum excedere. Vnde Ecclesiastici 43 dicitur Glorificantes dominum quantumcunque potueritis superexaltabit adhuc, & admirabilis magnificentia eius, benedicentes dominum exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude quis magnificabit eum sicut est) sed dici excessum quia nimium assumuntur ea quæ non debent, Quod pulchre declarat D. Thomas quæst: 93. Artic: 2.

Excessus in Cultu veri Dei.

Superfluum inquit Dupliciter dicitur. Vno modo secundum absolutam quantitatem, & secundum hoc non potest esse aliquid superfluum in cultu Diuino, quia nihil homo facere potest quod non sit minus eo quod debet Deo.

Duplex superfluitas in Cultu veri Dei

Alio modo potest aliquid esse superfluum secundum quantitatem proportionis, quia scilicet non est finis proportionatus, finis autem Diuini cultus est vt homo det Deo gloriam, & ei se subiaceat mente & corpore. Et ideo quid-

quid homo fac-

homo faciat quod pertinet ad Dei gloriam, & ad hoc quod mens hominis Deo subyciatur & etiam corpus per refrenationem concupiscentiarum secundum Dei & Ecclesiæ ordinationem & consuetudinem eorum quibus homo committit non est Superfluum in diuino Cultu, si autem aliquid sit quod quantum est de se non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc mens hominis feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentia non ordinata refrenetur, aut etiam si fit præter Dei & Ecclesiæ institutionem vel contra consuetudinem communem (quæ secundum D. Augustin: in Epistola 86 pro lege habenda est) totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum, quia in exterioribus solum consistens, ad interiorem Dei cultum non pertinet. Vnde D. Augustinus in libro de vera Dei religione Cap 3 quod dicitur Luce 17 Regnum Dei intra nos est, addidit contra Superstitiosos qui scilicet exterioribus principalem curam impendunt.

Communis consuetudo pro lege habenda est.

Error Hæreticorum de Cæremonijs.

Oportet tamen hic cauere alium huius temporis Hæreticorum errorem, dicunt enim omnem Cæremoniam omnem cultum a Deo ipso non præceptum seu in Euangelio non contentum superstitiosum esse, imo & Idololatriam vocant, fundanturq; in illo præcipue Deuth: 12 Quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino nec quicquam nec minuas. Et ideo Sanctum Paulum ad Colo: 2 dixisse. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & manem falaciam Secundum traditionem hominum secundum elementa mundi & non secundum Deum. Et infra Nemo vos seducat volens in humilitate & religione Angelorum quæ non vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ. Vnde colligunt omnem Cultum voluntarium ex humano discursu introductum esse illicitum & a Deo esse prohibitum.

Sed sicut in alijs sic & in hoc sunt Hæretici quia non solum id quod asserunt est contra vniuersalem consuetudinem & perpetuam Ecclesiæ traditionem, verum etiam contra scripturam & contra rationem naturalem, vt patet & etiam ipsa scriptura præcipit obseruare vota, quæ tamen voluntarie & non ex præcepto promittuntur, & ratio naturalis dictat esse utile plura bona & honesta facere quam præcepta sint.

Determinatio Humana In actionibus Diuini Cultus

Item nix possunt homines non uti determinatione aliqua humana in actionibus diuini cultus, quia lex Diuina & naturalis non omnia determinauit in particulari, vt supra ostendi cum agerem de Adoratione seu Cultu exui huius præcepti necessario. Vnde etia:

Vnde etiam ipsi Hereticj suos peculiares ritus & modus introducunt ad Colendū Deum qui non sunt in Euangelio vel Diuina lege præcepti, imo tam varios ut nec ipsi inter se concordant. Ergo plane ignorant quid loquuntur, & ipsos tanquam Superstitiosos ac Idolatras condemnant. Ritus Hereticorum

Non est ergo superstitiosum quicquid quid præceptum non est, sed quicquid contra præceptum est. Siue sit contra præceptum Diuinum, siue contra præceptum Ecclesiasticum, siue contra rationem naturalem, ostendendo in aliquo ritu superfluitatem, vel aliquid aliud huius modi. Et ita intelligitur locus ille Deuth: 12 citatus. Ibi enim specialiter prohibebat Deus Judeis uti ceremonijs gentium, vt ex verbis proximis precedentibus constat. Hæc enim sunt. Cum quando disperdiderit dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes &c. Caue ne imitemini illas &c. quod præcipio tibi hoc tantum facito, id est nihil addas nec minuas aliquid delege tradita quod sit contra illam. Non ergo prohibentur omnia quæ non erant præcepta, sed prohibebantur ea quæ præceptis datis erant contraria, & non consentanea. Hoc autem manifestum est ex ipsamet lege, nam leuit: 23 post præcepta festiuitatum, Oblationum, Sacrificiorum additur, exceptis Sabbathis domini donisque vestris & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis domino. Quid est Superstitiosum

Vnde postea iuxta legem leuit: instituerunt Judei aliquas festiuitates in lege non præceptas, vt festiuitatem Ignis cælitus dati 1° Machab: Cap 1° & festiuitatem Encæniorum de quibus habetur Joan: 10 Christus etiam dominus noster vsus est multis ceremonijs in lege non præceptis. Nec etiam Diuus Paulus omnem cultum voluntarium damnat, cum ipsemet 1° ad Corint: 7. Virginitatem & abstinentiam ab opere Coniugij propter orationem consulat, & tamen Virginitas non est præcepta nec illa abstinentia. Institutiones Judeorum extra legem.

Indicto ergo loco ad Coloss: 2 ait præcipue de vitanda superstitione Ceremoniarum legis antiquæ, & cauendis deceptoribus qui eam sub specie humilitatis & religionis Angelicæ, seu per Angelos traditæ introducere volebant vt D Thom: exponit. Et hic est proprius sensus ipsius loci, quamuis extendi possit illa doctrina ad omnem Superstitiosum cultum, non fundatum in recta ratione, sed in Hipocrisi & irrationabili voluntate, vt Caietanus & alij declarant. Obiectionis Hereticorum Solutio.

Dixi ad omnem Superstitiosum cultum non fundatum in ratione, Cicius tam ali:

Cuius iam aliqua exempla subiciam.

Exempla Superstitionis quæ in Cultu veri Dei inueniu

Exempla Superstitionis

Navarus Tomo 4 Cap 6 Dehoris Canonicis inquit Omnis oratio cui vana observatio misceatur est mala, licet enim per eam petatur Quid, a quo, vbi, quando & Cur, non tamen eo modo petatur quo debet. Hoc est ut explicat Sanctus Tho: Secunda 2dæ Quæst: 93 Art 1° Quia petitur contra modum Diuina Auctoritate ab Ecclesia institutum, & in Ecclesia consuetum. Et addit Navarus.

Vana obseruatio seu vsus alicuius rei ad effectu

Vana est autem & superstitiosa observatio vsus cuius qz rei ad effectum quem ea nec virtute naturali, nec institutione Diuina, vel humana Ecclesiastica operari potest, nec est ceremonia concernens Dei reuerentiam, & Sanctorum eius honorem. Et tales dicit fuisse apud quosdam processiones, In quibus imago Sancti Petri aut Sanctæ Felicitatis in flumen proiciebatur, aut immergebatur, aut in Manna seu litore fluminis reponebatur donec pluueret, intra spatium 24 horarū procerto sperantes pluuiam. Eiusmodi enim imaginis in aqua immersio nullā virtute effectum qui est pluere tempore siccitatis operari potest.

Exemplum de Imaginibus

Orationes in Vigilia S. Joannis, alias Sobotka.

Tales item sunt orationes quæ ipso die Sancti Joannis fiunt a colligentibus herbas ante solis exortum, credentibus nec suas orationes nec herbas Sole orto lectas vllas vires aut efficatiam habituros. Quamuis enim licet orare quouis tempore colligendo herbas, tamen colligere cum tali existimatione & Circumstantia qualis iam est exposita, est Superstitiosum.

Orationes pro infirmis ad Crucem nouam.

Talis item fuit Conimbricæ. Oratio quorundam pro infirmis ad crucem nouam tempore Matutino sole nondum orto credentium quod eo exorto in Casum oraretur.

Adūratio Nubium

Talis item est oratio eorum qui carminum in Cantamentis currant vulneratos.

Talis etiam est adūratio nubium, pro quo Nota, Solam naturam rationalem esse idoneam quæ perse adūretur, quia hæc sola potest percipere Diuina, eorumque reuerentia vel amore impelli ad agendum. Fieri autem adūrationem duobus modis, vel præcipiendo, vel deprecando, vt Docet D Thom: secunda 2dæ Quæst: 90 Art 1°. Exemplum prioris quæ fit præcipiendo.

habetur 2 ad tit:

habetur 2 ad Timot 4. Testificor coram Deo & Christo Jesu per aduentum ipsius & Regnum, prædica verbum &c. Ibi enim Sanctus Paulus adiurat Timoteū præcipiendo illi prædicationem Euangelij. Vide 1ª ad Tesal: Capultimo Mat 26 Genesis 24. Et sic adiurantur Demones in Exorcismis Ecclesiæ.

Exemplum posterioris est in præcationibus Ecclesiæ quando dicimus per christum dominum nostrum. Per crucem & passionem tuam &c. & hæ propriè vocantur potius obsecrationes quam adiurationes. Vnde & in Ecclesia Catolica sunt quædam orationes contra nubium & tempestatum formidinem, ille orationes non sunt adiurationes nubium sed potius de præcatiõ quædam fusa ad Deum Secundum hunc posteriorem modum. Quæ quidem orationes ut in legendis dicitur, loco illarum Superstitionum quæ cõtinentur contra nubes, possunt cõmunicari aliquibus grauibus personis etiam vulgari lingua, vbi tales persone ni Absentia Sacerdotum dictis orationibus contra tempestatem vterentur.

Orationes Ecclesiasticæ contra nubium & tempestatum formidinem

Huc etiam spectant Chartulæ quæ conficiuntur pro febricantibus habentes nomina Dæmonum vel aliorum ignotorum sibi inscripta. Et talem orationem Nauarrus sibi datam fuisse memorat febricanti febri tertiana. Oratio ista fuit Scripta in fundo cuiusdam lancis, cuius verba pauxillo vino confusa bibenda erant si liberari vellet. Et licet verba essent Sancta confusio tamen eorum per vinum infusum per quem etiam illa verba perbant, vana observantia erat; quippe quæ nulla ratione naturali nec Diuina, nec Ecclesiastica poterat operari per fatam liberationẽ.

Chartulæ pro febricatibus

Huc etiam ut item referuntur certe Orationes, Jeunia, observationesqꝫ quæ vel maritum, vel vxorem, vel memoriam sine labore policentur.

Orationes & jeiunia pro aliqua re sine labore acquirenda

Item orationes quas quidam ægroti in Chartulis scriptas alligunt Collo ligatas filo a virgine filato certa diei parte, habent enim mixtam sibi vanam observantiam fili & temporis. Licet prima sit portare verba Euangelij alteras ne sacre scripturæ in collo, principaliter ad gloriam & honorem altissimi, & minus principaliter ad salutem sibi a Deo datam misericorditer modo nequid vanum aut hic nomen ignotum misceatur, nec vlla Spes in modo ligandi aut scribendi ponatur. Iuxta mentem Sancti Tomæ Quæst 96 Artic 4 vbi notandus est locus quidam Sancti Chrisostomi ex Homil: 43 in Matheum Cuius hæc sunt verba, Quidam aliquã partem Euangelij circa collum portant, sed non ne quotidie Euangelium in Ecclesia legitur vt audia-

Chartulæ quas ægroti alligunt Collo

De 4 Euangelijs quæ portant in collo.

Vt audiatur ab omnibus? Cui ergo in furibus posita Euangelia nihil prosunt, qu
modo possunt eum circa collum suspensa saluare? Deinde ubi est virtus Euangel
in figuris literarum an in intellectu sensuum? Si in figuris literarum bene circa
lum suspendis, si in intellectu ergo melius in corde posita prosunt quam circa coll
suspensa. Et per hoc sit responsum ad quæstionem quam quis potest facere de

De Euangelijs quæ in do mibus apenduntur.

illis Euangelijs quatur, quæ in domibus per modum Crucis hoc est in quatuor p
rietibus appenduntur. Reuera enim illa Euangelia sic appensa non carent Su
perstitione, nisi forte aliquis valde prudens ex mera deuotione illa sic misera de
mo disponeret. Videtur autem res illa inuecta a Sacerdotibus simplicibus, ad
corogandam Elemosinam, & propterea res hæc est Caueuda.

Mensuratione e Capitũ

Tales sunt etiam ille mensurationes Capitium quas faciunt Anus seu pocus Sagę cum
orationibus quibusdam etiam ase non intellectis additisque Ceremonys superstitiosis
salitus, sussitus, hoscultationes, alysque similibus reprobatis, contra supremam illam
diuinæ magestatis potestatem & bonitatem infinitam quæ est fons salutis non solũ
Spiritualis, sed etiam corporalis, quæquidem salus inprimis quærenda est per ea

Quæ media sunt tenẽda ad recuperãdam sanitatẽ

quæ Sacra scriptura, Sacraq; Dei Ecclesia in suis Canonibus perscripsit.
Deinde per media naturalia quæ ex natura ipsa rei periniditam sibi vim a Deo ad
illam conducunt, qualia sunt medicamenta. Non desideranda tamen nec sperandæ
intempestiue, & multos minus miraculose, sed dicendum cum Christo fiat volun
tas tua non mea pater mi, magna enim Dei gratia est quod nos non exaudiat
aliquando. Et non nunquam magna pœna est quod nos exaudiat aliquando,
ni omnibus tamen iustus est.

Denique ad hunc speciem pertinere videtur eum quis in horis Canonicis
dicendis, & Sacro faciendo, relictis rubricis & directorio Ecclesiæ alias Ceremo

Qui adhibet alias Ce remonia in Missa seu Off

nias prosua deuotione adhibet ut docet Caietanus de verbo superstitioso. Vt sub
cat bis Alleluia quando semel dicendum est, & si faciet in Missa cruciſ signum ubi
non mandatur fieri. Vel si vellet audire sacrum Sacerdotis qui vocata Joãne

Dubium 2.dum

Dubitabis Secundo

De distinctione Superstitionis in Cultu veri Dei.

Circa illa verba Toleti prior Superstitio, (id est hæc quæ non est Idololatria de qua nunc agimus) habet duas species, Altera est cum Deo exhibetur cultus falsus. Altera cum Deo exhibetur Cultus superfluus: quam rem aliter ego expressi iuxta D Thom: pau

lo ante princi:

ante principium dubitationis prioris illis verbis Superstitionem in Cultu veri Dei distinguit D. Thomas in superstitionem pernitiosam (hæc autem vocatur falsa apud Toletum) & in Superstitionem superfluam. Dubitabis inquam supra hanc subdivisionem Cultus superstitiosi in hac prima specie generali fundari, num sit recta nec ne. **Ratio duby est.** Quia videtur omnis falsitatem continere saltem ex parte Colentis nam significat se colere Deum reuera autem non colit, ergo omnis superstitio est falsa & non quædam, Ergo male dicitur a Toleto superstitio in superfluam & falsam si omnis superstitio est falsa vt ratio Duby videtur probare. Item D. Thomas sub culto superfluo ponit omnem illum cultum qui ad Dei gloriam non pertinet. **Sed mentiri se esse Sacerdotem vita celebrare est superstitio pernitiosa, & superstitio hæc ad cultū Dei non pertinet.** Ergo Superstitio pernitiosa in Cludutur sub cultu Dei superfluo, Ergo ista duo verba inter se confunduntur scilicet Cultus superstitiosus & Cultus Superfluus, ergo Cultus Superfluus est cultus pernitiosus, & cultus pernitiosus est cultus superfluus.

Ratio Dubij

Hanc dubitationem propterea proposui quia per eam multum explicatur natura huius vicij, quod accidit in Cultu veri Dei, seu natura superstitionis in prima specie generali: Cui ut satis faciam **Notandum est** quod licet in hac materia cultus Diuini, formaliter seu proprie considerantur vicia quatenus continet malicias contrarias religioni nihilominus talium maliciarum varietatem semper pendere, etiam ex actionibus ipsis materialibus quibus tales malicie adhærent seu exeo quod est in actione tanquam materia, non tanquam forma, & ex malicijs quæ supponi solent ante Cultum, etiam si illæ malicie sint alterius rationis seu naturæ: puta si sint non contra religionem, sed contra fidem vel Spem &c Sic ergo inpræsenti interdum vitiat quis mendatio in ipso Cultu Dei, mendatio inquam quod consistit non in dicendo seu significando sed in essendo vt Philosophi loquuntur. Interdum vero absque proprio mendatio Deum colit indebite.

Priorem Cultum Toletus falsum D. Thomas vocat pernitiosum Posteriore vterque vocat superfluum. Vnde bona est diuisio Superstitionis quæ in Cultu veri Dei reperitur assignata tam a D Thoma quam a Toleto.

Distinguuntur Do illa membra falsæ superstitionis & superfluæ, quas irradica-

Quomodo sit falsitas in Cultu veri Dei

liter penes

penes quandam maliciam scilicet mendacy & falsitatis, quæ vel inueniatur in ipsa re per quam cultus Deo exhibetur, inueniatur in qua etiam antequam res talis ad Cultum Dei adhibetur; & ita si adhibeatur propter illam maliciam quæ ſié præſupponitur etiam ante adhibitionem constituitur Cultus perniciosus.

Quomodo ſit ſuperfluitas in Cultu veri Dei

Vel non inueniatur in ipsa re vlla malicia, mendatium aut falsitas antequam talis res ad Cultum Dei adhibeatur: & ita si adhibetur per hoc solum quia modo adhibetur constituit Cultum superfluum. Vnde ut concludam & Dubitationi respondeam, Falsitas illa ratione cuius aliquis Cultus falsus ut ait Tolet. Perniciosus ut loquitur D. Thomas est, non est falsitas Cultus, nam hæc falsitas cõmunis est omnis superstitioni, vt optime ratio indubiè proposita probat, sed est peculiaris falsitas quæ in ipso facto per quod significatur cultus Diuinus supponitur etiam ante adhibitionem talis facti ad Cultum Diuinum, seu quatenus aliquam aliam rem etiam ante cultum Diuinum significare supponitur.

Exemplo hanc rem declaro Multiplicare etiam alleluia quando seuel est dicendum, vel dicere Alleluia quando non est dicendum sét quando dicitur tibi domine, est Cultus superfluus, & tamen non est falsus seu pernitiosus, quia in

Quid ſignificat Alleluia

radice seu in illo verbo nulla est falsitas seu mendatium, id enim verbum ſignificat quod vox sonat scilicet laudate dominum, vocatur tamen Cultus superfluus, quia vtimur tali verbo sæpius quam sit vtendum, vel non eo tempore quo est vtendum, Sicut licet Communio sit materia veri Cultus Diuini per se loquendo, si tamen indebito modo fiat, vt verbi gratia bis in die Communicare (exceptis sacerdotibus in Missis Natiuitatis Christi, & aliis casibus) erit illa communio secunda cultus Dei superfluus, non quidem ex radice quasi communio sit materia falsa Cultus Diuini, sed ex vſu indebito.

Superſtitio Circumciſionis At vero superstitio Circumcisionis, quia nunc etiam antequam ea aliquis vtatur, est res in se mala falsa & mendax, quia est ſignum gratiæ non dum exhibitæ, teste D. Augustino libro 2. Contra Julianum Cap. 3. propterea si quis illam assumat nunc dicetur colere Deum Cultu non superfluo (ut hic superfluum accipitur) sed Cultu falso & pernicioso, quia talis Cultus Circumcisionis nunc falsus est ex radice, quia res quæ in se est mala, falsa, mendax, ad Cultum Dei ad

hibetur. Itaque non

Itaque non omnis est Cultus superfluus ut hic de eo loquimur, sed ille tantum hic vocatus superfluus qui est inanis, non propter mundatum sed propter quemcunque defectum, vt verbi gratia propter multiplicationem vel quid simile, quod non reducitur ad laudem Dei: Et ita intelligendus est D. Thomas quando dicit omnem Cultum qui ad Dei gloriam non pertinet reduci ad Cultum superfluum: loquitur enim de omni tantum tali, qui esse non habet falsitatem, sed est malus ex vsu

Neque item omnis Cultus est falsus seu pernitiosus (vt hic de pernicioso & falso loquimur) sed ille tantum qui non solum inanis est sed etiam mendax scilicet rationem rei ipsius falsę seu mendacis, vt sic loquar quæ ad talem Cultum adhibetur.

Hic tamen Dubitabis. Tertio An ad hoc ut aliquis censeatur superstitiosus perniciose vti eam actionem quæ olim imposita fuit ad significandam rem futuram, vel necessaria sit intentio exercentis eam sub hac ratione ut futura est. Dubium Tertium

Exemplum sit Circumcisio. Ratio Dubij est. si enim dicamus non esse necessariam expresse intentionem significandi per talem circucisionem futurum messiam, sed satis esse ad hoc ut aliquis dicatur Superstitiosus perniciose, assumere ipsam Circumcisionem, alisque illa mala intentione, damnabimus omnem vsum Circumcisionis post Christi mortem etiam quando lex vetus non dum erat mortifera, id est mortem afferens, sed tantum abolita per successionem novæ legis, hoc autem dici non potest, nam alias damnaremus Sanctum Paulum qui multo post Christi ascensionem circumcidit Timotheum. Damnaremus item Apostolos qui post acceptum Spiritum Sanctum seruauerunt legalia. hoc est ceremonias legis veteris, quæ tamen legalia erat figuræ futurorum. Quod autem Apostoli seruauerint legalia post Spiritu Sanctum acceptum ostenditur Actor. Cap 21 Vbi idem Diuus Paulus purificatus legitur cum alijs quatuor. Et Actor. 15. præcepta est abstinentia a sanguine suffocato, Exquo sequitur dicendum esse ad hoc ut aliquis censeatur superstitiosus pernitiosè, non sufficere vtrum Ceremonijs veteris legis, sed necessariũ quoque esse ad hoc intentionem tendi illis sub hac ratione quod per illas significet id quod venit non dum venisse sed venturum: quod sicuta est potuit aliquis modo Sabbathum observare in memoriam beneficij creationis, vel expia alia quæ sibi proponet in intentione. Potuit etiam absque culpa Circumcidi ob hanc solam Causam ut aliquid patiatur cum Christo aut eum imitetur

Circumcisio in lege gratiæ tempore Apostolorum

Legalia seruabant Apostoli

potuerint da-

poterint dalia omnia veteris legis Ceremonialia observare.

Aethiopes ad imitationem Christi Circumciduntur.

Ex altera vero parte hoc dicere est absurdissimum, quid quid dicat Caietanus tertia parte Quæst: 37 Art: 1. Hic enim autor videtur esse Cæsare Aethiopes aletali culpa, qui propter quandam cum Christo conformitatem cum Christo se circumcidere dicuntur, si inquit id efficiant ad Christi imitationem, quoniam sicut Christus pro nobis sustinuit dolorem circumcisionis, ita ipsi volunt similem dolorem pro Christo sustinere, nec intendunt servare legem Moysi, ad Christi imitationem quæ eam servavit: tunc non peccant letaliter, nisi forte propter Scandalum aliarum Ecclesiarum quibus occasionem forte bent suspicandi eos Judaisare. Bene autem addis nisi forte propter Scandalum quia revera usus illius ceremoniæ iam nunc est perniciosus, & illa intentio assimilationis ad Christum in hoc vulnere seu Cicatrice est prorsus vana: nihil quæ pertinet ad gloriam Dei. Etquamvis usus talis ceremoniæ ex intentione dicta quam quis haberet imitandi christum, non apparet intrinsece, seu ex natura ipsa Ceremoniæ malus, & consequenter nec prohibitus, qua malus, sed propter aliam rationem, quia scilicet est significativus rei futuræ, nihilominus ex communi consuetudine Ecclesiæ prohibitus est talis usus: ac etiam pernitiosus incidicatus, propter falsitatem vt sic loquar materialem, quæ ex dictione continet, seu quam continet ex vi operis ut est opus, hoc est ex vi operis materialiter sumpti, & si eam possit non continere ex vi operis formaliter sumpti, id est ut illud opus est non tantum est opus, sed etiam significativum opus rei futuræ. Et Declaro Exemplo

Talsitas in Materia Circumcisionis

Nam qui profert propositionem aliquam in communi & usitata significatione terminorum, falsa etiam non intendens id significare quod profert per illam propositionem, sed aliud sibi in mente fingens licet ab formali mendacio excusetur, nihilominus simpliciter falsam profert: & pernicioſe alios decipit. Vt si quis verbi gratia in Concursu hominum ludat istis verbis Christus non est Deus christus non est Deus, cogitans Arianos hoc modo loqui. Iste quidem excusabitur ab hæresi formali id est propria, quia ut supponо non dicit ista verba ita ut credat illa esse vera: sed dicit propter aliam Causam, tamen revera censebitur ab omnibus qui hoc audiunt pronunciasse verba Hæretica & pernicioſa: ac proinde illa verba revera materialiter loquendo erunt Hæretica & pernicioſa: & sicut ille dignus esset pœna qui hoc modo dicta verba pronunciasset in concursu hominum: quia verba sunt ex se mala: Ita in præsenti cum communi con-

sensu Ecclesiæ

sensu Ecclesiæ Circumcisio etiam facta ut Ceremonia sacra habeat significationem falsam id est significationem futuri Messiæ, non excusabitur a superstitione perniciosa qui eam vsurpare volet: quid quid privata intentione spectet. Itaque Soto 2 de Iustitia quæst: 2 Artic: 4 Et Covarruvias primo Variarum resolutionum Cap 17 nume: 1° Simpliciter censerit Aethiopes illos non esse excusandos a culpa mortali ob Scandalum aliarum Ecclesiarum: & Covarruvias opinionem Caietani qui dicebat Aethiopes excusat a Culpa mortali dicit esse periculosam.

Aethiopes peccant mortaliter propter Scandalum.

Addit vero Ludovicus Molina tractatu 2° Disputa: 62 Aethiopes Circumcisionem & alia assumere animo servandi legem veterem vna cum Evangelio: Quidenim inquit merentur parvuli eorum in hac imitatione ad Christum cur non perferant illum dolorem voluntarie, & tamen parvuli eorum Circumciduntur? Cur item Sabbathum vna cum die dominico observant? Cur ab esu leporum & aliorum legi veteri prohibitorum abstinent, certe non nisi intuitu quod talia ex lege veteri sunt prohibita, vt ex relatione nostrorum id est patrum Societatis Jesu, quia et illos convertendos inter illos comorati sunt accepi: Hæc Molina. Itaque Aethiopes non imitatores Christi aut Apostolorum, sed sunt imitatores Cerinthij Aebionis & Nazarenorum: Qui (ut refert D. Augustinus De Hæresibus, Hæresi 8, 9, & 10. Et D. Hieronimus Epistola 11 Tomi 2 operum D. Augustini: Castrus adversus Hæreses verbo lex Hæres: 1a & alij) dicunt legem veterem non cessase: sed esse servandam vna cum Evangelio, hac lege nova affirmabant. Et eius etiam erroris sectatores fuisse Sampheos & Elceos idem D. Augustinus refert Hæresi 19. Sampheorum autem & elceorum meminit Epiphanius Tomo 1° libr: 2 Hæres: 13 Et cum alia multa occurrant adrefutandam hanc insaniam, tamen ne longior sim sufficiat testimonium D. Pauli ad Galatas 4 Dicite inquit ille mihi qui sub lege esse vultis, legem non legistis quoniam Abraham duos filios habuit vnum de ancilla & alterum de libera, quæ sunt peralegoriam dicta duo testamenta. Itaque fratres non sumus Ancillæ filij sed liberæ, qua libertate Christus nos donavit: a lege scilicet veteri eiusque obligatione, id enim est quod in initio Capitis dixerat his verbis Ita & nos cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus servientes, hoc est ceremonys legis. At ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret a iugo scilicet eius legis. Et Cap 5° Nolite ergo rursum iugo servitutis contineri, ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidamini Christus vobis nihil proderit evacuati estis a christo (id est Culpa mortali Christum amisistis, quod expressius explicat dicens, a gratia excidistis) qui in lege

Aethiopes non Christi sed Cerinthi, & aliorum sunt imitatores

Testimonia D. Pauli de cessatione Ceremoniarum veteris Legis

qui in lege iustificamini, id est qui putatis uos per legem iusticiam consequi.

Exempla autem illa D. Pauli circumcidentis Timotheum, & Apostolorum seruantium legalia tangunt unam difficultatem, in cuius gratiam fit. DVBIVM QVARTVM.

Dubium 4.

In quo nam puncto cessauerint ueteris legis Ceremoniæ, ita ut illas seruare fuerit iam superstitiosum & pernitiosum.

In quo nam puncto cessauerint Ceremonie ueteris legis

Circa modum cessationis legalium solennis controuersia fuit inter D. Augustinum & Hieronimum ut Secundo tomo operum D. Augustini ab Epistola 8 usque ad 19 constat, Hieronymus enim existimauit uim suam legales Ceremonias usque ad Christi Passionem tenuisse, fuisseque usque ad illud tempus in precepto.

Secundum D. Hieronymũ ad Christi Passionem perseuerauit lex Vetus

Exinde uero non solum fuisse mortuas desysseque esse sub precepto: uerum etiam fuisse mortiferas ita ut nulli absque lethali culpa liuerit illas seruare, nisi inuincibili ignorantia excusaretur ab ea culpa. Vnde Sanctus Hieronymus negat Apostolos post Christi ascensionem seruare legalia, sed ait: piaque quadam dissimulatione simulasse ea seruare facti Iudeis Iudei: ut Iudeos lucri facerent.

Opinio D. Hieronymi de Simulatione Apostolorũ

Hinc ulterius ait quando D. Petrus ad Galat: 2 legitur reprehensus a Paulo, quia pia quadam simulatione se subtraxerat a conuersis exgentibus, cum gentibus cibos antea in lege ueteri prohibitos edebat: ne conuersi ex Iudeis qui a Diuo Iacobo aduenerant scandalizarentur, cernentes eum cum conuersis exgentibus uesci cibis lege prohibitis, in eo quod se subtraxit non peccasse. Negue item peccasse Diuum Paulum cum illum reprehendit illo modo, quia etiam pia quadam simulatione (inquit hic Sanctus Pater) fuit se illum reprehendere ad tollendum scandalum, quod conuersi ex gentibus ex eo sumpserant, hoc autem Scandalum uidebatur oriri ex eo in gentibus seu in conuersis exgentibus quod uiderent Petrum se ullo modo abeis subtraxisse: legalia que seruasse, quasi legalium observatio erat ad salutem necessaria.

Tria tempora ꝛdum D. Augustinum.

Diuus uero Augustinus, citatis Epistolis præsertim Epistola 19, Tria distinguit tempora.

Primũ ad mortem christi

Primum usq; ad mortem Chri, in quo Ceremoniæ ueteris legis erant sub precepto.

Secundum trade

Secundum inde vsque ad sufficientem Euangely prædicationem, non huic aut illi
imparticularj homini aut etiam loco, sed vniverso orbi, quod tempus aliquod perse-
uerauit Annis, ꝛ ut minimum vsque ad Jerosolimitanam conversionem 40 Circiter An-
nis post Christi mortem, quo tempore intermedio legalia quidem in præceptis non erat
licitum tamen solis ex Judeis conversis conversis erat ea seruare, non quidem Spem in
eis constituendo quasi sine eis christi gratia non sufficeret ad salutem: neque item
quatenus erant signa futurorum, sed quatenus lege veteri in Dei cultum instituta, atque
eadem lege veteri præcepta aut prohibita.

Secundum ad sufficientem Euangelij prædicationem ad Jerosolimitanam conversionem 40 Annis p̃seuerauit

Eo tempore licitum erat seruare legalia conversis ex Judeis

Dixi solis conversis ex Judeis licitum eo tempore intermedio fuisse seruare ceremonias veteris legis. Quia conversis ex gentibus licitum non erat eas tunc seruare, eo enim in tempore gentibus dicebat Paulus ad Gal: 4 Si circumcidami Christus vobis nihil proderit.

Tertium tempus erat. A sufficienti Euangely promulgatione vsque ad finem mundi, quo toto tempore omnibus vniversim est illicitum seruare legalia, alias essent Superstitiosi perniciose. Quo fit ut D Augustinus ꝛ D. Hieronymus in solo illo tempore intermedio a morte Christi ad sufficientem Euangelij prædicationem dissentiant eo quod D. Hieronymus asserat pro illo tempore fuisse illicitam conversis etiam ex Judeis observationem legalia. D vero Augustinus econtra affirmat conversis ex Judeis non tamen ex gentibus pro illo tempore intermedio fuisse licitam observationem tantum modo supra explicato. Itaque tam D Augustinus quam Hieronym: conveniunt in duobus extremis temporibus, ꝛ in hoc tamen ut dixi intermedio dissentiunt.

Tertium vsque ad finem mundi. Quo tempore illicitum est omnibus seruare legalia.

Augustini tamen Sententia communiter recipitur, quam etiam D Thom: 1ª 2ªæ q 103 Art 4 approbat illis verbis. Sed quia indecens videtur quod Apostoli occultarent propter Scandalum quæ pertinent ad veritatem vitæ ꝛ doctrinæ, ꝛ quod simulationem uterentur (quod dicebat Sanctus Hieronymus) in his quæ pertinent ad Salutem fidelium. Ideo convenientius Augu: dixit tria tempora, id est illa modo dicimus de quibus. Et probatur breuiter sententia Augustini: quia scriptura sacra absolute dicit Apostolos seruasse legalia, unde vim patitur si aliter explicetur. Secundo si conversis ex Judeis illicitum fuit illo tempore intermedio seruare legalia, sane Apostoli peccassent simulando se illa seruare, suo enim exemplo Judeos in illo errare confirmassent, illis quæ occasio fuissent, ne in executione rei illicitæ per-

Approbatio sententiæ D. Augustini.

severassent, hoc etiam

Hoc etiam ad vitandum Judeorum conversorum scandalum non poterant facere Apostoli supposito quod tunc illicitum fuit Judeis servare legalia quia ut ex Bula, Capite si scandali 3 auerit extra de regulis Juris habetur. Utilius nasci scandalum permittitur, quam veritas relinquitur.

Nota

Petes. Quæ igitur ratio erat cur tum illicitum erat conversis ex Judeis illo inter medio tempore servare legem?

Quare illo tempore licitum erat conversis ex Judeis servare legalia.

Respondeo, Ratio cur Divinitus permissum fuerit conversis ex Judeis illo tempore intermedio servare legem, fuit imprimis ut facilior Judeis esset conversio ad Christi fidem: durum quippe fuisset statim relinquere illos omnes veteris legis Cæremonias mores quæ miquibus erant nutriti, præsertim cum valde æmulatores essent legis Mosaicæ, unde permittebantur soli ex Judeis conversi servare tales Cæremonias tamen ut ipsi successores eorum paulatim assuescerent ad relinquendum eas nimo graue veteris legis jugum.

Sepultura Synagogæ

Deinde vero ratio eius dem Divinæ permissionis fuit ut Synagoga eorum Mater cum honore deportaretur ad Tumulum vt D. August: Epist: 19 Citata ait, Cum honore magnam. Si enim Deus conversis ex Judeis statim prohibuisset observationem legalium Cæremoniarum, potuissent conversi ex gentibus suspicare Cæremonias illas veteris legis quæ tamen a Deo erant institutæ, & antequam Christus patereturpræceptæ non secus malas fuisse. Atquæ erant Cæremoniæ quibus Gentiles Idolis suis seruiebant, quæ cæremoniæ gentilium omnino illis conversis statim erant prohibitæ. Post quam autem ita cum honore sepulta fuit Synaga, si post promulgatum Evangelium volent conversi ex Judeis denuuato Cæremonys illius vtia Cum Evangelio ac lege gratiæ vti, idque profecto esset ex hrmare cineres Synagogæ iam sepultæ, Vt idem D. Augustinus ibidem ait, quod in dedecus potius quam in honorem Synagogæ semel sepultæ redundaret.

Quare Timoteus fuit Circumcisus a Paulo.

Et hunc etiam facile respondetur ad omnia quæ obiecta erant in ratione Dubit de Timotheo, & de Apostolis: nam quia Timotheus erat ex matre Judea & Paulus illum circumcidit, non quod necesse haberet, sed ne offenderentur conversi ex Judeis, quod Apostolus Paulus haberet aliquem secum scilicet Timoteum qui cum ex Judeis ratione Matris descenderet, non servaret ea quæ conversi ex Judeis servabant, scilicet qui non esset Circumcisus. Atquia Titus ex gentibus natus erat, non est a Paulo Circumcisus, quia ut supra dixi Conversis ex gentibus non erat licitum servare Cæremonias veteris legis, vt pote inquibus nun quam fuerant. Probabi-

Probabile est autem id quod ait Molina trac 5. Disputatione 62. Et Sotus 2 de Apostoli seruabant legalia
Justicia Quæst: 5. Art: 4. etiam Apostolos ipsos ad tempus post Christi resurrectione
latuisse cessationem Ceremoniarum Veteris legis nempe ut securius sine ullo scrupu
lo propter conuersos ex Judeis Diuina sapientia & bonitate sic disponente illis
uteretur, id quod Historia illa Actorum 10 contestatur. Quo in loco cum Petrus
Apostolorum Princeps, iussus esset occidere & manducare de Animalibus illis
in linteo de Cœlo missis Respondit absit domine quia nequam manducaui omne cõmune & im
dum: hoc autem pertinet ad legem Ceremonialem. Paulus autem statim atque ad fidem fue
it conuersus: & a Christo ipso Apostolus Creatus, vt potissimum inter gentes Euangelium
prædicaret (quod ipse subiungendo ad Galatas affirmat) ita ab eo tempore quo Petrus
cornelium domesticosq; eius Cesaree baptisauit docuit legem Veterem iam cessasse ut a
gentibus nulla ratione esset seruanda, licet a Judeis licite propter iam supra dictas Cau
sas seruaretur. Hoc autem in causa fuit quod Paulus graues persecutiones a Judeis
paterentur, quia a non nullis ex conuersis a Judeis qui plus iusto prolege Moysi zelabant ce
pit doceri aduersus Paulum & Barnabam (Hic enim cum erat primus eius socius in con
uersione gentium vt constat ex Capite 13 Actorum & sequentium) Antiochiæ conuersos
ex gentibus teneri Circumcidi, & seruare legem vt constat ex Cap 15 Actor. Resautem
hæc ad Apostolos & seniores qui erant Jerosolimis est delata: qui ibidem habetur definie
runt non esse necessarium ad hoc ut homines Vitam æternam consequentur seruare legem Moysi. Ceremonia ab Apostolis ad breue tempus instituta de suffocato.
Quod autem ibi additur Visum est Spiritui Sancto & nobis nihil ultra imponere vobis one
ris, quam hæc necessaria ut abstineatis nos ab immolatis Simulachrorum, & Sanguine, &
suffocato, & fornicatione, non tam fuit vetus quam potius noua Apostolorum ad breue tem
pus instituta Ceremonia, ad alium finem quam olim Judaica. Vnde vocatur Dogma Apo
stolorum Actor. 16 illis verbis Cum autem pertransirent Ciuitates (scilicet Paulus & Si
moteus) tradebant eis custodire mandata quæ erant decreta ab Apostolis & Senioribus qui
erant Jerosolimis. Mandata autem quæ erant decreta ab Apostolis & Senioribus qui
erant Jerosolimis fuere supra dicta Actor. 15 De Sanguine, & Suffocato.

Dixi Noua secutus in hoc Belarminum libro 2 De Effectr Sacramentorum Cap 31 Nota
Vbi ille breuiter ostendit nullam esse rationem cur non possit modo Ecclesia Catholica.
Addo ego ex Isagia Cap 54 Ecclesia quam Deus in Miserationibus magnis congregauit,
& cui in misericordia sempiterna miserius est tanquam redemptor eius: Cui iurauit
ut non irascereturei, sed maneret cum ea vsque ad consumationem seculi. Matth: Vltimo. Potest Ecclesia instituere Ce
Ecclesia cui promisit Spiritum Sanctum certissime & amplissime vt habetur Joan: 14. remonias quæ non habentur
15, 16. Non est inquam ratio cur non possit Ecclesia modo instituere aliquam etiam quæ in scriptura,
in scriptura non habetur, si poterat instituere eadem Ecclesia tempore Apostolorum Cere
moniam illam de suffocato, quam iam scriptura non præcipiebatur, & potest abrogata

cum lege Judaica, post

Ceremoniæ instituta ab Apostolis

Judaica post Christi mortem. Quod autem Apostoli tum alias Ceremonias quas Christus non præceperat instituerint ostendit idem Bellarminus libro 2. de Confirmatione Cap 31. Inter quas D. Augus: Epistola 119 affirmat hanc fuisse vt homines Christiani Eucharistiam ieiuni susciperent, idque cum alijs ritibus quos Apostolus Paulus 1. ad Corint: Cap 11 agens De Sacramento Eucharistiæ se promisit os bene suturum illis verbis Cetera inquit cum venero disponam, Neque credibile est eum non præstitisse quod promiserat, aut si præstiterit leges eius postea interijsse.

Vt homines ieiuni Eucharistiam susciperent ab Apostolis est institutum

Signum Sanctæ Crucis Apostoli instituerunt.

Divus autem Basilius libro De Spiritu Sancto Cap 27 multa enumerat: ac primo loco signum Sanctæ crucis, quæ ab Apostolis instituta a nos sola traditione non scripta venerunt.

Potestas Summi Pontificis

Dices poterant Apostoli aliqua instituere sed nõ sequitur posse nunc Episcopos nel Papam. **Respondeo** Imo sequitur, nam Christus quando alocutus est Apostolos, è promisit illis quod cum eis perseueraret vsque ad consumationem seculi, promisit illis quod cum eis perseueraret eo modo quo ipsi erant perseueraturi. Sed Apostoli non erant perseueraturi vltra centum Annos in propria persona, Itamen promisit Christus se cum illis mansurum usque ad consumationem seculi, ergo promisit illis se mansurum cum eis ad eum modum ad quem illi manerent usque ad consumationem seculi hoc est quatenus in posteris suis manerent usq; ad consumationem seculi.

Potest ne dicere Papa visum est Spiritui S. & nobis.

Dices iterum At Apostoli Dixerunt visum est Spiritui Sancto & nobis. **Respondeo.** Hoc idem posse nunc dicere Papam & Sacra Concilia, quia sicut Apostoli propter hoc quod illis certissimo fuisset Spiritus Sanctus qui eos regeret quæcunq; legitime faciebant, dicebant proficisci a Spiritu Sancto. Ita nunc potest dicere Apostolica Ecclesia: Et si enim dominus cum promitteret Apostolis Spiritum Sanctum Apostolos personaliter ut sic loquar alloquebatur, tum in eis Ecclesiam totam (ut facilicam breuiter alloquebatur: Id que habeo ex Sancto leone Ium: 9 de Quadragesima Tota inquit Ecclesia Salutare suum in illis qui aderant audiebat: Ex eo igitur quæ tunc Apostoli poterant & hanc & similes Ceremonias auxilio Spiritus Sancti instituere, Communiter posse nunc eosdem (cum nunc maneant in posteris suis ut declaratum est) auxilio eiusdem Spiritus sancti: qui toti Ecclesiæ ad consumationem seculi perseneraturæ (ut ostendi ex Sancto leone) promittebatur, instituere pro ædificatione ac aliorum fructum Spiritualem condecentes Ceremonias, sed de his fusius non est nostri instituti, redeo ad institutum.

Auxilio Spiritus Sancti Ceremoniæ instituuntur.

Dixi ad alium finem quam olim Judaica. Quam rem egregiè explicat Dominicus Soto lib 2 de Jure & Justicia Cap 5. Et Ludouicus Molina tract: 5. Disputatione 62 in responsione ad tertium Argumentum: Aiunt enim hi Autores.

Cum conuersi

Cum conuersi ex Judaismo & præcipue Pharisei mordicus contenderent Circumcisionem
Aliasq; Ceremonias Dnæ Cum Euangelio esse retinendas: Apostolos decreuisse illa alia
a gentibus non esse obseruanda, sed tamen ut darent aliquid Judeis ob im probitatem eo-
rum, eiusdem gentibus quatuor illa præcepisse: videlicet abstinentiam a sanguine, ab
immolatis Idolis, a suffocato, & a fornicatione: Fornicatione inquam non quidem quasi
illa tunc primum esset interdicta, lege enim naturæ fornicatio est vetita, quod ali-
as ostendam. Sed quod illi caligine mentis contecti, nullam libera venere agnosce-
rent Culpam. Præcepta Apostolorum de abstinentia conversis exgentibus.

Præceperunt ergo Apostoli abstinentiam ab illis quatuor; Conuer-
sis exgentibus, non quidem eo fine quasi necessarium esset legalium observatio, sed ut
posset inter Christianos vtrique populi melius inire comertium, fueri q; dnio in u-
niem Populum. Si enim conuersi ex Judeis cernerent exgentibus conuersos come-
dere ex Carnibus Idolis immolatis, suspicari posent gentes Christianismo Idolola-
triam permiscere, maxime quia Sacerdotes Gentilium Macellum habebant Imo-
latorum Idolis, vt ait Sotus loco Citato.

Item cum Judei inter alia lege veteri prohibita, maxime sanguinem, ac suffocatum, Sanguis & suffocatum in le-
tanquam Cibum immundum horerent, viderentque vtrumque ante legem veterem ge naturæ prohibebatur.
fuisse, post diluuiem Noe, & posteris eius prohibitum vt habetur Genes: 9. illis
verbis Excepto quod Carnem cum Sanguine non comeditis: Sanguinem enim a-
nimarum vestrarum requiram! Et additur, quicunque fuderit Sanguinem huma-
num, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo: quibus ver
bis posterioribus videtur reddi ratio, Cur Deus prohibuerit esum sanguinis illotem
pore, de qua ratione dixi alias, cum agerem de præceptis Ceremonialibus.
Cum autem etiam gentiles fuerint de posteritate Noe, nimis molestum erat Judeis con
uersis vesci eos Cibis prohibitis, non tantum in lege moysi: sed etiam in lege natura, id
hoc est prohibitis non tantum Judeis descendentibus a Noe; Ac proinde vnio &
pax non recte inter istos duos populos seruabatur.

Quod autem in illo Concilio hæc tria necessaria dicuntur, intelliguntur necessaria necessi-
tate præcepti non veteris: sed necessitate præcepti Noui, ab Apostolis ad tempus
instituti. Quod quidem præceptum explicat D. Paulus 1 ad Corin: Cap 8 illis verbis,
De esca autem quæ Idolis Immolantur &c: Scimus quia nihil est Idolum in mundo: quasi De Escis immundis
diceret non est Curandum multum, quasi aliquid malum talibus escis inst, si enim in est,
in esset ex Idolo, ac Idolum nihil est cum sit vnus Deus: Ergo etiam Idolum nihil po-
test facere mali talibus escis; Ergo vltimo non sunt timende tales esca. Et addit
Sed non in omnibus est Scientia, quidam autem consuetia vsque nunc Idoli, quasi Idolatria Conscientiæ
Idolothytum manducant: hoc est quidam enim indicio erroneo putantes aliquid mali esse in
talibus escis, eo quod existiment aliquod esse Idolum, nihilominus tales escas contra

conscientiam su:

Peccatum Putatiuum.

Conscientiam suam manducant. Et addit; Q conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur, id est cum nesciant discernere inter verum & falsum, bonum & malum, faciunt malum: quod cum non sit malum, ipsi tamen putant esse malum: ac proinde committitur peccatum.

Licentia manducandi carnes.

Subicit tamen his verbis idem Sanctus Apostolus alia notatu digna. Videte inquit ne forte haec licentia vestra (hoc est quod putatis licere vobis de Immolatis manducare) offendiculo sit infirmis. Et paulo post Et perdit infirmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in aeternum.

Propter Scandalum prohibitae erant carnes Idolis immolatae

Solum ergo ad tollendum scandalum prohibitum fuisse esum Carnium Idolis immolatorum: ut docet Apostolus in dicto loco. Non vero quod in eo esu esset per se peccatum esset vel aliqua culpa. Unde cessante Scandalo licitum fuisse esum illarum Carnium. Et hoc modo Sanctionem illam Concilij Jerosolimitani declarat.

Per Christum nihil est immundum, nisi qui existimat

Idem quae habet ad Rom: Cap 14 illis verbis. Scio & confido in domino Jesu quia nihil commune per ipsum: nisi illi qui existimat commune, illi commune est: addit tamen sed hoc indicate ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum, si enim propter Cibum frater tuus contristatur, iam non secundum Charitatem ambulas: noli Cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus. Et concludit. Itaque quae pacis sunt sectemur, & quae aedificationis sunt in vicem custodiamus.

Licet ne vesci christianis carnibus Idolis immolatis

Dices. Ex hac doctrina videtur sequi, nunc Christianis si non habeantur tales Carnes, & maneant inter Idololatras, vesci carnibus Immolatis Idolis. Respo. Sequitur. Dices at hoc est contra D Augustinum Cuius auctoritas refertur: sicut sacius 32. Quaest: 4 ubi inquit Sanctus August: Sacrius est fame mori quam Idolatritis vesci. Sed facile respondetur Augustinum ibi loqui quando quis cogitur vesci Idolothitis in Idolorum cultu.

De Sanguine & Suffocato quanto tempore durauit Praeceptum

Petes. Quanto tempore durauit praeceptum illud Apostolorum De Sanguine, De Suffocato, & De Immolatis. **Respondeo.** Nihil certi habetur apud Autores de praecepti istius duratione. Colligitur tamen ex D. Paulo 1ª ad Timot: Cap 4 non diu duraße. Haec enim habet illo loco D. Paulus: In novissimis temporibus discedent quidam a fide &c. Omnis creatura Sanctificatur per verbum Dei & orationem. Et addit: Hoc proponens fratribus bonus eris minister Christi.

Omnis creatura sanctificatur per verbum Dei

Petes Secundo. Illud vero quid est: quod ab inicio Dubij referentes Sancti Hieronymi sententiam Diximus, Petrum reprehensum esse a Paulo.

Respond

Solutio Controversiæ inter D. Hieronymum & D. Augustinum.

Respondeo. Hæc res pertinet etiam ad præcedens Dubium, de observatione Ceremoniarum veteris legis: quæ ut melius explicetur, sciendum est quod etiam superius notavi Sanctum Paulum, qui ut ipsius verbis loquar ad Galatas 2. acceperat Evangelium præputij, sicut Petrus Circumcisionis) multa passum fuisse a Judeis conversis eo quod gentes vocaret a Ceremonijs veteris legis, multa inquam fuit passus a Judeis conversis dicentibus, convertos ex gentilitate debere sequi non Paulum qui post Christi ascensionem conversus est ad fidem, nec a Christo accepit Evangelium: sed debere sequi & imitari Apostolos qui erant Jerosolimis, & immediate a Christo acceperant Evangelium: quod in causa fuit ut D. Paulus ad Galatas (qui iam talibus adhortationibus quodammodo in dubitabantur ad observationem Ceremoniarum veteris legis) scribens dicat sub juramento se a Christo immediate creatum Apostolum, Cuius Evangelio adeo non potest sub esse falsum: Vt si per impossibile ipse aut Angelus de Cælo quicquam illi repugnans doceret, Anathema illum pronunciet. Deinde narat se post 14 Annos cum Barnaba assumpto Tito, ascendisse Jerosolimam, contulisseque Evangelium quod in gentibus prædicabat. Circa cessationem legalium: contulisse inquam cum illis qui merito in Ecclesia in magna habebantur reputatione, hoc est cum Petro, Jacobo & Joanne, ne se ab eis disereparet, ut multi falso imponebant in inanum curreret accucurrisset, neque quicquam deviare a tramite Evangelij fuisse compertum, sed dextras illi dedisse Societatis quo ad promulgationem Evangelij, Jacobum (quem primo loco nominat tanquam Episcopum Jerosolimitanum) Petrum, & Joannem. Verba autem illa ad Galatas quales aliquando fuerint, scilicet quod fuerit magni ac Sancti ego autem Blasphemus, hoc enim obiciebant Paulo conversi ex Judeis: Illa autem verba solvunt objectionem Judæorum. Et est sensus eorum Mea nihil interest, fuerint illi Sancti ego autem blaspemus Deus enim personam hominis non accipit. Deinde narat cum Petrus Antiochiam veniset, atque antequam ex Judea supervenissent ad D. Jacobo quidam ex conversis ex Judeis, legalia cum conversis ex gentibus non servaret, Cum illis cibos lege veteri prohibitos edendo. Ubi ergo illi supervenerunt, timendo eorum Scandalum, se a conversis ex gentibus subtraxisset non quantum par erat cavendo Scandalum conversorum ex gentibus: quinde arbitrari poterant, tanquam ab immundis ad huc se ab illis subtraherè: necesse que illis legem veterem cum Evangelio servare. Hoc factum cum narat Paulus ad Galat: 2. Ostendit galatis quam vera sit doctrina quam eos docuerit, conversos scilicet ex gentibus non teneri, nec posse licite servare legem. Et propterea dicit se in faciem, id est coram omnibus qui aderant, Petro restitisse eum scilicet quo ad id reprehendendo: quia reprehensibilis erat Verba sunt D. Pauli

Vera Doctrina S. Pauli.

Et cum vidissem

Et cum vidissem quod ineo non recte ambularent, Euãngely. adveritatem Dixi Cephe coram omnibus, Si tu cum Judeus sis gentiliter vivis, & non iudaice, quomodo cogis gentes iudaizare? Hanc reprãhensionem Sanctus Hieronymus dicebat esse simulatam. Sed renera hãc explicatio videtur repugnare scripturæ, Vera enim erat reprãhensio

Doctores Citati a D Rieu: pro sua sententia.

Vt docet S. Augustinus, Sanctus Thomas. Molina, Sotus, locis prædictis, ac etiam Bellarminus libro 1° De Romano Pontifice Cap 16. Atque quo ad Doctores quos D Hieronymus pro sua sententia Citat attinet, inter alia sic Augustinus dixit, fateor Charitati tuæ Solis eis scripturarum libris qui iam canonici Appellantur didici hunc timorem honorem deferre, Vt nullum eorum Autorem scribendo aliquid errasse firmissime credo, alios autem ita lego ut quantum libet Sanctitate doctrinaque polleant; non ideo ita puto quia ipsi senserint sed quia mihi vel per illos autores canonicos, vel probabili ratione quod a vero non abhorret persuadere potuerunt. Et infra subiungit Paulus Cap 2 Epistola ad Galatas: sibi

Sententia D Augustini approbata.

sufficere, Vt cum omnibus eius autoribus opponat, qui contrarium sentiant, quæ de Cæsa iam doctores cõmuniter sentiunt D Augustinum, secuti fuisse tunc in D Petro aliquam culpam, non quidem letalem (quam Apostoli ut docet Sotus loco Citato post confirmationem omnino non poterant) sed veniale, ea autem Culpa non in eo fuit posita quod Petro tunc fecerit illicitum servare Ceremonias veteris legis cum ex Judeis esset, sed fuit Culpa in eo quod ut scandalum conversorum ex Judeis vitaret, non satis cauit scandalum conversorum ex gentibus. Illi enim arbitrari poterant, aut certe Dubitare numquam ipsis necessarium esset servare legalia. Atque id est quod Paulus ait, Cogis gentes Judaizare. Facta enim fuit

Quale peccatum fuit Sancti Petri

peiorum non tam non tam imitant quam subditos cogunt ad eorum observationem. Ceterum peccatum illud ut inquit Bellarminus libro Citato Cap 28 aut veniale ac leuissimum fuit aut etiam solum materialiter peccatum fuit, id est erratum quod sed absque ulla Petri culpa: si quidem certum est id eum optimo animo animo fecisse quod fecit, quod autem errauit causa fuit aut aliqua inconsideratio: Et tunc peccatum fuit veniale, aut ignorantia involuntaria, & tunc nulla culpa fuit in eo cit Plus autem inquit D Augustinus Epist: Citata in Petro Ecclesiã Capite humilitas enituit, quia benigne ac humiliter eam reprãhensionem suscepit, quia tantæ decerat Optimum veniale est Nihil est absurdi aminore aliquando maiorem reprãhendi, si res id postulet, & debita reuerentia conseruetur, rarius & Sanctius inquit Idem D Augustinus Epistola 19 ad Hieronymum Exemplum Petrus posteris præbuit, qua non dedignarentur a posteris corrigi. Et D Gregor: Hom: 18 in Ezechiel: Iohannes inquit etiam minori fratri ad consensum dedit, at qui in eadem re factus est minister sui sequens Vt in hoc etiam præiret, quatenus qui primus erat in Apostolatu cæteris esset primus etiam in humilitate.

Ad extremum &

Ad extremum hoc est notandum ex eodem D. Augustino & D. Hieronymo locis citatis Paulum correpuisse Petrum non Judiciali censura, sed fraterna correptione. Et hæc sufficiunt pro hoc toto Dubio, ne extra institutum nostrum vagamur.

Qualis fuit reprehensio S. Petri a Paulo.

Dubitabis Quinto. An omnis Cultus Superstitiosus qui vocatur pernitiosus seu falsus inducat peccatum mortale.

Dubium Quintum

An in omni cultu superstitioso pernitioso sit peccatum mortale.

Ratio Dubij est Quia D. Augustinus lib. 6 contra Julianum dicit Omne mendacium in doctrina religionis esse capitale: Unde potest aliquis sic argumentare, Omne mendatium quod in iniuriam alterius cadit est pernicio sum, sed qui ob indiscretam humilitatem affingit sibi aliquod peccatum in confessione, committit mendatium, quod in iniuriam alterius cadit & quia tale mendatium peculiari modo iniuriosum est Deo, quando indiscrete assumitur ad eum colendum. Ergo talis committit mendatium pernitiosum. Ergo alterius secundum D. August: talis peccat superstitiose & pernitiose mortaliter.

Qui fingit peccatum in Confessione

Respondeo. Concedo omne mendatium quod in iniuriam alterius cadit esse pernitiosum. Concedo item eum qui ita in indiscreta humilitate colit Deum committere mendatium pernitiosum, quia ille actus est iniuriosus erga Deum. Nego tamen illud mendatium pernitiosum semper esse peccatum mortale, seu quod idem est dico non omne mendatium pernicio sum esse peccatum mortale, loquendo in individuo. Quamvis enim pernitiosum mendatium ex suo genere mortifera culpa sit, non est tamen necesse ut sit semper in individuo peccatum mortale, nam potest esse mendatium pernitiosum in aliqua leni materia, tunc peccatum veniale sit: Ut patet de falso testimonio in materia leni. Nequa hoc docet D. August si eius verba diligenter expendantur, non enim dicit omne mendacium in materia religionis Christiana esse pernitiosum & tale, sed dicit omne mendatium in doctrina religionis Christiane esse capitale, quod longe diversum est: nam mendatium in doctrina religionis pertinet ad errorem, & hæresim, quæ semper est peccatum mortale seu capitale, quia hæresis semper est gravissima iniuria Dei ut per se constat, nec hic valet exiguitas materiæ. Mendatium autem in doctrina religionis non semper continet hæresim, sed aliquando tantum continet irreverentiam: Ut patet in illo qui confitetur aliquod peccatum quod non fecit, talis enim non semper peccat mortaliter, modo non mendaciatur in tota vel in necessaria materia Sacramenti pœnitentiæ, hoc est vel subiciendo absolutioni sola peccata mendaciter conficta, vel subiciendo eidem aliquod peccatum mortale, mendaciter confictum dese, talis enim sine Dubio peccat mortaliter, iuxta ea quæ dicuntur de materia pœnitentiæ Vide Suarium Tomo 4 De Pœnitentia Distinctione 22 sectio: 10.

Mendatium pernitiosum non semper est peccatum mortale

Mendatium non in materia religionis sed in doctrina est pernitiosum & mortale.

Mendatium in doctrina non semper continet hæresim.

Dubium Sextum. An ille qui contra præceptum Ecclesiæ. Puta:

Dubium Sextum

Est ne ille superstitiosus qui contra præceptum Ecclesiæ celebrat.

quia est ex comun:

qui est excõmunicatus Excõmunicatione maiori, suspensus vel interdictus) celebrat, dicatur colere Deum superstitiosè, & sic ita est quo genere superstitionis?

Respondeo. Affirmativè. Quia hic Deo cultum indebitum offert, & eo modo quo nec Christus nec Ecclesia offeri voluit, id est quia offert per se, quod Ecclesia prohibuit, ac per consequens Christus, quia qui Ecclesiam non audit quæ est Sponsa Christi, non audit ipsum Christum.

Ad secundam partem Duby respondeo talem peccare cultu Superstitioso pernitiosè, nam ideo falsarius est, quia Ecclesiæ illi revera non cõmisit talem immolationem, imo prohibuit. Et hoc est quod dicit Sanctus Thomas 2. 2dæ Quæst. 93. Artic. 1. in corpore, loquendo de cultu pernitioso. Hoc autem inquit contingit dupliciter.

Dupliciter contingit Cultus superstitiosus.

Uno quidem modo ex parte rei significatæ, & hoc modo pernitiosum est, peractis iam Christi mysterijs, vti modo Cæremonys veteris legis. Hactenus D. Thomas.

1° Ex parte rei

Dicitur inquam hic ex parte rei significatæ peccare superstitiosè, qui assumit rem ad Deum Deum quæ nullo modo convenit in Cultum Dei, imo est contra cultum Dei, quia significat Deum aliquid exhibuisse scilicet Messiam, & nondum eundem exhibuisse, talis autem falsitas dicitur pernitiosa, ex parte rei ipsius significatæ, quia aliud res significat quam id ad quod adhibetur.

2° Ex parte Colentis

Alio autem modo inquit D. Thomas potest contingere falsitas ex parte colentis, & hoc præcipue in cultu cõmuni, qui per ministros exhibetur in persona totius Ecclesiæ, sicut enim falsarius esset qui aliqua proponeret ex parte alicuius quæ non essent illi cõmissa, ita vitiatur falsitatis incurrit, qui ex parte Ecclesiæ cultum exhibet Deo, contra modum divinæ Auctoritate ab Ecclesia institutum, & in Ecclesia confectum.

Triplex opus in Missa

Et ut in materia proposita de Sacro persistam. Secundum est in Sacro triplex opus inveniri, seu triplicem respectum eiusdem operis, quod vocatur Sacrum seu Missa.

1m Christi

Unum est enim ibi opus christi quo ipse tanquam superior & principalis Sacerdos, per Sacerdotem visibilem tanquam legitimum eius sacrificij ministrum, se ipsum patri offert.

2m Ecclesiæ

Alterum est opus totius Ecclesiæ, quæ ministerio legitimi Sacerdotis, Sacro Sanctum Christi corpus incruente immolat & offert.

3m Præsbiteri

Tertium est opus præsbiteri ipsius, qui ut inferior Sacerdos, ac Christi et Ecclesiæ minister Offert Deo Hostiam immaculatam. In omnibus tamen his tribus respectibus Sacrificij, ut vides, semper minister debet offeri nomine alterius: Unde si hoc illi interdicatur, quicunq; habeat intentionem, erit falsarius, non quidem ex parte rei quæ offertur, quia illa res est bona & non falsa, sed ex parte suipsius: Unde res quidem placebit, sed actio prout quam sit erit superstitiosa, ex parte ipsius colentis: quia scilicet præcedit ab eo, cui non est cõmissa. Unde talis Sacerdos non tantum erit superstitiosus pernitiosè: non tantùm

Irregularis Sacerdos est qui Excõmunicatus Celebrat

grauiter pecca:

graviter peccavit, hoc est mortaliter, sed etiam erit irregulari. Secundum Silvestrum Quæst: 13 De Irregularitate, Et Navarrum, Navari verba sunt Excõmunicatus excommunicatione majori interdictus, aut Suspensus, qui sciens aut scire debens celebrat officia Divina, faciendo solenter aliquid certo ordinis sed deputatum, tanquam ordinatus tali ordine, aut audit sine missam, aut orando, in bendo eum Autoritate sua fieri ante se, puta quod sit Episcopus, est irregularis. Juxta communem sententiam quam Hostiensis Joannes Antreas Panormitanus & alij tenent: Eadem est sententia Silvestri, nisi quod ad illa verba certo ordini addat, etiam minori, puta Acolitatus, Exorcistæ, & hujus modi. Idem tenet Covarruvias Cap: Alma mater parte 2 Parag: 2 Numer 3 ubi Citat multos. Stephanus Deanila 7 parte, Disputa: 10 sectio: 2 dest communis.

Excomunicatus si cantet Psalmos, non efficitur irregularis sed peccat mortaliter

Nota autem illa verba, tanquam ordinatis ordine. Quia si cantet Psalmos, & graviter peccet, ut ait Silvester, non vitando communionem sibi interdictam, tamen non efficitur irregularis. Itemque non efficitur irregularis si exerceat ordinem suum sine solenitate

Subdiacono illicitum est sine manipulo cantare Epistolã

N. si subdiaconus cantet Epistolam sine manipulo, quod possunt etiam facere laici per Priuilegium, quale dicuntur habere fratres minores, talis enim non exercet actum suum soleniter, id est actum ut ei competit ex ordinatione ad illum, sed ut etiam potest fieri a homine privato per Priuilegium.

Solus Papa potest dispensare in prædicta Irregulari:

Intali irregularitate quam propter prædictam superstitionem committit Sacerdos, solus Papa potest dispensare. Juxta Navarrum, & Silvestrum locis Citatis.

Addit tamen Rula ibidem Conclusione 4. quod post Concil: Trident: Si delictum talis sacerdotis sit occultum potest dispensare Episcopus.

Qui utitur ordinem quam non habet, subeadem pœna est.

Quod dictum est de Suspenso, interdicto, Excomunicato, idem a fortiori, dicendum est qui utitur ordinem quam non habet.

Dubium Septimum. Virum ille qui pro sua Devotione

Dubium Septimum

in Missa vel officio Divino, adhibet accidentales ritus, sive circa pronuntiationem, sive circa omissionem, sive circa interpositionem, sive circa addicionem, sive circa Cantum, & non servat præscripta in Rubricis, sit superstitiosus, & in qua Superstitione, ac denique quomodo peccet. Respondec Cum Cajetano in Summula verbo Superstitio, Navarro in summa cap 11 Numero 24 Suario libro 2 De Superstitione Cap 2 tales regulariter seu ordinarie non peccare mortaliter sed venialiter secluso contemptu, & violatione alicujus gravis præcepti Ecclesiæ. Prioris partis de Superstitione pertractavi. qui tamen ex levitate materiæ est venialis hæc sunt Exempla.

Qui adhibet aliquid in Missa non servando ritum præscriptum, an est Superstitiosus.

Exempla Superstitionis quæ ex levitate materiæ nõ inducunt peccatum mortale, sed veniale

Exempla Superstitionis pernitiosa quæ tamen non inducunt nisi solum peccatum veniale, loquendo in materia proposita in proximo Dubio

Dubitibus. Itaquem

1 Qui non seruat accentū

Itaque in primo ordine huius superstitionis pono eos homines qui non seruant accentū vel in Cantu vel in lectione aut recitatione, præsertim si de hoc sint admoniti. Itaque qui dicunt in litanys Sancte Mâthee ponendo accentum in prima silaba mâ, peccat bene aliter, & sunt superstitiosi pernitiose, quia colunt Deum cultu indebito ztum accentum. Neque hæc res debent videri ridicula propterea quod error accentus videatur esse parvus: tum quod licet parvitas erroris excusset a peccato mortali, non tamen excusset a peccato veniali; ille enim error esto in se sit parvus, per accidens tamen potest esse magnus quia distrahit a Devotione & abalentione homines doctos, & rursum excitat, ita quia sæpe significationem verbi talis error immutat, non sine gravi præjudicio religionis seu Cultus Divini, vt patet in hoc ipso vocabulo Mathei, nam aliud est Mâtheos græcum cum illo accentu in mâ, aliud Matthâus hebraicum cum accentu circumflexo in mâ, ille enim vocabulum Mâtheos significat Stultum vanum Dementem & inseptum, Vnde idem est dicere Sancte Mâthee posito accento in Mâ: quod esset dicere Sancte Stulte Deme vane & insipiens, neque excusses penitentione, nam sicut intentio tua nihil valeret si tu cum ses orationem dominicam discere latine, diceres Patre nostre qués in Celis, ita hic.

2 Qui sine aspiratione Christi nomen pronūtiant

Huc etiam pertinent illi qui Christi nomen pronuntiant sine aspiratione dicendo Criste sine H. nam hi immutant significationem, illud enim vocabulum Christe, quo in vocamus dominum nostrum significat Vnctum, illud autem Criste significat corium in capite gali.

3 Qui dicunt Kirieleison

Similiter peccant illi qui dicunt Kirie leyson cum deberent dici Kirie eleyson, Kirie enim significat domine eleison miserere.

4 Qui male ponūt Comata

Huc etiam pertinent male ponentes cōmata. Vnde navarus de Oratione & horis Canon. Cap 16 omnes inquit qui Salue regina in Choro vel extra alys recitauerint, per Deum obsecro ut puncta bene seruent, facto nimirum primam misericordie. Secundo in Salue zto, 3to in Eua, 4to in Vale, 5to in nostra, 6to in Connerte, 7mo in ostende 8uo in pia, Vltimo in fine. Et reddit rationem istius interpunctionis. Cum Antiphona illa sit tam pia, vt facille humiliauerit: imo ad lachrimas concitauerit eum, qui eam attente pronunciaret.

5 Qui nimis tarde aut festine pronuntiant Missam

Huc etiam pertinent qui nimis tarde aut nimis festine pronuntiat Missam. Nam illi qui festine pronuntiant dicuntur a Navarro celebrare Missam venatorum. Posteriores autem a Guilelmo Episcopo Parisiensi vocantur Carcerum consumptores. Vtrique turbant & distrahunt se suosque auditores. Is autem inquit Navarus dicto loco: videtur mihi legere vel recitare cum mediocri festinatione & cum mediocri tarditate, qui eo modo pronunciat vel legit quo si alicui principi seculari legeretur vel legeret, modestus & vrbanus crederetur. Fateor nihil dominus quam

doque aliquam

quandoq; aliquam festinationem aut tarditatem esse mediocrem, quæ alias fieret nimia. Nam si aliquis tarde cepit missam aut coram hominibus grauibus negocijs fatigatis, aut coram agentibus iter quod vrgeat æquum est ea uti festinatione, quam verborum prolatorum intellectus patitur. Si autem facis Missam alicuius fraternitatis, illeg[itimis] quis due[bus] hora. Item si facis Missam maiorem die festo, æquum est ut tardior sis, ceteris tamen illam exagitationem, quam aliquando tarditas facit. Cum homo sui ipsius vel obliuiscitur vel alia meditari videtur. Sequum inquam est aliqua tarditate in illis condicionibus, similiter & aliqua festinatione. Nam & aliquis princeps libenter videt si ei aliquis distincte loquatur, & nihilominus libenter etiam videt si ei aliquis festinantius loquatur quam sit æquum & ipsum modo id causa postulet. Modo ita dicat, vt quid dicat intelligat.

6

Q[uæ] diebus festi lente Canunt Missam.

Hæc etiam spectant illi qui statis - diebus præcipue quibus habetur concio prolixa. Cum cantu organico dilatato adeo lente canunt Missam, Præfationem, & Pater noster vel similia; Adeo lente Turificant: Si sint Episcopi adeo lente benedicunt: ac si nulla prolixitas admissa fuisset. Hi enim diminuunt Deuotionem audientibus & occasionem dant obloquendi ceremonys quæ licet sint bonæ & sanctæ sunt nihilominus duntaxat ceremoniæ & inuentæ ad augendam deuotionem & attentionem, ac proinde non tanti sunt estimandæ, quanti sit estimandus finis earum scilicet Deuotio, & attentio.

7

Q[uæ] festinanter Canit Missam Defunctorum

Et contra peccat Presbiter qui adeo festinanter canit aliquas Missas præsertim Defunctorum, vt videatur subsannatio & illusio bene Canentium, eius modi enim non solum seipsos & audientes distrahunt: & deuotionem adimunt, sed etiam prouocant homines magis ad cogitandam de talium Sacerdotum incomposita vita & negligentia, quam de Deo. Quod ipsum etiam dicendum est de illis qui adeo festinanter & inepte officium vel responsorium Defunctorum recitant vel canunt, certe enim miserendum est eorum, qui sine misericordia pro illis animabus adeo miseris orant.

8

Q[uæ] amictu superiori præcioso propter honestatem, vel econtra propter humilitatem procedunt ad Chorum

Hæc etiam pertinent illi quicum superpelicco vel alio amictu superiori notabiliter præcioso & curioso fingentes nescio quam honestatem, vel econtra cum tacco: spurco & immundo male composito nescio quam perseverentes humilitatem procedunt ad Chorum, siquidem & sibi & aliis distrahentem submiserant, atque ita non promouent cultum Dei: quem tamen videntur tali habitu intendere: sed etiam impediunt ac distrahunt. Quod non obscure faciens Concilium Basiliense Sess: 21 Siquis ingrit principem seculi rogaturus: habitu honesto: gestu decenti: prolatione non præcipiti, sed distincta: attenta quoque mente, ipsum ac verba decet componere. Quanto diligentius in hoc Sacro loco omnipotentem rogaturus Deum hæc omnia facere curauit? Quid dicent ut hoc obiter commemorem, illi qui in portis Eccl[esi]arum sedent: vel deambulant, ibidemque suas preces recitant, mutuis transeuntium

Nota

Salutationib:

salutationibus vacantes, & quod turpissimum est salutationibus fœminarum. Quid inquit hic dicent, cum gestus & habitus tanta requiratur decentia in eo qui accessurus est ad Deum?

9 Q. in Sacristys vident vel iocentur.

Dicam & hoc quamuis ad rem præsentem non spectet, diligentissime cauendum esse, ne in Sacristijs rideamus; iocemur, clare loquamur voce, rixemur: præsertim eo tempore quo ibi se alij præparant ad missam, & vestiunt, proculdubium enim id plurimum perturbat & distrahit volentem celebrare deuote, & cum ipsum per se non pertineat ad superstitionem: Cum tamen ordinetur ad cultum Dei, tamen iuxta adhoc vt si non superstitiosus saltem non reddatur debitus cultus domino Deo. Jam hoc quod subiungo pertinet ad superstitionem de qua loquimur.

10 Q. clara voce orant

Peccant tamen illi superstitiose pernitiose sed tamen venialiter qui iuxta altare, aut in alia parte templi tam clare orant vt eos & Sacerdos sacrificans & alij Missæ assistentes, audiant. Hi enim indebito cultu Deum colunt, quia cultum eius præcipuum qui est in oblatione missæ. Vel eius auditione eius dem perturbant.

11 Q. in primo vel 2do memento immorantur

Huc etiam pertinent qui diucius æquo in primo vel in secundo memento immorantur.

12 Q. extra modu pectus tundunt vel suspirant

Huc etiam reuocantur ardentes Missam; vel recitantes suas preces in Ecclesia, adhibent inepitas ceremonias vt sine modo pectus tundendo & dicendo Deus propitius, vel etiam Colaphisando se cum strepitu & distractione aliorum. Item qui suspirando vltra modum.

13 Q. nimis pedibus prostrepũt

Item illi qui orando Jesus vel maria nominatur nimium pedibus prostrepunt.

14 Q. orando procurant ut verba sint bene latina & polonica

Item illi qui orando procurant ut verba sint bene latina, & bene polonica, hoc est in vsitata, & quæ anticissimum poetis quædam quam pietatem redoleant.

15 Q. verba polunt & molunt

Item qui verba polunt & molunt cum quadam in aptia puerili qualem aliquando vidi in quadam fœmina, quæ orans ad dominum nostrum, his solebat verbis vti. O moj Jezu sienkuj

16 Q. canere nescientes Canunt.

Item in hunc numerum referendi sunt qui canere nescientes tam disperte canunt vt alijs risum, alijs etiam moueant indignationem. Ex quo subinfertur inquit Nauar. eos esse obligatos ad minus tantam sibi notitiam cantus parere quanta necessaria est, vt bene munere valeat id quod tenetur. Citra prouocationem ad aliquid supradictorum. Negat inquit eos ab eo excusat Juuenilis vel senilis etas, tum quia nulla est etas difficilis addiscendum, tum quia nemo debet suscipere munus, quo nesciat fungi: & si susciperet tenetur per conscientiam discere id sine quo non potest vt pareat fungi suo munere, non potest autem munere suo fungi vt par est: qui cum debeat Ecclesiæ seruire per Cantum, non curat Cantum scire, quantum sit satis pro illius officio. Ad quod tractandum.

Cantare in Ecclesia publice pertinet ad Ecclesiasticas personas.

Nota, munus cantandi in Ecclesia publice, præsertim horas Canonicas pertinere ad Ecclesiasticas personas seu peculiares ministeros per se loquendo, non quidem hoc modo quasi cantus Ecclesiasticus per se deputatus sit alicui certo ordini exclusis septem, Sed propter quandam decentiam, nam per se loquendo spectata tali decentia, non pertinet hoc munus ad totam fidelium plebem & communitatem quia non esset Can.

non esset canere sed vociferari, quod videmus fieri in Hereticorum conventiculis, Ecclesia autem semper in hoc observauit quod Apostolus monet 1° ad Cor: 4 Omnia mquit ad ædificationem fiant. Et iterum omnia autem honeste secundum ordinem fiant. Rectus autem ordo postulat ut sacra officia publica perse lectas personas; & aliquo modo sacras, & peculiari cura ad id deputatas fiant, Cantus autem Ecclesiasticus est quoddam sacrum officium quia est simul ad Dei cultum institutum, & ad excitandum populum ad devotionem, cum quadam reverentia & admiratione. Et ideo studium semper fuit in Ecclesia seruandi grauitatem & autoritatem in his divinis officijs, Vt rudis populus qui his rebus sensibilibus maxime monetur ad colendum Deum cum maiori reverentia & devotione excitaretur. Si vero si ab vniuersa plebe Cantus & præsertim horarum persolueretur, statim munus illud vilesceret, præterquam quod non posset sine magna perturbatione & confusione fieri alijs alios præcedentibus, vel vocibus alijs cum alijs discordantibus.

Rectus ordo in Ecclesia quid postulat.

Cantus ad quid instituitur

Hinc semper in Ecclesijs Catholicorum observandum est ut locus separatus qui Chorus dicitur constitueretur, in quo Clerus seu ministri diuinorum Officiorum reciperentur & separati essent a populo Vide Concil: Toletani 4ti Cap 8 Et in Capite 1° de vita & honestate Clericorum dicitur, Pars illa quæ cancelis absaltare diuiditur tantum Psalentibus pateat Clericis.

Locus separatus pro Cantoribus

Quæ verba referuntur ex Concilij Mogontini Cap 14. Inueniuntur autem illa eadem in Concilio Turonico 2do Circa tempora Pelagij Primi Cap 4 vbi sic dicitur, Vt laici secus altare in qua Sacra Mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilas quam ad Missam stare penitus non præsumant, sed pars illa quæ a Cancelis versus altare diuiditur chorus tantum psalentium pateat Clericorum.

Prima pars secus altare tantum clericis patet

Dices si hoc officium ita proprium est Clericorum vt dictum est Ergo non licebit laicis canere illa quæ canuntur in Ecclesia: sine sint horæ: sive alia ad Missam pertinentia

Licet ne alijs præter Clericos diuina officium canere

Respondeo negando consequentiam, neque enim hoc officium ita proprium est Clericorum, vt ad illud alij qui non sunt Clerici assumi non possint, sed ita proprium est Clericorum: vt illis peculiariter & ex congruentia ac decentia quadam conueniat, non autem ex alquo ordine ut supra dixi, non enim assignatur aliquis ordo Cantorum inter illos septem, possunt ergo aliqui honesti viri: & aliquin non male canentes incurare in Cantu Clericos. Sed aliud est loqui de hoc quod potest fieri per accidens, aliud est loqui de hoc quod debeat fieri ex conuenientia talis ministerij. Et pro hoc est Isidorus de Diuinis officijs lib 2 Cap 12 Hic enim mentionem faciens de Psalmistis quos Ecclesia alere solet, & instruere ad Cantandi ministerium, in fine subungit. Posse præterea sine conscientia (id est scitu Episcopi; sic enim aliquando accipitur conscientia. Vt patet ex illo Genes: 43 non est in conscientia nostra quis posuerit eam

in Marsupijs

ni Marsupys nostris) quinque ad Cantandum deligere. Et in Concilio Carta: 4 Cap. absolute dicitur Psalmista, id est Cantor potest absque scientia Episcopi: sola insuper presbiteri Officium Cantandi suscipere, dicente sibi presbitero. Vide quod ore Cantas Corde credas, & quod corde credis operibus comprobes.

Informatio Cantorum

Itaque hoc munus de se est commune, hoc est de se non est alicuius ordinis, sicut de se est ordinis Diaconatus pronuntiare Euangelium, est tamen nihilominus specialiter deputatis Clericis propter conuenientiam & maiorem decentiam, ac meliorem ordinem.

An omnes Clerici occupandi sunt Cantu in Choro

Petes Omnes ne Clerici occupandi sunt in hoc ministerio cantadi in Choro

Respondeo. Non omnes, sed hi tantum qui in grauioribus Ecclesiã ministerys deputati non sunt occupati. Quã regula in religiosis quoque seruanda est, semper enim necesse est vt qui grauioribus destinantur ministerijs non ita grauentur onere Chori vt a propriis oneribus impediantur, ad quod facit textus Gregory libro 4 Registri Capite 88 vbi D. Gregorius prohibet ne Sacri altaris Ministri de est Diacono in munere Cantandi occupentur. Verba eius sunt. Consuetudo valde reprehensibilis exorta est, vt quidam ad sacri altaris ministeria Cantores eligantur, & in hac duie Diaconatus constituti modulationis voci inseruiant, quos ad prædicationis Officium, & Elemosinarum ferendum (nota hãc verba.)

Nota

Presbiteri non ad Cantum sed ad prædicationem & Elemosinas debent eligi

vacare congruebat. Et infra. Constituo ut in hac sede, sacri altaris ministri Cantare non debeant. Solumque Euangelice lectionis Offum inter Missarum solenia exoluant, Psalmos vero & ceteras lectiones cenco per subdiaconos: vel si necessitas exigat per minores clericos exhiberi. Qui textus accuratius expendendus est, quia adhoc quod dicit de clericis, & de Cantu eorum multum confert, item quia difficile creditu videtur Diuum Gregorium prohibuisse ne Diaconi Cantent in Choro. Cum etiam Episcopi ipsi inuenes hi altissimum & dignissimum obire possint, sicut Credendum est ipsum met D. Gregorium sepe illud exercuisse. Proinde locum hunc explicans D Thom: inquit. Nobilior est modus prouocandi homines ad deuotionem per doctrinam & per prædicationem, quam per Cantum. Et ideo Diaconi & prælati quibus competit per prædicationem & doctrinam prouocare animos hominum in Deum, non debent cantibus insistere ne per hoc amatoribus distrahantur.

Diaconi debent prædicare Euangelium per modum Cathechisantis

Docere seu exponere pertinet ad Episcopum

Infero ego. si Diaconi Officium est docendi populum & non solum Cantandi Euangelia recte Diuus Gregorius prohibet: ne relicto maiori in minori se occupent.

Dixi docendi. Quod explicat Sanctus Thomas 3 parte quæ 67 Ar. 1 ad primum, illis verbis. Ad Diaconum pertinet prædicare Euangelium per modum Cathechisantis. docere autem seu exponere Euangelium pertinet propriã ad Epis-

pum, ita ut ne

Ita ut ne presbiteris quidem predicare liceat inquit Belarminus libro 1° de Clericis Cap 13 nisi ex Episcopi mandato aut consensu, Episcopi enim proprie Apostoli succedunt qui Actor. 6 dicuntur, non est bonum nos derelinquere verbum Dei ministrare mensis. Ergo ut reuertar ad prohibicionem D. Gregorij Vult hic Sanctus Pater non quidem nl omnino Diaconi a Cantu abstineant, sed ne ad Cantum principaliter eligantur, vt in eo munere ita occupantur, ut amunere docendi: vel aserdio ad docendum necessario impediantur. Vult item ne in Diaconis blanda vox potius quam vita & doctrina queratur, nec tale quod habet Sanctus Hieronymus in Cap 3 ad Titum. Non solum inquit Episcopi, Presbiteri, & Diaconi debent magnopere providere vt circum populum cui president, Conuersatione, sermone, ac scientia præcedant: verum etiam inferiores gradus Exorcistæ, Lectores, Acolythi, & omnes omnino qui domui Dei seruiunt, in quo magnus est huius temporis abusus, quando propter solam vocem rudes ac illiterati ad ordines promouentur. Cum tamen dicat Diuus Augustinus libro 10 Confesionum Cap 33 Cum mihi accidit ut me amplius cantus quam res que Cantatur moueat, penaliter me peccare confiteor, & tunc malem non audire Cantantem, quomodo autem mouebit nos Cantata ab eo cuius & doctrina nulla, & vox non ad Deuotionem, sed ad ostentationem prouocandam accomodata; & conuersatio mala: ne dicam pessima. Concludo hunc de Cantu Paragraphum, dad hucque semel dico Prohibitionem illam D. Gregorij De diaconis, etiam nunc integram manere formaliter ut sic dicam, hoc est quantum attinet ad ipsius conuenientiam & occasionem qua fuit lata, quia talis prohibitio in ipsa ratione naturali fundata est, ut hi qui grauioribus destinantur ministeriis, Chori non grauentur oneribus. Materialiter autem hoc est nihil vel in illis personis seu in executione quo ad has vel alias personas ut sunt in Diaconatu cessauit, & iam non habet suum locum. Nullum enim fere iam munus exerceat Diaconi: nisi Soleniter Cantando Euangelium, Cessauit inquam non solum in Diaconis, sed etiam in presbiteris, qui aliunde non obligantur ad prædicandum, vel ad alia Ecclesiæ graviora munera, quæ cum obligatio Chori repugnant. Vnde ut reuertar eo vnde sum digressus, iam nunc tenentur omnes sub conscientia qui Ecclesiæ per Cantum seruiunt scire Cantum quantum satis est ad eorum officium, ne dum cultum Dei promouere intendunt, sua negligentia & in re tanti cultum Dei distractiuat: & perturbent, quæres an sit alicuius momenti ipsi viderint.

Antequam partem hanc concludam in qua protuli exempla quædam ostendentia Cultum superstitiosum pernitiosum venialem, subiungo non omnia exempla quæ hic afferuntur prima fronte spectare ad superstitionem propriè dictam prout distinguitur a irreligiositate. Hoc enim docet Superstitio propriè dicta ab irreligiositate vt minuit D. Thomas 2da 2dæ q 92 in principio seu titulo, quod superstitio videatur fieri per excessum, sicut irrel

Sine consensu Episcopi, Presbiteri illicitum est prædicare

In diaconis non blanda vox sed vita & doctrina quæratur

Nota

Conclusio paragrafi de Cantu

Presbiteri & Diaconi si obligatio chori repugnat non obligantur ad prædicationem.

Q. per cantum Ecclesiæ seruiunt tenentur sub conscientia Cantum scire

Differentia superstitionis propriè dictæ ab irreligiositate

sicut irreligiositas videtur fieri potius per defectum, nihilominus si bene perpendantur dicta exempla: sine dubio invenietur in illis superstitio quatenus scilicet res offertur in laudem Dei quæ nullo modo significat laudem Dei, sive hoc fiat per Cantum, sive per elationem, sive per accentum, tunc enim revera potest dici talem cultum Dei in quo committitur illi errores esse falsum, ac proinde pernitiosum. Id enim est pernitiosum apud D. Thomam, quod apud Toletum falsum, loquendo in proposita materia Cultus Divini.

Exempla Cultus superstitiosi pernitiosi, qui ascendit ad gravitatem peccati mortalis.

Exempla cultus superstitiosi pernitiosi quæ non eunt peccatum mortale

Difficile quidem est de omnium peccatorum malicijs in particulari definitum Judicium proferre an hic & nunc habeant in se gravitatem peccati mortalis, tamen quia hac re nihil interponam de meo indicio sed tantum ea proferam quæ apud probatos Autores habentur, propterea audacter dico.

Primum

Primum exemplum superstitiosi cultus de quo agimus in præsenti memoriæ me apud probatos autores in eo qui in horis Canonicis recitandis utitur permutationibus inter sum beneplacitum, & ut loquamur expræsse videri tale exemplum in eo qui cum fecerit paulo ante festum translationis Sancti Venceslai solum in Cathedra Cracouiensi, ne ex qua Devotione erga talem Sanctum Officium omisit currentis feriæ, & recitauit de Sancto Venceslao, cum tamen non Cracouiæ, sed vel Leopoli vel Luceoriæ fuerit.

Q. mutat Officium dicit ex suo beneplacito

Breuiter dico hoc exemplum primum ponitur in eo qui recitat horas canonicas, vel ex quouis alio Breuiario etiam Romano, quam sui Episcopatus, vel si recitet horas canonicas ex breuiario, tamen non suo tempore, hoc est recitat de Sancto quando recitandus est de feria, hic enim prætendat quam cunque deuotionem & cultum Dei, est superstitiosus, & non religiosus, & peccat mortaliter secundum sententiam Doctorum quos recensebo, potius in quam mortaliter. Etsi enim quidam excusant talem a peccato mortali tali vt Sanchius Sutonius 3 parte titu: 13 Cap 4 Paragr: 5 Maior in quarta distinctio 12 q. 6. Silvester verbo Hora qu 12. Caietanus verbo Hora. Lesius lib: 2. Cap 34. Dubio 12 Num: 77. Azor lib 10 institutionum moralium Cap Num: 2.

Q. recitat Horas ex alio Breuiario non sui Episcopatus.

Doctores q. talem excusant a peccato mortali

Contraria sententia

Contrariam autem sententiam tenent alij quorum longiem ordinem tenet Navarus Cap 19 De horis Canonicis Conclusione 4. quam etiam ipse sequitur dicens contra opinionem supra dictam tenent alij & verius quidem. Item tamen hanc sententiam ibidem asserens Recitari interdum hoc modo si a deo raro fuit vt iure prudenti & docti non videatur notabilis audatia fore quidem peccatum sed non mortale. quia inquit huiusmodi mutatio tam rara non videtur notabiliter contrahere mentem institutoris Breuiarij. vt ad Culpam mortalem perueniat, sunt etiam eiusdem autoris Cir-

hanc rem limita:

hanc rem limitationes. Quarum prima est Causa æqua d iusta quod virum doctum d piũ
ablate superiore qui possit dispensare, gratis est repentina concionandi, studendi per legendi
audiendi in recitando bnõ die vel altero infirmum, aut Prælatum vel amicum desensum. Imo
d oblivio d inadvertentia inculpabilis

Exceptiones a peccato

Secunda. Si non sit Breviarium speciale in Episcopatu vel archiepiscopatu cui subsit
potestati Romano antiquo.

Tertia est Dispensatio Papæ. Quarta. Quam iam dixi si id raro faciat.

Extra hos Casus qui facit talem mutationem, quæ viris doctis d pps possit videri nimia d
frequens, peccat mortaliter sive sit beneficiarius sive non. Quam si ordinarius stat ad titulum pa-
trimonij. Neque unquit sub esse sufficit iustam causam dispensandi nisi actu dispensatur per
superiorem: secundum cõmunem opinionem, saltem eum causa non est manifeste insta.

† Si non patitur dilationem adrecu
rendum ad superiorẽ pro ea. Si quidem
ad contra veniendum legi etiam humanæ
non sufficit iusta causa dispensandi †

Eandem sententiam tenet Suar: lib 4 De horis Canonicis Cap 23 dicit enim unusquis-
que Clericus qui ad horas Canonicas privatim dicendas (quæ particula non est excepitur pu-
blicarum horarum ut statim videbimus) sed loquitur in proposita materia de privata
recitatione cum autem agerit de publica) obligatus est, tenetur eas dicere (stando in iu-
re cõmuni) iuxta Breviarium in sua dioecesi vel ordine approbatum: d receptum.

Hæc assertio eius sumitur ex Cap De iis, d Cap Placuit, in quibus in eadem dioecesi Me-
tropoli Archiepiscopatu seu provincia idem Psalendi ordo præcipitur. Et quamvis ibi
sit sermo de recitatione publica d in Choro, tamen bene sumitur Argumentum a paritate rati-
onis: alia serunt ex quibus confirmetur, d quia recitatio privata quasi subrogatur seu
ponitur loco publicæ: in his qui choro non tenentur assistere, vel defectu non intersunt,
ideo debet secundum eandem regulam dici. Item quia membrum debet corpori confor-
mari. Unde in Conc: Igatensi Cap 30 De hoc officio dicitur. Conuenit ordinem Eccle-
siæ ab omnibus æqualiter custodire. Item Cap Conuenit. De consecratione distin: 5 d
hac fere ratione utitur Sanctus Thom: quod libelo 1° Articul 13 ubi concludit unu-
quemq debere conformari eorum conuictu dini cum quibus vivit, tandem - -
Optime hæc assertio confirmari videtur ex Clementina 2. De celebratione missarum
ubi enim conceditur Clericis secularibus, d Religiosis, Comensalibus Cardinalium, d
aliorum Pontificum ut possent illis conformari in officio, dut non tenentur aliud dicere
ubi Glosa verbo indulgemus recte notat absque illo privilegio id non licuisse, idem cõ
firmatur ex pœna graui quæ prælatibus in dictis turribus, ponitur tales enim præ-
cipiuntur sex mensibus a communione suspendi, d culpam lachrimis abluere quam-
dõ pœnitentiã unquit Navarus sunt culpæ mortales: non autem venialis. Ratio ve-
ro est huius nostræ assertionis d doctrinæ, quia Mutatio in tota forma Officij
vel certe in tali ut possit dici enormis, est mutatio valde gravis, d in materia valde
gravi, hoc est religionis, quæ virtus præcipua est post illas tres Teologicas. scilicet

Urus quisque Sa
cerdos debet conformari
illis cum quibus vivit

Pœna

Mutatio Officij quam
sit gravis

Fidem.

Recitare aliud quam quod præcipitur, est sicut non recitare

Fidem, Spem, & Charitatem, & proximè ipsam substantiam attingit, hoc est proximè accedit ad non recitationem, quia idem videtur hoc recitare quod non præcipitur, & non recitare illud quod præcipitur: at ista non recitare. Quod ostendo exemplo tali. Recita verbigratia Centum Coronas uno die pro uno Officio, & omitte Officium, peto postea cabis ne vel non. Itaque opinio illa priorum autorum & si gravium debili innitatur fundamento, dicit enim substantiam præcepti de horis Canonicis esse de septem horis, reliqua vero esse accidentia, quod certe si verum est potero ego recitare Officium Paschale singulis diebus per annum, quod tantum habet unum nocturnum & tres psalmos, quia in tali officio reperiuntur septem horæ. Vel potero recitare Officium feriæ tertiæ vel feriæ quartæ, in quo reperiuntur septem horæ, vel aliud quod vis in quo reperiuntur septem horæ præsertim si nollit illud memoriter discere, iuxta priorem opinionem necesse dicit me posse hoc facere sine peccato mortali, nescio an possit hoc dici vera ritatem, certe nihil videtur absurdissimum.

Opinio Priorum Doctorum qui excusant a peccato

Quomodo obligantur Sacerdotes ad recitationem horas Canonicas.

Contra quod observa ex suario libro 4. De horis Canonicis Cap 23 Præceptum de citandis horis licet una lex sit, tamen virtute contineri multa, esse que veluti Capita universalem, quæ ad varia tempora, festivitates, solenitates, & dies applicata cit obligationem non uniformem sed tempori & diei accomodatam ac proportionatam tota ergo illa forma Officij deformis sub præceptum officij Cadit. Ergo qui illam voluntate mutat præcepto non satisfacit: ac per consequens peccat. Quo circa esto substantia præcepti obligantis ad officium in genere, sit de septem horis Canonicis in genere, tamen substantia præcepti in particulari, & in individuo seu singulari est de septem horis Canonicis talibus hoc est tempori diei ac ordini congruentibus & applicatis, hoc est de horis quæ consistent ex his psalmis, lectionibus &c. quod declaro exemplo. Sicut enim si de substantia carnis humanæ sit ut constet ex ossibus nervis &c. in communi loquendo, tamen de substantia totius congregationis hominum, seu omnium singularium ut sunt particulares est, ut constent his ossibus his nervis, his venis & similibus. Et quemadmodum communis carnis humanæ substantia non in abstracto sed in suis consistit singularibus

Differentia Officij ab Officio

ita communis substantia septem horarum consistit non in abstracto sed in suis singularibus & determinatis horis, ita ut sicut petrus differt a Paulo sua individua substantia, ita Officium differt ab Officio sua determinatione. Ulterius quia sicut substantia Petri poneretur in Paulo, non esset tale individuum in mundo, hoc est Petrus vel Paulus, vel esset aliqua confusio. Ita si officium diei unius poneretur in Officio alterius diei, illa dies privaret suo officio vel certe esset quædam confusio & mistio repugnans recto ordini. Quapropter si quis argumentetur contra te dicens substantiam præcepti obligantis ad Officium esse de septem horis Canonicis. Respondebis.

Argumentum contrarium de septem horis Canonicis

Substanti

substantiam præcepti esse de septem horis non homogeneis id est omnino sibi similibus. Sed de septem horis Heterogeneis id est sibi dissimilibus, & tempori accomodatis. Staq; qui non poneret hominem in Petro Paulo Joanne Andrea, sed vellet tantum ponere hominem abstractum a Petro Paulo Joanne & Andrea, iste non poneret hominem in mundo, sed tantum in suo intellectu. Sta qui non ponit præceptum Officij seu obligationem officij in Officio. Verbi gratia Paschali Officio, Quadragesimali officio, Adventus Officio, Festi officio, Sancti Officio, iste non ponit præceptum officij in mundo, sed tantum in suo arbitrio. Propterea Pius V. in his literis de hac re strictè præcipit, seruari eam distributionem Officij quam ipse post multos alios Pontifices perfecit, seruari inquam in his qui ab eodem non sunt exceptis de quo mox videbimus. Inquibus literis notanda sunt illa verba. Neminemque ex his quibus hoc dicendi & psallendi quæ munus necessario impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse. Unde etiam ibi mentionem facit pœnarum, quæ imponenda sint illis qui non eo modo recitauerint quo ipse describit (exceptis illis quos ipse excepit) illis verbis. Quoscunq; qui horas Canonicas ex more & ritu ipsius Romanæ Ecclesiæ, iure vel consuetudine dicere vel psalere debent, propositis pœnis per Canonicas sanctiones constitutis eos qui Diuinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum & psalendum, post hæc in perpetuum horas ipsas diurnas & nocturnas ex huius Romani Breuiarij prescripto & ratione omnino teneri, propositis inquit pœnis in eos qui Diuinum officium non dixerint constitutis. At quare debent pœnâ mulctari illis qui non dixerunt ritu Romano cum teneantur officium suum quotidie, pœnâ inquam illâ quare debent mulctari talibus. Cui tales recitent officium, non ne propterea quod pro eodem habeantur recitare non tale, & non recitare. Nota item illa verba dictarum literarum. Ex more & ritu ipsi⁹ Romanæ Ecclesiæ, quia in illis literis excipiuntur quædam a sede Apostolica officia ante ducentos annos approbata, quod si talibus personis quibus prædicta Officia non sunt adempta magis placuerit Officium Romanum Pii V. Conceditur illis quidem ab eodem Pontifice ut eodem possint uti dum modo Episcopus & universum Capitulum in eo consentiant. Quia si Roma inquit Navarus sit communis patria, quo ad alia non tamen est communis patria, ad eximendum subditos a legibus Suorum Episcoporum, eos qui extra eum vivunt, quam ob rem (per quod redditur ratio illius quod posui ab initio huius doctrinæ, his vel consimilibus verbis neque Romanum) non licet illi privata autoritate uti etiam Romano Breuiario, sed in ipsius Diœcesi aliud quam Romanum legitime retinetur, esto enim hoc non colligatur ex verbis Pij V. loquendo immediate, quia ibi dicitur scilicet, in literis Pij V. dum modo Episcopus & universum Capitulum in hoc consentiant Vt ed in Choro dicere &c. ex quo videtur

Constitutio Pij quinti de recitatione horis Canonicis

Pœnæ in eos qui ritum præscriptum Pij V. non recitant Officium

Quare pœne mulctentur tales

De recitatione ex Breuiario Diœcesiano

inferi quod

Consuetudo ante 200 annos approbata exigitur

Dubium

Dubium 2dum

Qui habet beneficia in diuersis Diœcesibus, ad quod Officium obligatur, si diuersa sunt

inferi quod extra Chorum sine facultate Episcopi id est in priuato possit aliquis uti Breuiario manens in tali Diœcesi Cui relictum est suum Officium quod cepit ante ducentos Annos. Colligitur tamen hoc quod in tuli ex verbis Pii V. mediate, quia constitutio Pii V. nullam mutationem facit in Ecclesia, quarum consuetudo a sede Apostolica ante ducentos Annos approbata est, nullam inquam nisi ipsi voluntarie eam faciunt, ergo ibi relinquitur in integrum ius commune talium Ecclesiarum, sed ius commune talium Ecclesiarum vt singuli in recitando sequi debent Matricem, vel etiam ordinem suum, ergo ibi ius illud durat, ergo priuata Autoritate mutari non potest. Petes Quod si alicubi ex negligentia prælatorum alio Breuiario antiquiori ducentis Annis non abutentium (quod solum relictum est a Pio V.) Romanum Breuiarium non sit promulgatum, poterit ne vlli aliquis Romano conformari vel relinquere Breuiarium Diœcesanum. Respondeo cum Suario Talem Clericum non solum posse licite recitare iuxta Romanum sed etiam ad hoc teneri si comode potest, quia per se obligatur præcepto Pontificio, ut patet ex Bula Pij V. Præceptum autem Pontificium si nulla ratio vel contra veniat quæ ipsum ipso Pontifice absentiente alicubi suspendat (quale est præceptum de Clandestinis Matrimonij) non pendet ex Episcopi vel matricis Ecclesiæ acceptatione, at qui præceptum illud tale est de rei citatione officij in illis qui non sunt vsi Breuiario Antiquiori Ducentis Annis, ergo præceptum illud obligat, ergo non possunt Clerici obligari ad imitandum ritum illo præcepto efficaciter abrogatum. Petes 2do. Quid si aliquis habeat plura beneficia in distinctis Ecclesijs vel diœcesibus, in quibus modus recitandi Officium est diuersus. Respondet. Suar: libro 4 de horis Canonicis Cap 23 huius modi beneficiarium recitare debere iuxta morem illius Diœcesi vel Ecclesiæ in qua residet, vel in qua domicilium habet, nam hic titulus præferendus est singulis beneficijs per se spectatis, imo etiam præferendus est omnibus beneficijs si plura habeat simul iumptis, quia illa plura non efficiunt vnum, ita vt propter illa plura possint debeat alteri Ecclesiæ quam illi ad quam habet domicilium, vel alias valde expedit imitari honestos mores apud quos viuimus. Proinde illa plura beneficia respectu istius vnius non augent ut sic dicam intensiue obligationem ad hoc pecus quam ad illud penes quod est domicilium, quia illa plura sunt diuersa, nec vllo modo referuntur ad vllum beneficium quod opponatur illi titulari. Denique quia beneficium non videtur posse ad hoc obligare quod sic ostende, vel ita obligat illud beneficium ad residentiam vel non, si non obligat, non est vere obligetur loco distanti et secluso domicilio, si autem obligat ad seruiendum Ecclesiæ, Vlterius peto.

An absit legi

an absit legitime nec ne. In priori Casu cessat obligatio quia vel per alium inservire potest: Et tunc iam per alium satis facit quo ad ritum, vel si legitime dispensatus est, cessat obligatio servicij, & consequenter exercendi ritum. At vero si iniuste absit a sua Ecclesia vix potest ille habere alibi firmum domicillium, unde vix est Casus admittendus ut habeat domicillium alibi, secundum quod conformatur illo loco in recitanda, & beneficium alibi ad cuius obligationem non tenetur.

Si tamen supponamus talem Casum dico eum non magis satis facere obligationi inserviendi suæ Ecclesiæ hoc modo absens recitando uno modo quam alio, & alioquin ratione præsentiæ & residentiæ in alio loco in quo supponitur tale domicillium habere maiorem necessitatem moralem, iudicat accomodandi se tali loco in quo supponitur habere domicillium, propterea etiam in hoc Casu videtur probabilius debere illum sequi morem illius loci in quo residet, quia tunc est illius subditus & membrum illius corporis. Non est tamen clara obligatio hac propterea facilius potest illi optio — permitti. Et hæc sufficiant pro primo exemplo.

Loci in quo residet quisque Sacerdos morem debet sequi.

Secundum exemplum Superstitionis ponitur in eo qui cum ob-

Secundum Exemplum

ligatus sit servire Ecclesiæ per Cantum in choro hoc est quia in tali Ecclesia habet aliquod beneficium quod propter tale servitium Ecclesiæ specialiter datur, vel quod habet hanc obligationem annexam nihilominus propter devotionem ne scilicet ut ipse dicit differatur & ut attentum persolvat pensum suum recitat Officium privatim in Cubiculo, talis enim non satis facit debito suo, & illa devotio non est religio nec vera devotio sed superstitio.

Cultus superstitiosi privatim in eo qui cum debet publice in Ecclesia cantare Officium, privatim in cubiculo recitat

Prioris generis hoc est qui habent beneficium quod propter tale servitium Ecclesiæ specialiter datur sunt Canonici Præbendati Ecclesiarum Cathedralium aut Collegiatarum, & aliqui beneficiati ad hoc specialiter deputati, etiam in inferioribus Ecclesijs.

Posterioris generis est Parochus in sua Ecclesia communiter loquendo. Atque ita in hoc Casu Silvester verbo Hora Quæst: 2 Dubio 4 dicit obligari tales nisi sint legitime occupati suam Ecclesiam officiare. Et quæritur: 1o declaratur in hoc Casu committi peccatum mortale duplici ratione seu modo, primo si ex consuetudine fiat, in quo indicat Silvester etiam unius diei absentiam non esse per se & solam peccatum mortale.

legitima occupatio.

In hoc casu dupliciter committitur peccatum mortale.

Secundo si Ecclesia inde magnam iacturam patiatur, Nam hinc materia levis verbi gratia unius diei absentia poterit esse gravis, & culpa illa non excusatur eo quod distributiones amittantur inquit Suarius, quia non excusatur culpa ratione pœnæ, & quia Ecclesia privatur servitio sibi debito ratione talis beneficij. Ideoque cavendum est maxime hoc detrimentum, præsertim si aliqui occasione multi absint a choro, vel si præbendati pauci sint, & uno vel alio deficiente non possit officium pro dignitate Cantari. Item quæritur Cavendum est detrimentum illud magnum quod fit in tardo ingressu in Chorum, ex qua perturbationes aut scan-

Qui absit a Choro

dala oriuntur

Ficta legitima excusatio a choro

oriuntur, potest enim etiam hoc atque aliis circumstantiis multum culpam agravare. Cavendum denique est ne quis fingat legitimam excusationem a Choro quam revera non habet solum eam adfert ut multotas eviteł, quia tunc contra iustitiam distributiones accipit inde agravatur culpa per materiā quantitatem, cum obligatione restituendi illas.

Mutilatio versuū aut verborum in Offo Divino

Tandem vltius Exempli occasione aliquid dicam. non quidem ad superstitionem seu irreverentiam quandam, quā in hoc genere per horas laudandi deum comitti solet, cavendam est omnis mutilacio versuum aut verborum, licet enim ordinariè tantum videatur interuenire culpa venialis in Casu, si sit mutatio vnius verbi vel altero tamen potest esse in hoc casu culpa mortalis, si sit nimia verborum mutilatio. Hoc sumo ex Capite dolentes de celebratione Missarum, ibi enim graviter reprahenduntur Clerici qui priùs confabulationibus & somne dediti, postea recitant transcurrendo vndique continuata sine matutinum. Et subditur in fine, hæc & similia sub pœna Suspensionis graviter inhibemus, districte præcipientes.

Pœna Suspensionis inflictæ

Visio quædam Sancti.

Videtur vero ad hoc facere visio illa relata a Sancto tomo 2 parte, titulo 9. Cap 13 parag 3. ibi enim scribit de quodam Patre Sancto Cui videnti in Choro Dæmonem, multa imponentem Sacerdoti interroganti quid imponeret, Respondit Diabolus, impono syllabas & verba quæ hi vel illi omittunt; intendentes dicere, & male pronunciant, impono ut illos eius rei accusem in iudicio.

Mutilatio a toto choro facta ius graviore culpā committit

Circa hunc defectum notandum est ex Sicario, facilius graviorem culpam committi cum mutilatio vel inordinatio fit a toto Choro, propter Scandalum irreparabilem, culpa quoniam in choro non potest conuenienter repeti publicè quod Cantatum est semel, aut quia semel male est pronunciatum. Participat autem illam Culpam præcipue qui Cantum gubernat vel præest choro & qui choro præest; in suo vero gradu inferiores qui cooperantur vel non obsistunt si possint, si autem non possunt excusantur aprecata culpa, quam iis vlla Edito publica: ut est ab illo corpore mistico mala sit, vnde si quis committat hunc defectum quando solus nomine chori canit, dicendo lectionem, vel orationem, aut Martirologium, turpior est defectus, cum sit defectus in ordine seu negotio publico, non quocunque modo publico, sed publico ut publicum est, hoc est non tantum ut sit publicè, sed ut sit nomine totius Cleri seu Chori.

Qui cantum gubernat vel præest choro hāc culpam participat

Turpior defectus ab vno q nomine chori canit vel legit

Concludorem hanc totam illi ipso Capite Dolentes de Celebratione Missarum, his verbis Districtè præcipientes in virtute obedientiæ vt diuinum officium Nocturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit diligenter celebrent pariter & deuotè. Studiosè quo ad officium oris, Deuotè quo ad officium cordis, seu diligenter non sine operando aut transcurrendo, Deuotè non miscendo confabulationes, nullum que externum impedimentum attentioni contrarium apponendo, quod plerunque si quis oculos in hunc vel alium angulum, in hanc vel aliam personam, in hanc vel aliam partem templi proiicit, qui in hoc negotio debita cum modestia sunt tenendi, ut aliis scandalis

Quomodo Celebrare Offū nocturnū & diurnū

ficationi & hac ex

& hac externa compositione corporis animum componas.

Verbo in illis verbis districtè præcipientes, est præceptum rigorosum, & non consilium tantum, obligans sub peccato mortali ex suo genere, licet ex circumstantia materiæ posit esse venialis excessus. Addo hoc ex concilio Basiliensi Sess: 21 Paragr: 2 vbi dicitur, ut qui ad orandum Deum in choro conueniunt habitu honesto & vultu decenti sepsos componere studeant, & in particulari quo ad indumenta addit ibidem Horas Canonicas dicturi cum tunica talari ac superpelliceis nunquam ultra medias tibias longis, vel capis iuxta temporum & regionum diuersitatem Ecclesiarum obtinent &c. Et infra qui cum in choro fuerint gravitatem seruent, quam & locus & officium exigunt, Quod decretum licet vim legis non habeat quia illud Basiliense Concil: non est in omnibus confirmatum & confirmatum. De quo videndus Bellarminus libro 1° de Concilijs Capite 7, & dominus grauissimum est illud decretum & per se consentaneum rationi. Quando autem ad orationem fratres charissimi dicit Sanctus Cyprianus, in vigilare & intendere debemus ac toto corde debemus, cogitatio carnalis omnis & secularis abscedat, neque quid quam hanc animus aliud quam id solum cogitet quod precatur. Ideo & Sacerdos ante præfationem orationis oratione permissa parat fratrum corda dicendo Sursum corda, ut dum respondet plebs habemus ad Dominum, admoneatur nihil se aliud quam dominum cogitare debere. Claudat contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis beneficiat. Ita gloriosissimus Doctor fortissimus & martir Cyprianus in Sermone de post omnes orationis dominicæ particulas.

Præceptū rigorosum obligat sub peccato mortali.

Habitus Clericorum

Nota

Tertium exemplum sit in eo qui vellet celebrare Missam iuxta aliū ritum quam qui est in Missali statutus ac definitus.

3tum Exemplū

Q. extra ritum in Missali statum Missam Celebrat.

res hæc constat ex verbis Pij V. principi pro Missalis, sunt autem hæc Mandantes & stricte omnibus & singulis in virtute sanctæ obedientiæ, præcipientes, vt Missam iuxta ritum, modum: ac normam quæ per Missale hoc nobis modo traditur decantent ac legant. Quod intelligendum est seclusis priuilegijs & consuetudinibus a sede Apostolica non abrogatis, nam sunt quidam cantus & ritus Sancti qui non recensentur in Missale Romano, qualis est verbi gratia præfacio Carthusiensis, Cisterciensis, Gnesnensis, & alia similia. Illi autem qui illis gaudent tenebuntur seruata proportione ea dicere vel Cantare quæ in Missali sibi permisso continentur, Proportionem quam hoc consistat vt sicut nihil debes mutare in Cantu Romano siue pro tua deuotione siue ex errore, quia hunc teneris corrigere. Ita si uellis Cantare vel dicere iuxta Cantum alterius Missalis permissi, nihil mutes vel addas. Vide Concil: Trident: Sess: 22 per omnia eius Capita.

Qualis modus seruandus est quando Cantatur Missa

Ratio vero huius doctrinæ seu gravitatis peccati quæ in hoc exemplo continetur est, quia uti prolibertate alys Ceremonys quam quæ sunt definitæ est res gravis, & ad debitum Dei cultum spectat, ut talis res ordinate fiat.

Gravitas peccati in hoc Exemplo.

Inquo impri-

Celebrare missam alterius die non cadit sub præcepto Pij. V.

In quo imprimis notare oportet aliud esse celebrare non seruando ritum seu Ceremonias aliud vero dicere Missam, alterius diei seruatis Ceremonijs, tali Missa competentibus. Celebrare autem Missam de alia re quam in Missali præscribatur non semper est expedum modo ritus integer seruatur, quia tunc reuera nirigore non prætermittitur recitandi Missam, quod solum voluit Pius illis verbis, iuxta modum, ritum ac formam, non quam prætermittitur, quia si poluerit non teneri, videtur nirigore loquendo latum esse præceptum in illis literis Pij. V. De Missa dicenda de feria aut festo, sed præceptum illud totum est modo celebrandi Missam hanc vel illam, hoc est vt fiat cum talibus & non alijs Ceremonijs. Vt autem hoc dicam adducor hoc argumento, Nam cum Sacerdos absolute non teneatur hodie bi gratia Missam dicere, non est cur obligetur ad dicendam Missam de feria: vel de festo,

Differentia inter Missa & Officium Diuinum

In quo est magna differentia inter Missam & officium Diuinum, nam cum ad officium Diuinum recitandum tenentur Sacerdotes, mirum non est quod obligentur ad dicendum illud officium quod cuique die assignatur. Quia vt diximus in superioribus præceptum illud de Diuino officio recitando, cadit non in officia diuina abstracte hoc vel aliud, sed in officium diuinum quale recipitur distributum. Seu præceptum illud de officio recitando cadit nisi tam illam distributionem officij disformiter faciam, in Missa vero non est quid simile, & hoc confirmat consuetudo, nam fere scrupulo solet hoc fieri a viris doctis & timoratis in Missis priuatis, quæ proprio arbitrio Sacerdotis dicuntur.

In missis solemnibus quæ dicuntur in Parochialibus maior est obligatio diei.

Dixi imprimis. nam in Missis solemnibus quæ dicuntur in Parochiali vel Ecclesijs conuentualibus, maior erit obligatio dicendi Missam diei. Capite quidam, De cognatione cum creatura de celebratione Missæ.

Obligationi ad specialem Missam debet satis facere

Item quando aliquis obstipendium, vel Capellaniæ institutionem siue ob aliam similem causam obligatur ad specialem Missam, debet si como de potest obligationem præscriptam implere, quamuis si absque scandalo id omittat, vel Missalis ordinem seruet celebrando scilicet alia quando Missale ostendit feriam non peccabit, onus enim annexum beneficio, vt illud obtineat quotidie celebret tali vel tali modo, Intelligendum est secundum Nauarrum Cap. 25 Num. 13 saltem honestate & deuotione debita, quapropter si instat Solene festum melius facit celebrando de festo solenni, cum præsertim Sacrum vnum & alterum, siue sacrum cum his vel illis circumstantijs exterioribus, eiusdem sit valoris.

Consilium optimum accomodare se diei & officio cum celebratione Missæ

Denique optimum consilium est non prætermittere etiam in hoc Missalis ordinem absque rationabili causa. Volo dicere si liberius sit homini celebrare Missam quam vult, etiam eo tempore quo assignatur certa Missa ex Missali Romano, tamen optimum consilium est accomodare se etiam hac in re officio, vt si verbi gratia celebraste officium diuinum de feria præsertim modo quadragesimali quæ est priuilegiata, celebres etiam de feria. Sta Siluester verbo Missa Quæst: 2ª 4ª, 7ª 8ª & 10, Soto distinc: 13 Quæst: 2ª Articulo 1º in fine,

Victoria in summa Nume: 95. Hæc de Missa alia quam præscribitur in Missali Romano. Reuertamur iam ad illud quod primo proposuimus de Ceremonijs non seruatis

Quo dico si Sacerdos vellit addere aliquid aut mutare in ipso Officio Missæ, addere scilicet aliquas preces, aut mutare Euangelium vel Epistolam, præter vel contra consuetudinem & institutionem Ecclesiæ, quæ totam illam actionem sacram moraliter hoc est humano modo vna mira ac religioso artificio ex variis Patribus composuit (de quo videndi sunt Bellarminus lib: 2 De Eucharistia, & primo de Missa. Suares tomo 3° de sacramentis Disput: 72 Tador in institutionibus moralibus. D. Antoninus Durandus & alij) talis sine dubio grauiter peccaret quia in hoc usurparet quodam modo Ecclesiæ potestatem, ad quam pertinet in his ponere debitum ordinem & modum. Si vero non intenderet aliquid addere ipso Officio, sed ut priuata persona eo tempore priuatam aliquam deuotionem secreto faceret, non quidem peccaret directe contra prædictum præceptum, male tamen & imprudenter faceret sacrum ministerium, priuatis precibus omnino ab illo distinctis interrumpendo.

Dixi omnino distinctis quales non sunt illæ considerationes quas aliquis facit post dictum Pne non sum dignus ante communionem, sed nec tales debent fieri longo tempore ut alys detur occasio distractionis vel admirationis.

De precibus vero illis non addendis de quibus supra est Canon 23 Concilij 3 Carthaginds: vbi dicitur Nemo precibus aliunde adscriptis vtatur; nisi prius eas cum instructoribus fratribus contulerit. Et in Milenitano Concilio Cap 12 additur, huius modi preces debere esse aprudentibus tractatas, Et in Concilio vel Synodo approbatas.

Ergo vt concludamus hoc exemplum dicimus breuiter iam Pontifices Ecclesiæ certum statuerunt ordinem cui nihil addere licet: Valent tamen hic omnia illa quæ in alys peccatis ex genere suo grauibus efficiunt venialem Culpam, puta inaduertentia & leuitas materiæ, quo circa qui adderet aliqua præsertim ex sacra scriptura & Patribus, & alioqui additio rei exit minimè non peccaret graviter, si autem materia esset alicuius momenti, qualis est Epistola vel Euangelium peccatum esset graue, nam tunc ex duplici Capite peccabis, tum quia omittis partem notabilem Missæ hoc est Euangelium vel Epistolam, tum quia illud aliud Euangelium vel Epistolam quam pones loco illius quæ præscribitur in Rubrica, faciet addicionem monstrosam, quia non poterit esse pars Missæ quod non sit ex autoritate, nam compositio Missæ (& idem dicendum est de Officio Diuino) pendet ex institutione institutio autem ex potestate seu autoritate, Ergo non potest ad Officium quod nomine Ecclesiæ dicendum est, siue illud Officium sit Missæ siue Horarum pertinere id quod tanquam ipsius nomine fit, Ergo perinde est recitare Euangelium aliud quam Ecclesia instituit, & non recita-

Mutare aut addere aliquid in Missa grauе peccatum est

Ratio peccati

Priuata deuotio sine intentione in Missa non inducit peccatum mortale sed non debet fieri.

Nemo utatur precibus quæ in Synodo vel a superioribus non sunt approbatæ.

In Casibus supra dictis valet inaduertentia & leuitas materiæ

Mutare Euangelium vel Epistolam est graue peccatum

& non recitare Euangelium loquendo voluntarie & deliberate, excusatur enim ignorantia & inadvertentia.

Quartum Exemplum
De Organistis & Cantoribus

Ultimum sit exemplum huius dubij de Organistis & Cantoribus, de quibus ante quam definiam quid sit illis servandum & quod caveendum, hæc breviter permitto. Non defuisse quosdam graves Teologos qui negarent in Cantu Ecclesiastico utendum esse Musicis instrumentis. Et D. Thomas 2da 2dæ Quæst: 91ª Cap 2. eam rationem sumit ex Aristo: lib 1º Politicorum Cap 3 dicente non esse recipiendas Tybicines in disciplina, neque aliud artificiosum instrumentum vt est Cytara, & si quid aliud tale sed quæ faciunt auditores bonos &c. Vide si hoc sentit Philosophus de Morali disciplina multo magis dicendum erit de disciplina Ecclesiastica. Obiectioni autem quod in veteri templo erat in vsu hæc instrumenta vt constat ex Psalmo 32 & Psal 150 & 1 Paralip 2 Respondet D. Thomas illud pertinuisse ad imperfectionem & umbram illius legis, quia ille populus erat magis durus & carnalis, ideoq; per hæc instrumenta sensibilia erat permovendus. Et ita colligunt aliqui tempore D. Thomæ non fuisse in Ecclesia organorum vsum. Ita Cajetanus 2da 2dæ quæst: 91 Notabili 2. Navarrus de Oratione Cap 16 Numero 46. Nihilominus dicendum est horum instrumentorum vsum gravem & moderatum nec per se indecentem esse pro Ecclesiastico Officio, nec ab Ecclesia esse prohibitum. Sed in eo sicut in Cantu vocis servandæ sunt aliquæ regulæ de quibus mox.

Tempore D. Thomæ non fuit eum organum in vsu Eccle

Probatur in primis ex illis ipsis locis scripturæ, paulo ante citatis, neque enim putandum est ex dispensatione Dei in veteri lege Cantum organicum adhibitum fuisse, quia de tali dispensatione non constat & aliunde possunt secure dicere, talem dispensationem in illo templo non interesse, sed illum cantum adhibitum fuisse ex eo quia natura sua est honestus. Quod probo hoc argumento. Effectus qui ex illo cantu sequebantur erant honestissimi, & deo valde acceptissimi, quia talis cantus provocabat homines ad devotionem & Prophetas elevabat ad spiritualem contemplationem, qui sunt effectus. At qui devotio & contemplatio sunt honestissimi & Deo acceptissimi, actus vero si procedebant ex Cantu organico Cantus organicus est honestissimus, Ergo cantus Organicus ipso exal licitus in illa Ecclesia Ergo actus hoc non indigebat dispensatione Divina. Ulterius Cantus organicus eosdem effectus potest nunc producere in hominibus, ergo cantus Organicus est licitus ergo ut sit non est prohibitus. Et quamvis lex gratiæ exse sit perfectior quam lex veteris Unde videbatur summum argumentum S. Thom. pro Cantu illius legis contra Cantum organicum hanc legis. Nihilominus etiam in lege gratiæ sunt tam imperfecti homines in plebe præsertim qui multum movemur ad spiritualia sensibilibus adjumentis.

Inueteri lege sine dispensatione divina fuit cantus Organicus

Effectus cantus organici

Præterea ut &c

Praeterea ut Usum totius Christianitatis non adferam, organorum certe (sive organa accipiantur in genere pro quocunque Musico instrumento, de eſ enim vox haec generalis ut constat ex D. Hieronymo Epistola 28 ad Dardanum. Isidor: lib 3 Cap 19, 20, & 21, sive pro speciali instrumento vulgariter sic dicto) Usus antiquissimus est in Ecclesia Catholica, ut testatur Durantus libro 1° de ritibus Ecclesiæ Cap 13 Unde illud quod de tempore S. Thomæ affertur subsistere non potest. Vnde Soto lib 10 de Justicia quæ 5ª Artic 2 infine, sentit D. Thomam non fuisse locutum de Organis vulgariter dictis, sed de alijs instrumentis Musicis puta Cytharas velsimilibus de quibus etiam illum explicat, ut solum dicat quod antiquo populo magis quam nobis congruebat. Et sane D. Thomas non dixit Usum talium ceremoniarum esse malum, sed indicauit non esse necessarium neque propter perfectos adhiberi, quomodo in Capella Pontificis non adhibetur quia sit malus: sed quia non indicatur necessarius aut tam gravis. Neque contra doctrinam hanc obstat dictum Aristotelis, quia maiorem habet improportionem Musicum instrumentum cum disciplina quia scientia addiscitur, quam cum oratione & interna devotione, quæ ex suavitate Musicæ interdum excitatur. Et ideo non obstat quod instrumenta Musica proxime delectent, si delectationalis essent bene disponat animum ad devotionem. Vnum hic addendum superest valde conveniens esse, quando pars aliqua aut versus Divini Officij per organum Cantatur, non fiat sine aliquo vocis Cantu, quod idem versus ita distincte exprimatur ut ab astantibus percipi possit. Tum quia hoc modo suavitas instrumenti non erit per se intenta (quod damnat Sanctus Augustinus) sed ut res ipsa quæ cantatur suavius concipiatur: & magis moneat: tum etiam quia sic integritas oratoris vocalis magis videbatur perfici, nam per solum sonum Organi non videtur servari perfecta integritas orationis vocalis. Et ideo quando in solo Organo sine ullo cantu Deus laudatur solet chorus sine Cantu versum illum recitare, quod sufficit quidem ad integritatem horæ, non tamen videtur ita conveniens ad satisfactionem populi & publicæ Orationis, quia ut dixi puncta oratio interrumpitur quo ad illam circumstantiam publicitatis ut sic loquar, quia Oratio illa in Cantu publico dicitur pluraliter, atque ita publicus Cantus interrumpi videtur. Quocirca ut redeam ad id unde hunc periodum incepi, iterum dico convenientissimum esse in hoc ipsum quod Organo pulsatur vocis cantu exprimatur, non tamen hic est obligatio aliqua præsertim gravis peccati.

Usus antiquissimus in Ecclesia organorum instrumentorum

Asserit D Thomã tantum de instrumentis Musicis lasciuis

Potestne pars aliquam cantare per organum sine vocis Cantu, scilicet divinum Officij

Conuenientissimum est ut quod Organo pulsatur vocis cantu exprimatur.

Facilenes dixi pro defensione Cantus organici, nunc iam ad rem accedens dico sicut in reliquis sanctis Ceremonijs Ecclesiæ: ita & in hac parte posse absurdos excessus obrepere, quos prohibuit Concil: Triden: sessione 22 Capite de observandis in Celebratione Missæ, ubi sic inquit Ab Ecclesia vero musicas eas uti sive Organo sive Cantu lascivum aut impurum misceatur aliquid &c. prohibet Sancta Synodus, ubi notanda particula illa eas. per quam indicatur non prohiberi puras, sive organo: sive cantu fiant. Potest autem Cantus sive organis sive vocis esse indecens in Ecclesia, scilicet vel ratione materiæ, quia est res

Tridentina Synodus non prohibet cantum organicũ honestum, sed lasciuum,

Dupliciter cantus Organi sive vocis potest esse in Ecclesia indecens.

Ratione materiæ & Soni

quia est res prophana quæ Cantur (quod frequenter accidit apud quos dam stultos præsertim in festis natalicijs) vel ratione soni quia est lasciuus vel valde secularis. Ratione materiæ fere semper committitur peccatum mortale, quia est magna irreuerentia. Videntur hæc qui spiritualibus cantionibus prophanas admiscent, quæ pias aures offendunt.

Ratione materiæ semper peccatum mortale.

Ratione soni potest esse venialis culpa in minima materia etiam ex bona intentione & inadvertentia, si autem sonus sit ineptus ad excitandam deuotionem, sed potius sit accommodatus ad excitanda alia phantasmata, & motus indignos illo loco & officio. Sit ingressum Cantor talis qui moraliter loquendo non possit ignorari nec excusari, peccatum mortale inferet. Vide Caietanum 2da 2dæ Quæst 91. Sicar: libro 4 de Horis Canonicis Cap 14.

Q. cantant aliagras Cantiones diebus festis in Missa, Organo vel voce quæ cantandi est offertorium &c

Petes Quid dicendum est de illis qui diebus festis aliquid Cantant siue voce siue Organo extra officium, præsertim lingua vulgari verbi gratia aliquam Cantionem polonicam vel quid simile; hoc quando Cantandum esset Offertorium, hoc enim aliqui improbant vt Eck dicunt in 4. Dist. met: 15 Quæst 1ª Artic: 5 vbi specialiter loquitur contra eos qui volunt Muteta in die festo, quia Cantus (ait) non debet esse tragediens Cap Cantantes 92 D. nec audientes ad lasciuiam potius quam ad deuotionem prouocantur, quod est contra finem orationis. Verum tamen hæc ratio habet locum tantum quando cantus vel lasciuus esse videtur omnino prophanus. Huius modi solent esse theatrales moduli & Cantica, de quibus loquitur dictum Cap cantantes.

Respondeo igitur cum Sumrio libro 4 de Horis Canonicis Cap 13 id licere si aliqui quæ cantantur ob deuotionem præsint: & cantus sit grauis, & modo ea quæ Cantantur non formaliter ut sic dicam & per modum partis officij diuini, sed concomitanter & quasi adiacenter ad maiorem festiuitatem diei vel temporis cantentur. Et sic solet in aliquibus festis & Ecclesijs inter Psalmos aliquid extra Officium cantari ad organum vel aliud instrumentum musicum. Dixi non formaliter & per modum partis hoc est cantando illud tanquam proprie pertinens ad dictum officium Dixi sed concomitanter, id est recitante Sacerdote illud quod pertinet ad præfatum Officium: siue illud sit offertorium siue cõmune: Nam in tali casu & officium integrum & ad partes ipsius ex quibus componitur: Quia ut suppono recitat illa sacerdos & populus audit, quia per talem cantum non interrumpitur oratio publica populi vocalis. Petes 2do

Quis modus seruandus est in cantu diuini Officij

Quis modus seruandus est in cantu diuini Officij. Respondeo ille circa quem mentionem facit D. Augustinus libro 10 Confessionum Cap 13 Voluptates inquit furtiuæ tentatius me implicarunt & subiugauerant, sed reposuisti me nunc scilicet dne in fontis quos animant eloquia tua cum suaui & tripudiosa voce cantandi. Et infra cum Athanasij Episcopi Alexandrini morem commemorat, qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem Psalmi vt pronunciantis

vicinior est

Vitimer esset quam canenti subdit. Verum tamen cum reminiscor ad lachrimas meas quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ in primordijs recuperatæ fidei meæ: & tunc ipse commoueor non cantu, sed rebus quæ cum liquida voce & conuenientissima modulatione cantantur, magis Effectus Cantus deuoti
quam instituti huius utilitatem rursus agnosco. Præterea Cantus noster sit talis ut tristitiam vitæ tollat: fratres mentes faciat fastidio soluptatis: inertes excitet: peccatores ad lamenta prouocet: Mentem ad ardentem cupiditatem eius quod Cantus eleuat: sopiat insurgentes ex Carnis affectiones: cogitationes malas expellat: irriget animam: animum supremis rebus copulet. Sitque ut Nazianzeni verbis concludam (oratione 40.) cantus noster præsidium castis gloriæ & Thymodiæ. Vide Navari comentarium de Feriis Canonicis Cap. 16. Finis Superstitionis in Cultu veri Dei.
Hæc de Superstitione prout distinguitur ab Idololatria. Restat ut ad Idololatriam explicandam transeamus.

Meminisse oportet eius quod in quæstione 6ta dixímus, duplicem a Doctoribus distingui Superstitionem. Vnam in cultu veri Dei Alteram in cultu falsi Dei vel Deorum. De priori egimus hucusque. Nunc agendum est de posteriori. Sicut autem illa prior vocabulum commune nomen habuit Nimij & indebiti cultus Dei: Sic hæc apud Doctores habet pro suum nomen quod est Idololatria Superstitio.

Quæritur VII.

Quid sit Idololatria et quantum peccatum

Notandum est Primo Idololatriæ nomine significari omnem Cultum falsorum Deorum & Dæmonum, Solis, Lunæ, Syderum, mortuorum hominum & similium: Etsi enim neque Dæmones: neque Sol neque Luna proprie sint Idola (quia Idolum ut ita primariam significationem habet imaginem seu imagines significat quæ numen inane & vanum repræsentet atque adeo sit deputata ad indebitum Cultum tali numini tribuendum vt colligitur ex Cap. 13 & 14 lib. Sapientiæ tamen agentibus plerumque superius enumerata, hoc est Dæmones, Sol, luna &c. non nisi in Idolis colebatur, ac proinde omnis cultus falsorum Deorum appellatus est Idololatria. Idololatria significat omnem cultu falsorum Deorum
Per hæc quæ dixi excluduntur oratione Idoli imagines Christi, sanctorumque eius, quia ut dixi Idolum est in manis & vana effigies, scilicet rei falsæ simulachrum. Vnde Eustachius ait Homerum procedem accepisse εἴδωλον ἔχυρ καὶ ψεῦδος, id est Idolum umbram & somnium. Imo apud Homerum εἴδωλον est quædam umbra inter cæteras, quia Quid sit Idolum

est umb:

Imagines Christi & sanctorum non sunt Idola

est vmbra rei quæ non est, ut eius quæ videtur in somno vel hominis defuncti. Sic ψυχὰς καὶ εἴδωλα apud Homerum sunt defunctorum vmbræ. Imagines autem Christi domini Angelorum & Sanctorum sunt imagines rerum verarum non vmbrarum. Deinde dicit Idolum esse imaginem ad cultum indebitum alicui tribuendum destinatam, indebitum inquam hoc est talem qui excedat capacitatem eius naturæ cui tribuitur, vnde cultus qui talibus imaginibus modo prædicto exhibetur scilicet vltra capacitatem rerum quas repræsentat Idololatria appellatur. At vero Ecclesia sancta Catholica non tribuit cultum imaginibus sanctorum, aut christi domini talem qui excedat capacitatem Sanctorum aut Christi dni. Quia Ecclesia statuit imagines non ut eis cultus latriæ exhibeatur, sed ad quandam significationem, ut per huius modi imagines mentibus hominum imprimatur conformatur fides de excellentia Sanctorum.

Quare imagines sunt in Ecclesia Catholica

In imagine autem christi domini duo possumus considerare. Primum est rem ipsam imaginis seu materiale imaginis puta lignum, telam papirum & similia Secundo possumus illam considerare inquantum est imago christi domini, siue illa sit lignea siue ex alia materia facta, & sub hac consideratione motus adorationis in imaginem, est motus adorationis non in imaginem sed in ipsum Christum quem imago illa repræsentat. Ac proinde non est mirum si imaginem christi hoc posteriori modo adoramus non ut est ipsa materialis vel talis, sed ut per illam Christus repræsentatur. Et ita intelligendum est quod scripsit Lactancius in Carmine de Passione domini

In imagine Christi dni duo consideranda

Flecte genu lignumque Crucis venerabiliter adora.

Vide Diuum Thomam 3ª parte Quæst: 25 articulo 3. Franciscum Soarem Tomo 1º de incarnatione Disput: 54 sectio: 1 Bellarminum lib 2º de Reliquijs sanctorum Cap 5 &.

Nomen Idololatriæ dupliciter accipitur.

Nota Secundo. Nomen Idololatriæ duplicit er accipi Primo speciatim & proprie pro cultu quo creatura colitur loco Dei, De qua Sanctus Paulus ad Rom 1º dicit Mutauerunt gloriam in corruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis.

Idolatria in omni peccato.

Secundo generatim & metaphorice pro omni peccato quo quis mortifere in rem creatam, sic Apostolus ad Ephes: 5 Auaritiam vocat idololatriam, Et ad Philipen 3 Quorum Deus venter est. Et D Prov: in Caput 2 Amos explicans illud Super tribus sceleribus Iudæ ait Auarus Aurum, Gulosus ventrem Libidinosus Deel fegor colit, Lasciua mulier quæ Cum sit in delicijs mortua est adorat venereas voluptates.

Rabo vero.

Ratio vero cur talia peccata quibus quis in heret creaturis appellantur Idololatria, quia id propter quod homo recedit a Deo ut eis adhereat censetur plures facere quam Deum, ac proinde illud habere loco Dei, ita est illi instar Idoli.

Verum hoc loco accipimus Idololatriam proprie, id est priori modo. Committitur autem Idolatria sic accepta non solum sacrificio quod per se soli Deo debetur, sed etiam quovis alio signo honoris seu Cultus quo Creaturæ excellentiam aliquam Divinam tribuimus, dum illinos tanquam Deo subjicimus. Unde si quis aperiat caput ad statuam Minervæ tanquam ad Numen Boni & Sapientiæ in hymno celebret: si per illam iuret: si genuflectat: pugno percutiat corpus: humi se prosternat, dicetur Idololatra.

Idololatria propria quo modo committitur.

Vbi aduerte Tertio Sicut in cultu religionis, ita in cultu Idololatriæ concurrere tres Actus. Primus est opinio seu existimatio Divinitatis vel perfectionis Deo propriæ. Secundus affectus reverentiæ quo qui se vult illi tanquam Numini submittere. Tertius externus signum quo interior significatio seu submissio significetur, quod signum quale sit non refert. Nam omnia externa signa honoris præter Sacrificium communia sunt Deo & creaturis, sed ex intentione utentis illis determinantur ad excellentiam Divinam vel creatam significandam, vt supra diximus cum agaremus de cultu debito exprimo Decalogi præcepto.

In cultu Idololatriæ concurrunt tres Actus.

Hinc patet peccatum Idololatriæ genere suo grauissimum esse quia honorem Divinum & diuinitatem ipsam quantum in se est transfert ad creaturam. Vnde est crimen lesæ magestatis Divinæ, & sicut solet esse crimen lesæ magestatis humanæ, quando aliquis alium quam legitimum principem pro Rege cognoscit & habet eique honorem Regi debitum defert.

Peccatum Idololatriæ genere suo est grauissimum.

Sed Dubitabis Primo Circa actus tres numeratos qui concurrunt ad Idolatriam, scilicet Opinionem intellectus, affectum voluntatis, & exhibitionem signi externi. Dubitabis inquam quomodo adoratio Divina secundum hos tres actus possit tribui Idolo seu falso Deo, nam circa existimationem intellectus videtur hoc non posse accidere. Cum sit per se euidens Idolum manibus factum non habere vitam, neque excellentiam vllam, præter figuræ pulchritudinem quam ab artifice habet. Respondeo Post Originale peccatum ita fuit corrupta natura nostra, vt in summam cecitatem vsque ad veri Dei ignorantiam perueneriit, qua ignoratione existente facile fuit in opinionem inanium & plurium Deorum deuenire. Quam opinionem in triplicem Theologiam Ethnicorum, iuxta D. Augus. lib 6 De Ciuitate Cap 5 Et Eusebium lib 1 2 & 3, de præparatione Euangelica communiter distinguunt. Scilicet in Theologiam Physicam, Ciuilem, & Fabulosam. Ad primum membrum scilicet ad Physicam Ethnicorum pertinent Theopiniones quas habebant Philosophi

Dubium Primum

Quomodo adoratio Diuina tribuitur Idolo.

Corruptio naturæ post originale peccatum.

Triplex Theologia Ethnicorum, deinventione Deorum.

bant Philosophi considerantes mundum cum eius partibus, vt explicat D. Thomas 2. 2. ae 94. Artic: 1° Quidam enim existimabant totum mundum esse vnum Deum, non propter corporalem substantiam: sed propter animam quam Deum esse credebant, dicentes Deum nihil esse quam animam motu & ratione mundum gubernantem. Sicut & homo dicitur sapiens propter animam, non propter corpus. Vnde putabant tolli mundo & omnibus partibus eius cultum diuinitatis exhibendum Cælo, Aere, Aquâ, & similibus. Et ad hæc referebant nomina & imagines horum Deorum sicut Varo dicebat, & narat D. Augustinus libro 7° De Ciuitate Dei Cap 5, 6, qui locus hæc prosequitur Cap 16 & sequentibus.

Ratio quare Ethnici Cultu diuinum exhibebant Elementis

Fortasse autem alij vnus quisque secundum opinionem suam (nam verisimile est vnumquemque Philosophum secundum suam sententiam plures vel pauciores coluisse Deos, etiam si illos populis non proponerent publici ritu colendos, vt libro 6 de Ciuitate Dei August: indicat) non vnum supremum Deum, sed varia Numina, seu varios animos vt ipsi putabant inferiores Deos animam mundi in singulis partibus ponebant. Putabant vnum Deum in Sole, tanquam animam solis, alterum Deum in luna, tanquam animam lunæ, & sic in similibus. Sic enim dictum intelligendum quod Sapiens: 13 dicitur, Fos Philosophos aut ignem: aut Spiritum: aut Citatum Aerem: aut gyrum stellarum: aut nimiam aquam: aut solem aut lunam rectores orbis terrarum Deos putasse. Non declaratur autem in lib Sapien: an dicti Philosophi coluerint hæc sensibilia Deos propter seipsa, quatenus sunt talia, vel propter eorum animos quos putabant esse numina quædam his corporibus coniuncta. Verum tamen ex ipsorum Philosophorum dictis, & ex D. Augustino ac D. Thomâ sententijs hoc posterius eos opinatos fuisse colligitur, estque per se verisimilius, quia non est credibile homines non solum ratione vtentes, sed etiam aliquos modo sapientes sibi persuasisse corpora animata esse habere diuinitatem aliquam, aut esse per se digna supremo cultu.

Inferiores Dij

Vnus supremus Deus Causa omnium

Fuerunt et alij scilicet platonici ad hanc Theologiam Physicam pertinentes, qui ponebant vnum supremum esse Deum Causam omnium; post quam ponebant esse substantias quasdam spirituales a sumo Deo creatas, quas nominabant Deos participantes scilicet diuinitatem supremi Dei. Post hos ponebant animas cælestium corporum & supra Dæmones, quos dicebant esse aerea quædam animalia, & supra animas hominum quas per virtutis meritum ad Deorum vel Dæmonum societatem assumi credebant, & his omnibus Cultum Diuinitatis exhibebant. D. August: narat 8 De Ciuita: Dei Cap 14.

Quomodo Philosophi diuinitatis excellentiam tribuebant Creaturis

Petes Quomodo hi Philosophi poterant enumeratis creaturis Diuinitatis excellentiam tribuere, si credebant esse vnum supremum Deum, causam omnium, etiam illarum creaturarum, quibus talem diuinitatem prædicti Philosophi adscribebant.

respond:

Ethnici credebant esse vnum supremum Deum tamen non in omnibus

Respondeo Licet confiterentur vnum sūmum Deum, fortasse tamen non in omnibus perfectionibus suis, sūmum & vnicum illum existimarunt, quia licet crederent ceteros Deos esse inferiores. Imperfectione nihilominus non credebant pendere a sūmo Deo in omni operatione & efficatione sua, sed habere suprēmam perfectionem & efficatiam suam in aliquo genere. ideoque illos etiam esse colendos ab hominibus tanquam Deos.

perfectionibus

Ethnicorum existimatio de inferioribus Dijs.

Addo preterea gentiles quoniam cultum Deorum referebant ad propriam vtilitatem, potuisse existimare inferiores Deos non minus sibi posse esse vel beneficos, vel maleficos quam sūmum Deum maxime, si circa Diuinam prouidentiam errabat, & huius modi inferioribus intelligentijs. atribuebant. Atque ita fieri potuit, vt eos adorandos crediderit vt Deos, id est supremo cultu soli Deo debito.

2da

Theologia Ciuilis ad quam pertinebat imagines & Simulachra Dæmonum.

Secunda Theologia Ethnicorum circa Deorum seu Idolorum Cultum Ciuilis vocata est, quia vetuti cōmuni Ciuium Vsu & consensu introducta erat, & penes quam populi in cultu plurium Deorum frequentius illa utebantur. Ad hanc Theologiam pertinebant imagines, seu Symulachra quæ Dæmonibus ponebantur & sacra dabantur, Quidam enim per quandam nefariam artem inquit D Thomas 2da 2dæ q. 94 Art 1° imagines quosdam construebant, quā virtute Dæmonum aliquos certos effectus habebant, vnde putabant inipsis imaginibus esse aliquid diuinitatis, & per consequens quod Diuinus cultus eis deberetur. Quam opinionem D Augustinus lib 8 de Ciuit: Dei Cap 23. Hermeti Trismegisto tribuere videtur, dum ait. Ille alios Deos dicit a sūmo Deo factos, alios ab hominibus. Priores pertinent ad Physicam Teologiam, posteriores ad Ciuilem nam posteriores Dij erant opera manuum hominum, hoc est Dij per homines constituti. Hoc enim est quod ait Horatius libro 1° Sermonum Satira 8ª

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cum faber incertus scamnum, faceret ne Priapum:
Maluit esse Deum:

Triginta milia Deorum

Et Eusebius libro 5° præparationis Euangelicæ Cap 15° Triginta inquit Deorum Milia in terra esse censet Hesiodus, ego autem multo plures lapideos atque ligneos hominum creatores esse video. Et D Augustinus libro tercio de Doctrina Christiana Cap 7° Fatcor inquit alcius demersos esse: qui opera hominum Deos putant, quam qui opera Dei. Sed et hi videbantur habere suas rationes adorandi talia Primo quidem quia ope ra Diaboli trunci illi, seu illi lapides mouebantur: loquebantur: & futura prædicabat

Ratio Quare Ethnici adorabant imagines seu simulachra,

seu potius Diabo-

Diabolus in illis loquebatur Futura prædicabat vt patet ex Cap 21 Ezechielis, Et Cap 10 Zacharie. Et ex libro 1° Valerij Maximi Cap vltimo. Secundo quia illi truncique lapides fuerunt humana forma præditi ut plurimum; Et qui vidit sua membra vivere debet sibi simile: præsertim si a sapientibus affirmari audiunt. Infelices tamen fuerunt inquit Sapiens Cap 13 Et intermortuos spes illorum est, quia appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem: & similitudines animalium. O vere infelices quia ut David ait Psalmo 95 Omnes Dij gentium Dæmonia, quæ in statuis & idolis se transmutabant, ut ab hominibus decepti colerentur Et ideo agebat D Paulus 1° ad Corinthios Cap 10 Quæ immolant gentes Dæmonibus immolant.

3ta Theologia fabulosa ad quam pertinebat adoratio hominum mortuorum,

Tertia denique Theologia Gentium a Varone & à Sancto Thoma fabularis seu fabulosa appellata est. refert eam D Augustinus libro 6° De Civitate Dei Cap 5 & 6 Ad eam autem spectabat adoratio quorumdam hominum mortuorum, quos gentes ut Deos colebant, ex falsa deceptione & traditione, & quam tres priores Theologiæ non minus falsæ essent quam hæc tercia, nihilominus hæc ultima per Antonomasiam seu excessum fabulosa dicta est, quia nec ratione nationibus: nec præstigijs Dæmonum, sed vanis hominum inventionibus, & poetarum figmentis fuit introducta, sic affirmabant quosdam homines Deos fuisse de quibus innumeras fabulas confinxerunt, & quod mirabilius est cum innumeris scelera & turpissima flagicia, puta furta homicidia præposteram libidinem de illis narrarent credererent, nihilominus eos Deos esse existimabant, ut tales illos colebant, magno sane Dæmonis & miro artificio, ut homines dum talia faciunt putent se Deos imitari.

Cecitas Ethnicorum

Dices vix potest explicari quid dimittatis gentiles in talibus hominibus viderent quæ viderant tot enormibus sceleribus graves Respondeo Videntur illi gentiles cogitasse, divinitatem esse aliquam excelentiam quæ cum hominibus comparari potest non solum virtute sed etiam in diversa potencia vel alio simili modo, etiam si cum vicijs connecta sit. Et maxime videntur homines gentiles existimasse tales homines post mortem posse esse sibi noxios, vel utiles ad obtinendas sibi in hac vita res necessarias: Et ea ratione eos coluisse ut noxia averterent, & utilia conferent.

Ratio Quare colebant Ethnici, homines post mortem etiam scelratissimos,

Ex his ergo explicata manet hæc prima Dubitatio. Propter quam nihilominus

Dubium Secundū An q simulato animo committit idolatriam ut mortis periculū evadat, mortaliter peccet

Dubitabis 2do an ille qui ficto et simulato animo idolo cultum Divinum tribuit, ut probabilis mortis periculum evadat mortaliter peccet Ratio Duby videtur esse, quia ut in superiori dificultate videmus adveram idololatriam requiritur existimatio Divinitatis, & affectus Colendi Deum falsum, sed hæc duo in hoc Casu non intercedunt Ergo talis non peccat saltim mortaliter. Quomodo autem potest actio exterioris adorationis ad peccatum sufficere si voluntas desit, cum ratio peccati in voluntate sit. Item Idololatria quæ sit fine

illis duobus

illis duobus actibus scilicet existimatione diuinitatis, & affectu erga illam creaturam uterga Deum: non est vera sed ficta Idololatria: Sicut non est verus cultus Dei si quis exterius tantum colat Deum sine existimatione Diuinitatis de Deo & affectu erga Deum: Ergo etiam non est verum peccatum sed apparens tantum. Confirmatur quia alias esset Idololatra Tragedus qui in Theatro exhibet Diuinum honorem alteri representanti personam Jouis: quod constat esse falsum quia est contra consuetudinem virorum prorum & doctorum. Sequela vero patet quia ibi exhibetur ratione externa cultus absque voluntate Et ita existimasse aliquos Philosophos & fecisse ut populo condescenderent, testis est D. Aurgust: lib de vera religione Cap 5 & lib 6 Decui: Dei Cap 10 tales dicitur fuisse Seneca Cicero & Platonici Et idem fecuti sunt antiqui Heretici ut testatur D Thomas 2da 2dæ Quæst: 94 Articul 2.

Confirmatio propositionis

Nihilominus dicendum est talem hominem qui metu mortis sine vlla existimatione Diuinitatis affectu erga Idolum. Addo etiam eumodo Idoli: & e contrario cum affectu ad verum Deum referendo scilicet interius. Ratio est prima quia iste pugnat cum scriptura quæ dicit ad Roman: 10 Corde creditur ad iustitiam, Ore autem fit confessio ad salutem. In quibus verbis ostenditur non solum fidem ipsam: sed etiam fidei confessionem esse de necessitate salutis. Illa autem Idololatria externa licet ficta, est contra fidei confessionem, Vnde est confessio alterius Dei, & consequenter continet negationem veri Dei, Nam sicut duo Dij simulesse non possent ita duæ confessiones Deorum diuersorum simul esse non possunt, ac proinde vna tollit aliam. Recte autem hæc accomodari potest quod D. Aurgustinus libro 10 de Ciuitate Dei Cap 19 Et ex eo D Thomas 2da 2dæ Quæst 94 addecit. Exteriora inquit Sacrificia (deramus nos cultus exterior) ita sunt signa interiorum sicut verba sonantia signa sunt rerum: quorum significamus offerimus ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse nouerimus quam ei cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Vnde idem D. Aurgustinus in 5 de Ciuit: Cap 10 Contra senecam dicentem Sic adorabimus ut meminerimus huiusmodi cultum magis ad morem quam ad rem pertinere quod eo damnabilius colebat Idola, quod illa quæ mendaciter agebat se ageret ut eum populus veraciter agere existimaret. In quibus verbis notanda sunt tria particula.

Pugnat contra scripturam qui simulato animo committit Idololatriam

Idololatria ficta est contra fidei confessionem.

Exterior Actus est signum interioris voluntatis

Simulatio Senecæ in adoratione Deorum

Prima Damnabilius, per quam minuitur grauius fuisse peccatum senece quam communis populi decretum statuam grauioris scandali quod ex actu talis personæ sequebatur.

Peccatum Senecæ triplici de Causa grauissimum.

Secunda est particula, Mendaciter agebat, per quam infinuata adorantem se ficte committere pernicioſum mendatium contra Dei honorem: quia mentitur quod alter sit Deus

quam verus &

quam verus & sincerus. Nam cum interior cultus sit signum interis cultus: Sicut est pro-
cioſum mendatium si quis verbis asserat contrarium eius quod per veram fidem tenet mens
ita etiam est perniciosa falsitas si quis exteriorem cultum exhibeat alteri contra id quod
net in mente

Tertia est particula in illis verbis D. Aug: Vt eam plus veraciter agere existimaret peccare
indicatur grauissimum scandalum. Et ideo Eleasarus sanctissime respondit 2 Machab: 6
permittit se pocius velle in sepulchrum, quam tale peccatum committere. Non enim ingrit dig-
num est etati nostre fingere, vt multi adolescentum arbitrentur Eleasarum 90 annorum tra-
ad vitam alienigenorum, ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibi-
vite tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem mee senectuti conquirant.
Est enim sine ulla dubitatione grauissimum hoc peccatum, & diuino honori & religioni val-
de contrarium. Vnde Christus dominus Matth: 10 agebat Omnis qui confitebitur me co-
qui autem negauerit me negabo & ego eum.

Exemplum Eleazari pulcherimum

Ad rationes vero produbitatione allatas respondeo. Ad primam dico hoc
catum non committi sine voluntate, quia illa exterior actio qua cultus voluntarie exhibet
licet fiat sine intentione honorandi quod explicat pulchre D. Thomas 1ª 2dæ Quæst: 6 Art 8
huiusmodi inquit que permetum aguntur mixta sunt, ex voluntario & inuoluntario, id enim
quod per metum agitur inse consideratum non est voluntarium, sed fit voluntarium meto
scilicet ad vitandum malum quod timetur: sed si quis recte consideret magis sunt huius mo-
di voluntaria quam in voluntaria, sunt enim voluntaria simpliciter, ni voluntaria autem se
cundum quid. Vnumquodque enim simpliciter esse dicitur secundum quod est in actu seu
rerum natura; secundum quod est autem in sola apprahensione non est simpliciter sed secundu
quid, id est in apprahensione: Hoc autem quod per metum agitur, secundum hoc est in actu
secundum quod fit: Cum enim actus in singularibus sint, singulare autem inquantum huius modi
est hic & nunc, secundum hoc id quod fit est in actu, secundum quod est hic & nunc, sub alijs
conditionibus individualibus, sic autem hoc quod fit per metum est voluntarium, in quant
scilicet est hic & nunc, prout scilicet in tali casu est impedimentum maioris mali quod timetur
Sicut proiectio Mercium in mare fit voluntaria tempore tempestatis propter metum periculi
voluntaria in quam simpliciter, quia actus proicitur merces, hoc autem est simpliciter actus
quod est quia in eis non fit voluntaria secundum quid, id est in apprahensione seu spectan-
do merces extra illum casum. Vnde manifestum est quod talis qui negat exterius sim pli

Quæ per metum agantur sunt voluntaria & inuoluta:

Declaratur Exemplo

citer volun:

citer voluntarie negat, sed quod illa negatio ab eo concipiatur, tanquam extra casum existes repugnans voluntati, hoc non est nisi secundum apprehensionem tantum, & ideo illa negatio est voluntaria secundum quid, id est prout consideratur extra casum existens.

Ad secundam rationem dico illud esse verum peccatum externa Idololatria licet desit actus interior propter cuius absentiam illa exterior actio dicitur ficta Idololatria, quia falsam significationem habet: non tamen est fictum peccatum, quia facies patet peccatum quum Idololatria. Nam ille actus exterior quocunque nomine appelletur, est actus seipso intrinsece malus, nam est mendacium perniciosum, Deo iniuriosum, & hominibus valde scandalosum. Ergo quocunque respectu amoris vel timoris humani eo[rum] missa, malum est & religioni contrarium. Externa Idololatria sine interiori actu incurit peccatum mortale.

Ad tertiam negatur sequela, quia tragedus etiam exterius non serio exhibet honore[m] sed solum representat qualiter exhiberi solet. In hac autem adoratione externa serio exteriori honor exhibetur, quia non ostenditur tantum coram spectatoribus quomodo agentibus Jupiter honoretur, sed serio quamvis tantum exterius Jupiter honoratur, ad postulationem seu ad impulsionem Idolum, qui talem honorem exigunt. Tragedus an est Idololatra

Contra dicta Obicies illud quod habetur 4 Regum 5 de Naaman Huc enim cum postulasset a se libi culpa imputaretur corporis in Curuatio in templo Remnon audiuit ab Eliseo vade in pace. Verba sunt scripturæ versu 18 Dixitque Naaman De non faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam Dys alienis, sed domino, hoc autem solum est de quo deprecaueris dominum proseruetur, quando ingredietur dominus meus in templum Remnon ut adoret, & illo innitente super manum meam si adoraverò in templo Remnon adorante in eodem loco: ut ignoscat mihi dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei vade in pace. Obiectio de Naaman.

Hæc res tangit quandam generaliorem dificultatem Vtrum possumus operam nostram Idolatris nauare in illis rebus quibus ad suas supersticiones abutuntur certo nouerimus.

Huic Quæstioni ut respondeamus opus est distinctione ex Sancto Thom: 2da 2dæ Quæst 169 Artic: 2 ad 4m Caietano ibidem, Maiore in 4 distinct: 15 Quæst 5 Parag § Aiunt enim res inquibus Idololatris operam nostram nauamus per se & intrinsece ab superstitiosos eorum ritibus & ceremonias spectent. Aut sunt res mediæ & indeferentes si primi generis sunt Christiani illis non possunt absque peccato vbi Et ita nullus potest fabricare Idola vel aliud ad Cultum Idololatriæ intrinsece pertinentia. Non potest item vendere aliquid paganis Possunt ne Christiani aliquid vendere Paganis

mis ad eum finem ut extruantur, reficiantur fulciantur aut muniantur Idolorum fan
aut Saracenorum delubra, quoniam hæc impio cultui & superstitioni deserviunt. Nec
ad Synagogas Iudæorum ædificandas potest quidquam Christianus vendere, eo quod
se & natura sua tales Synagogæ ad Iudaicos ritus & cæremonias dirigantur.

Veteres Synagogas Eccle
sia permittit reparari sed
non a Christianis

Et quamuis veteres Synagogas Iudæorum Ecclesia reparari permittit capite Iudæi de
te consuluit de Iudæis, Et lege ultima Cap de Iudeis. Non ideo tamen deducitur fas
Christianis vendere Iudæis ligna Cementum & lapides quibus reparentur, nam ea vendendo
in eos usu & ad eum finem intrinsece seu natura sua malum est. Ecclesia autem ea condicio
Synagogas Iudæis reparari concedit ut ipsi per se ædificent ea, & possunt non autem opo
aut ministerio Christianorum. Ergo sive vendendo sive laborando aut qualibet ratione

uando
tiem in veteribus Synagogis restaurandis tum in novis exigendis
delinquunt Christiani quoniam si res quæ venduntur puta ligna Cementum & similia sunt
natura indiferentes seu mediæ vendi tamen a christianis non possunt eo fine; quia esset
reus & impius ut patet; non licet autem christiano cooperari ad finem nefarium & impium

Res quæ licent Iudæis
vendere

At vero si res quas Idolatris præstamus & ipse sint indiferentes, & præstemus eas ad fine
indiferentem, hoc est neque res sint intrinsece malæ, neque ad finem intrinsece malum exhi
betur, poterimus sine damno conscientiæ talibus rebus uti aut eas paganos: sive pervendendo
alio modo. Poterimus inquam & si pernoscamus talibus rebus male usuros paganos, mod
a nobis non postulentur ad finem intrinsece malum, aliud est enim commodare alicui in
re quam ipse a nobis petit ad finem intrinsece malum, aliud est commodare eidem in re qu
ex se & ex ipsius postulatione saltim expressa vel apparenti, non dirigitur ad finem ma
lum, quamvis pernoscam eum talem rem directurum in finem malum. Quod enim dir
vel directurus sit, ipsius vitio non meo culpa qui vendo vel comodo tribuendum est.

Exemplum

Nec lex charitatis christianum hominem ad eo adstringit, ut abstinere debeat a be
ditione talium! quæ occasio gravis peccati proximo, tum quia pagani homines
ex depravato voluntatis studio & affectu delinquent. Unde non præbetur illis occa
malitiæ seu peccati quod ravi habent in affectu: Tum etiam quia Christianus res
simpliciter venales exponit, nec tanto cum rerum suarum detrimento conscientiam pa
ni consulere debet, timendo scilicet ne forte ille res venditas ad malum finem & u
convertat. Rem totam exemplo illustrabo Possunt aliqui homines bene & male uti
ejus, Sagittis, veneno, Et similibus quibus vita nostra sustentatur, puta pecoribus, pa
bus & similibus quas ego venales exposui Profecto ego non teneor cum grani

in eo modo

in comodo talia non vendere, aut examinare an ad bonum vel ad malum finem eas emere velis, satis enim est quod res ipse esse sint indiferentes, hoc est ex usu cõmuni non magis ad ad malum quam ad bonum applicate.

Dixi vendere quia aliud est vendere aliud ad infideles deferre, hoc enim posterius sicut deferre prohibetur in Bula Cenã Excomun: 7 Et in Cano: 7° Apostolorum statuitur, vel si quis Christianus Clerum ad sacra Gentilium: aut ad Iudaeorum Synagogas deduxerit: aut lucernas accenderit acõmunione excludatur. Idem habetur in 6 Synodo Cap 85 quia hoc est directe cooperari ad actus infidelitatis. Vide D. Thom: 2da 2dæ Quæst: 169 Artic: 2 ad 4tum ubi addit hæc verba, Si tamen alicuius artis res sine ut in plurimis aliqui male utentur! quamuis ipse non sint illicitæ, sunt tamen per officium Principis a Ciuitate extirpande, secundum do Cumenta Platonis. Vide item Azor tom 8 moralium institutionum Cap 24 Quæst: 14 ubi dicit non esse indelubris res indiferentes vendere pagano, prænoscendo paganum illis male usurum, & vendere eidem prænoscendo paganum illis alteri Christiano nocumentum allaturum, quoniam in hoc posteriori non solum pagani conscientia maculatur; quam nos ut dixi supra, non debemus cum tanto nostro in comodo a macula preservare verum etiam innocentis Christiani vita vel bonum petitur quod nos existimare debemus, vel saltem ex Charitate.

Deferre aliquid ad infideles prohibetur.

Iam ad casum initio propositum respondeo. Illud postulatum Naaman non continebat rem intrinsece malam, sed indiferentem seu mediam, propterea potuit illi concedi & de facto concessum id quod postulabat illis verbis Vade in pace, quasi diceret de hac re nullam habeas conscientiam. Quod res illa fuerit indiferens ostendo illud enim si adoravero quod ponitur in verbis Naaman, non significat adorationem seu cultum divinum, sed tantum corporis quandam inclinationem, & genuflexionem non ad eum finem dedicatum ut Idolo honorem exhiberet (hoc enim excipit Naaman per illa verba, servus tuus non faciet ultra holocaustum aut victimam Dijs alienis nisi domino) sed tantum ut domino genuflexus comode posit humero eius inniti quamuis dominus peccabat sed non ex Naaman, verum ex sua voluntate perversa genuflexionem illam fiam propter quam inire bat ut ordinando in cultum falsi Dei. Aliud est si ille Rex dominus Naaman genuflexionem illam seu inclinationem Naaman exigisset a Naaman sub hac ratione intrinseca ut Naaman sicut & ipse Rex adoraret Idolum, tunc enim consuluerus fuisset eum omnino quo in comodo talem dominum remittere, adduto etiam vitæ periculo, quam facere

Responsio ad obiectionem de Naaman.

rem esse illici-

esse illicitam. Sed sicut aliud est inniti humero quem subicere inixo de se non est malum aliud se inixum genu flectere in honorem rem non, quod de se est malum. Sic adum Naaman subiecit humerum genu flectenti: propter quam subiectionem necessario debuit flectere eham Naaman, Naaman fecit rem de se non malam, quamuis Rex flectendo fecit rem malam id est comisit Idololatriam.

Adorauero non significat cultum Dei sed tantum incurvare

Quod vero illud adorauero significet tantum corporis incurvationem non Cultum Dei patet ex verbo ipso adoranti quod de se est comune vt patet ex Hebreo Sacach, quod proprie significat incurvare, aut humiliare se. Et ex verbo greco Προσκυνέω quod eandem fere habet significationem, nec est dissimilis quod latino cum etiam Plinius Cap 1° Animalia reges adorarent, id est genua eorum regibus submittere.

Dubium Tertium

Dubium tertium Quomodo nunc diximus Idololatriam esse grauissimum peccatum in hac materia religionis, Cum paulo ante Dubium primum diximus Blasphemiam esse mum & grauissimum ex genere suo, quia si fiat experfecta notitia & libertate, in credit odium Dei & blasphemiam vt docet D. Thomas 2da 2dæ quæst 94 Art 3 Vt si quis noscens Deum vellet alium facere Deum, eique honorem Diuinum tribuere, non posset id facere nisi quodammodo odisset verum Deum, & insinuari non esse Deum, quæ dicitur maxima Blasphemia. Itaque in alio genere blasphemiæ est grauissimum peccatum, & in alio genere Idololatria blasphemia quidem in hoc genere quod agnoscendo verum Deum illi contumeliam infert. Idololatria autem in hoc genere quod vero Deo subtrahit dominij singularitatem, & fidei opere impugnat.

Sine odio veri Dei non potest esse Idololatria

Dixi quodammodo odisset Deum verum, quia hoc peccatum de si fiat cum plena scientia non necessario in curdit odium directum Dei. Sicut qui alium Regem agnoscit, non esse necesse ut legitimum directe oderit, quia non vult hoc ut legitimum male sit, sed ut etiam alteri bene sit, indirecte tamen odium incurdit, quia ex intentione malum infert, per quod quantum in se est privatur Deus suo honore singulari

Hæresis maius est peccatum quam Idololatria

Sed etsi Idololatria ex suo genere sit tantum peccatum, tamen ex ratione dispositionis subiecti potest in plerisque Idololatris esse minus peccatum, quam sit Hæresis in Christianis quia illa potius ex ignorantia, quam ex malo affectu erga Deum Verum, aut veram religionem procedit. Hæresis vero in plerisque non ex ignorantia, sed ex malo affectu & contemptu Religionis & Ecclesiæ Dei Vide Diuum Aug: lib 21 de Ciui: Cap 21 Et chrisostomus

Homilia

Homilia 50 ad populum. Simili modo fieri potest ut Idololatria exterior sit maius peccatum, quam ea quæ ex infidelitate procedit. Vt si fidelis committat Idololatriam ex metu, aut ut placeat principi. Et si enim interius non agnoscat Idolum pro Deo, nec affectum reverentiæ illi deferat sicut facit infidelis, tamen externo actu tribuit ei Diuinitatem, vel saltem simulat se tribuere cum sciat Diuinitatem ei non competere, de quo posteriori iam supra expressum est esse grauissimum peccatum propter rationes ibi allatas.

Plus peccat per Idololatriam Christianus quam Ethnicus.

Ob eandem causam Homicidium Adulterium, periurium, in christianis potest esse maius peccatum quam Idololatria sit in Ethnicis quibusdam, quia ignorantia valde diminuit culpam, scientia autem in maiorem iniuriam Dei, & scandalum aliorum cedit. Vnde dominus Luce 12. ait Seruus qui cognouit voluntatem domini & non facit vapulabit multis, qui autem non cognouit fecit digna plagis vapulabit paucis.

Ignorantia diminuit culpam

Nihilominus simpliciter loquendo (vt reuertar ad id vnde fui exorsus) Idololatria exgenere suo est grauissimum peccatum propter causas iam allatas, tamen propter grandem extensionem quam habet ad alia peccata. Inprimis enim originem comuniter habet pessima scilicet infidelitatem. Præterea ipsa idololatria solet esse radix & origo viciorum fere omnium, atque partim monstria Dæmonum permittente Deo in vindictam grauissimę iniquitatis sue quæ committitur ab Idolatris (Deus enim quandoque peccata punit peccatis, permittendo scilicet peccata sequentia propter aliquod graue præcedens de quo habetur ad Romanos 1° 1) partim ex natura talis vicij quod ad alia inclinat, vel permodum occasionis vel dispositionis quam facit in homine, vel per modum finis, quia propter Idololatriam multa alia peccata comittuntur, quales fuerunt occisiones propriorum filiorum, mutilationes membrorum & similia de quibus vide libr Sapientiæ Cap 14.

Idololatriæ origo infidelitas

Peccata peccatis puniuntur a Deo.

Dubium Quartum

Cum hoc peccatum tantum sit, potest inquiri, an Princeps Christianus iure possit Paganos debellare, ea tantum de causa quod sint Idololatræ. Videntur enim partem affirmatiuam tenere Hyranus, & Apulensis Episcopus Alphonsus Castrus, Alcarus Pelagius vt refert Couruuias in regula peccatum parte 2. parag: 10 Nume: 5° quod probat ex Capite Si derebus 23 quæ 8 de exactoritate diuina Nam Deus iussit Israeli populos Chananeos aliasque gentes Idolorum cultrices expugnare occidere, delere aeperdere.

Dubium quartum

An possit Princeps Christianus iure paganos debellare.

Illy vero contra arbitrantur id fieri non posse, quoniam Pagani licet Idola colendo grauiter peccent:

ter peccent, Principibus tamen Christianis nostro iure subiecti sunt, huic sententiæ subscribit Joan: Ador lib 5 institutionum Cap 24 Quæst: 8 quæ etiam mihi magis arridet. Non enim si vnius Reipublicæ Ciuis delinquit alia respublica ius habet in eum inquirendi animadvertendi. Neque est eadem ratio de illis exemplis scripturæ quæ pro contraria sententia afferebantur, quia alia est potestas Diuina, alia humana iurisdictio, quia neque iussit Deus illos damnare debelare. Idcirco potest quilibet Princeps Christianus quos ius paganos sibi non subditos eo solum nomine & culpa quod Idola & Simulachra in anium Deorum venerentur & colunt pugnare. Caput autem illud Siderebus bene explicatur a Glosa ibidem, ipsum autem dicit est contra Hereticos quorum est alia ratio.

Inquisitoribus fidei licitum esse punire Judæos

Non tamen per hoc tollo iusticiam vindicatiuam quia potest aliquis Princeps allata sibi iniuria persequi vbi non est Superior qui ea persequatur. Hac ratione Gregorius 13 in quadam Bulla dedit facultatem inquisitoribus fidei punire Judæos qui blasphemant Christianam religionem. Idem etiam concessit Innocentius Papa in Concilio Laterane generali Cap 68 Non enim inquit Pontifex debemus dissimulare illius obtrectium qui nostra probra detulit. Item ex iuris natura quo ad illam partem qua iubet reddere vnicuique id quod suum est perrumpant vt si furta Adulteria latrocinia homicidia falsa testimonia incestus Stupra Sodomias aut perpetrent ipsi: aut liberam eis dent facultatem talia perpetrandi, aut quos iure nec ab iis malis coercere possunt ac debent, ne vlla pœna sulpicioque dimittant, his enim legibus naturæ violatis plane consequitur vtique centes multis damnis incommodis & malis afficiantur. Jura autem naturali innocentum mi as propulsare & possumus & debemus secundum consilium Sapientis Prouerb: Cap 24 Eripe eos qui ducuntur ad mortem & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses, si dixeris turei non suppetunt qui inspector est cordis ipse intelliget, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddet homini iuxta opera sua. Et Psal: 81 monet David Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

Exiure naturali tenetur quisque ad esse miseris

Dixi quæ ad illam partem qua iubet reddere cuique, quia non idem est dicendum si non seruatur naturæ quæ ad eam partem quæ præscribit Deo honorem tribuendum, per hæc enim quod Deo honor non tribuitur Debitus Deus nihil patitur intrinsece quo ad suam substantiam, sed tantum privatur eo quod deberet cedere in ipsius honorem, sineque inhilominus tam est fælix & beatus, si illud ipsum converteretur in honorem. Quando autem innocentes hoc modo opprimuntur, multa patiuntur, & sunt veræ miseri, nec est putandum omnes inter Ethnicos tam sceleratos, ut consentiant in furta rapinas & similia. Vnde quia talia noverint plerique quantum fieri potest auxilium expetunt saltim tacite. Et tenetur quilibet exiure naturali

Charitatis

Charitatis erga proximum ad esse miseris si comode potest, etiam si illi expresse id non expetat. Hinc tamen casu ita innocentes sint iurandi ut pretextu adulterij non grauius plectantur. Sunt & alij Casus in quibus Principes Christiani contra Paganos, quos enumerat Hazor loco citato, habent potestatem.

Quomodo iurandi sunt innocentes proximi.

Casus quidam in quibus licet Principibus Christianis persequi Idololatras.

Quando idololatras licet persequi.

1°

Primus est Quando præcludunt additum idoneis Euangelij ministris ad ecclesiasticis. Probatur quia cum habet Ecclesia ius prædicandi Euangelium ubique, debet etiam habere potestatem ius suum exequendi & removendi impedimenta. Et cum hæc iurisdictio pertineat ad Principem, ad ipsum etiam pertinebit ex officio talis defensio, quam tamen poterit alteri Principi demandare: quemadmodum poterit hanc defensionem innocentium ex charitate quilibet Princeps suscipere.

2°

Secundus casus est In illis qui impediunt eos qui se ad christum convertendi desiderio tenentur, aut Christi Euangelium audire cupiunt, student aut annunciandæ sibi & alijs curant.

3°

Tertius Casus est In illis qui ad Christi conuersos infestant opprimunt vexant, aut ei metu, minis, mendacijs, fraudibus ad Simulachra Deorum Venerandæ, aut Thus eis adolendum, ad legem naturæ pervertendam ad Susceptam Christi fidem deserendam impellunt. Non tamen si Exemplo, verbis, Monitis precibus muneribus ad ideos alliciant & inituri. Ut notauit Hazor. Et probatur ex Prima 2dæ D Thomæ Quæst 5ª Art: 7 Vbi dicit in corpore.

Nota

Concupiscentia non causat in voluntariatem,

Concupiscentia non causat in voluntarium, sed magis facit aliquid voluntarium. Dicitur enim aliquid voluntarium ex eo quod voluntas in id fertur. Per concupiscentiam autem voluntas inclinatur ad volendum id quod concupiscit: Ideo Concupiscentia magis facit ad hoc quod aliquid sit voluntarium, quam quod sit in voluntarium. Vnde magis se habet timor ad Causandum in voluntarium quam concupiscentia, quia timor est de malo quod secundum se contrariatur voluntati. Concupiscentia autem respicit bonum quod secundum se est consonum voluntati. Vnde autem timidus agit contra id quod etiam nunc secundum se vult, in continens autem id est qui concupiscit, non quia meo non manet prior voluntas qua repudiabat illud quod concupiscit, sed mutatur ad volendum id quod prius concupiscebat, Ideo quod per metum agitur est quodam modo involuntarium, sed quod per concupiscentiam agitur nullo modo.

Effectus concupiscentiæ

Est quod per metum agitur quodammodo involuntarium

Dices Philosophus in 6° Ethicorum Cap 5° dicit quod delectatio seu concupiscentia delectationis

Argumentum contrarium

tia delectationis corrumpit prudentiæ æstimationem Ergo concupiscentia causat in voluntate
Probatur quia si non est æstimatio prudentiæ inducitur stultitia, stultitia autem causat in
luntarium.

Nihil est voluntarium neque involuntarium quando cessat vsus rationis totaliter

Respondeo si concupiscentia totaliter cognitionem auferet sicut contingit in illis qui propter
concupiscentiam furent amentes, sequeretur quod concupiscentia voluntarium toleret, nec
proprie illi esset in voluntarium, quia in his quæ vsum rationis non habent neque voluntarium
est, neque involuntarium sed quandoque in his quæ per concupiscentiam aguntur non tollit
cognitio, quia non tollitur potestas cognoscendi, sed solum consideratio actualis in particu-
ri agibili, & tamen hoc ipsum est voluntarium, secundum quod voluntarium dicitur, quod
in potestate voluntatis vt non agere & non velle, similiter autem & non considerare potest
enim voluntas passioni resistere vt supra dictum est.

In summa dico Concupiscentia quidem si eousque perveniat vt vsum rationis tollat non
se cohibere, possit tamen cohiberi quando exoritur velavertendo alio mentem, vel propo-
nendo obiecta contraria illi bono aparenti quod concupiscitur.

Postremus Casus est in illis qui suos vel alios Dijs suis immolare vellent, & sic
Qui Dijs immolant homines suos liberos, vel capitis pœna damnatos

capitis pœna damnatos, Sontes enim vere quidem capite puniuntur, nefarie tamen &
pro Dijs immolantur: quia illa immolatio nullo iure illis sontibus debetur, ac proinde respectu
illius immolationis etiam si sint sceleratissimi sunt innocentes, quo ad illam scilicet accionem in
molationis, & magna fit iniuria non solum Deo verum etiam toti naturæ humanæ quâ se polu
itur per hoc quod aliquis ea non solum subjcitur quocunque modo Diabolo, sed etiam in
so corpore cedit in Cultum & victimam Diaboli quod dictu etiam horendum est.

Ratio hæc potest sumi ex Molina tractatu 2 Disputa: 104 vbi sic ait ad puniendum vnus
tamque sumendam de aliquibus pro aliqua culpa, sane vel iuris dictio superioritasque est ne-
saria, vel certe requiritur, vt aut is qui punire debet: aut ij qui ad ipsum spectant, in-
riam tali culpa acceperint, tunc enim rationem subit Judicis comparatione talium mal-
factorum, in defectu propry illorum superioris.

Excutiatur verbis sic argumentor Ille qui immolatur Dijs, magnam iniuriam trahit
tra naturam humanam, & proprius superior illam non coerceat sed promouet, vt suppono
ac proinde in hoc casu perinde est ac si non esset, in tali ergo Casu licite potest aliquis eam
iniuriam persequi

Dubium Quintum

Dubium Quintum Qui habet gentiles subditos possit ne spolia eorum auferre

Dubium Quintum In ratione proximi Dubij 4 dictum est.

nec enim si

nec enim si vnius reipub: Civis delinquit alia respublica ius habet in eum exquo Dubitatio exoritur. An illa respublica quæ habet ius in gentiles quia scilicet gentiles ei sunt subditi possit eorum Idola everttere. Respondeo Christianos Principes & Imperatores olim leges sanxisse quibus hæc adolerentur, nam ut constat ex Codice Theodosiana lege 2. 4. & 5 sequentibus, Titulo de Paganis sacrificijs & templis. Constantinus magnus præcepit lege 4 Vt Idolorum fana clauderentur. Et lege ultima Theodosius & Valentinianus Imperatores præceperunt ut omnia fana & delubra diruerentur. Et alij Imperatores interdixerunt Paganis sacrificijs & ritibus superstitiosis Et in Concilio 3 Carthag: Cano 15 Decretum est Ut patres peterent ab Imperatore ut quæcunque residuæ essent superstitiones gentilium omnino delerentur, Sive in locis sive in arboribus sive in Simulachris. Et Gregorius 13 Constitucionem edidit, in qua Judeis multis rebus interdixit. Quæ constitutio non solum contra Judeos, sed generaliter contra omnes infideles edita est.

Leges Antiquorum Imperatorum contra Idolorum fana

Exquibus omnibus patet posse gentiles legibus Principis Christiani cuius Imperio subijciuntur compelli ut vnum Deum revereantur Idolorum Cultum abijciant, leges & iura naturæ custodiant, nihil denique incontemptum Christianorum & rerum sacrarum audeant perpetrare. Nam hoc ipso Christiani Principe ditioni subiecti sunt, quæ ad modum possunt eas leges ferre quæ ad cõmunẽ reipub: bonum videlicet salutem tranquilitatem; & pacem pertinent Cauonum introducicis potest ne noctu arma deferant: ne tributa denegent: ne pacta pervigant: ne promissa violent: ne furta adulteria & homicidia committant: ne frumenta extrahant &c etiam adsemgi possunt ad germanum & verum Cultum vni Deo bonorum omnium autori deferendum: ad Idola demedio tolenda: ad iura naturæ conservanda.

Potestas Principum Christianorum contra gentiles subditos suo imperio.

Cæterum Christiani prohibentur in Paganos irruere aut eorum bona diripere privata autoritate, Lege Christianis Cap de Paganis quæ lex lata est ab Imperatoribus Honorio & Theodosio. Dixi ex quibus omnibus patet posse gentiles legibus Principis Christiani cuius imperio subijciuntur compelli ut vnum Deum revereantur: nam de facto Ecclesia superstitiosos quosdam ritus iure tolebat in Judeis & in Paganis ditioni Christianorum subiectis, idque propter Causam quam assignat D Thomas 2da 2dæ Quæst 10 Articul 11 vbi hæc habet Humanum regimen derivatur a diuino regimine vnde humanum regimen debet imitari diuinum regimen. Deus autem quamuis sit omnipotens & summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in vniverso quæ prohibere posset, permittit inquam ineis sublatis maiora bona tolantur. vel etiam pejora mala sequantur. Sic ergo & in regimine humano illi qui recte aliqua mala tolerunt, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala pejora

Privata autoritate illicitè est Paganos persequi

Deus permittit aliqua mala fieri, ne eis sublatis maiora bona tolantur.

incurrentur

Fructus ex ritibus Judæorum propterquem sunt tolerandi

Hæreticos & alios infideles tolerant Ecclæ multis de causis

Quomodo perducendi sunt infideles ad religionem Christianam

Nota Dubium 6tum

Possint ne Christiani dñi subjicere suos subditos infidelibus etiã ad tempus

Nutrices & servi ex Christianis, Judeis prohibentur Jure Ecclesiastico

Amicitia infidelium

Judæis nulla officia publica immungantur.

in currentur, sicut dicit D. Augustinus Ruffer meretrices de rebus humanis turbaberis omnia libidinibus, sic ergo quamvis infideles in suis ritibus peccent tolerari possunt, propter aliquod bonum quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod Judei ritus suos observant in quibus olim præfigurabatur veritas fidei quam tenemus, hoc bonum provenit quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, qui quasi in figura nobis representatur quod credimus, Ideo in suis ritibus tolerantur

Aliorum vero infidelium ritus qui nihil veritatis aut vtilitatis afferunt, non sunt aliquo modo tolerandi, nisi forte ad aliquid malum vitandum, scilicet ad vitandum scandalum vel dissidium, quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum qui paulatim sic fidei rati convertuntur ad fidem, propter hoc enim Hæreticorum & Paganorum ritus aliquando tolerauit Ecclesia, quando erat magna infidelium multitudo Vide Decretum distinc: 45 Cap 3 (qui sincere) vbi hæc habentur in Epistola Gregorij ad Paschasium Episcopum Neapolitanum, Qui sincera devotione extraneos a christiana religione ad fidem cupiunt perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem rediit ratio ad planum poterit revocare pellat procul adversitas & vbi Glosa dum tamen ipsi in contemptum nostræ fidei talia non exerceant de quo iam dictum est

Dubium Sextum *An possint Christiani domini subditos suos subjicere Æthnicis, Judeis vel alijs infidelibus etiam ad tempus.*

Ad hanc quæstionem in nostro Regno difficile respondetur. Ego aferam tantum ea quæ habentur tum in iure Ecclesiastico tum etiam in autoribus. Inprimis igitur libro 5° decretalis Gregory Papæ 9. de Judeis & Saracenis Cap 13 (Si Judeos) ponuntur hæc verba inhibemus districte ne decetero Nutrices vel servos habeant Christianos. Et redditur ratio, ne filij libere filijs famulentur ancillæ, sed tanquam servi a domino reprobati in cuius mortem nequiter conjurarunt, se saltem per effectum operis recognoscant servos illorum quos Christianos libros & illos servos effecit. Et infra sincero Nutrices & servientes non dimiserint Christiani sub excommunicationis pœna in hiis edictis districte omnibus Christianis ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

Mus infera, serpens in sinu, ignis in gremio, male suos remunerant hospites. Unde in Proverbijs dicitur, qui serpentem in sinu suo nutrit percutietur a beo. Et distinc: 45 Capite (nulla Officia dicitur) Nulla Officia publica Judeis immungantur, per qua eos oportet tribuatur Christianis pœnam inferè. Et prima parte decreti Causa 17 Quæst 4

Capite Constitu-

Capite constituit habetur) Constituit Sanctorum Concilium supple Toletanum 4tū Cap 67 Vt Judei aut hi qui ex Judeis sunt officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Vbi nota eandem assignari causam tam in Decreto quam in dicto Concilio, propter quam Judæi non debent habere Officia publica, sed nec apetere, nescilicet Christiani iniuriam patiantur.

Quæro autem ego Cum Judæis subjiciuntur subditi Christianorum etiam ad tempus hoc est ad trigenium, possibile ne est quod Christiani illi subditi nullam ab Judeis iniuriam patiantur? Et est possibile in alys certe non est possibile; ut non patiantur in suo genere, Cum ia supra dictum sit genus Christianorum esse filios libere, genus autem Judeorum esse filios ancilla seu serua, magna autem iniuria est liberum subici seruo. Ideoque Judices Provinciarū Cum Sacerdotibus eorum surreptiones fraudulenter elicitas suspendant, Officia publica eos agere non permittant. Si quis autem Judicum hoc permiserit velut in sacrilegū excommunicatio proferatur, Et is qui surrepserit publicis cedibus deputetur.

Genus Christianor. sunt filii libere; Judæor. vero ancille

Excommunicati in eam qui permittit Officia publica agere Judeis inter Christianos

D. Vero Thomas 2da 2dæ Quæ 10 Artic: 10 hæc habet nullo modo permittit Ecclesia quod infideles acquirant dominium super fideles vel qualiter cunque eis perficiantur in aliquo Officio, cederet enim hoc in scandalum Et in periculum fidei, de facili enim illi qui subiciuntur aliorum iurisdictioni immutari possunt ab eis quibus subsunt: ut sequantur eorum imperium, nisi illi qui subsunt fuerunt magnæ virtutis. Et similiter infideles contemnunt fidem, si fidelium defectus cognoscant, Ideo Apostolus prohibuit, Vt fideles non contendant Judicio coram Judice infideli Verba sunt Apostoli 1 Ad Corin: 6 Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud Iniquos (id est apud infideles Vt explicat D Thomas) Non apud Sanctos (id est apud Christianos; qui saltem fide sunt Sancti) an nescitis quoniam Sancti de mundo iudicabunt, Et si in nobis iudicabitur mundus (id est per nostram personam) indigni estis qui de minimis iudicetis, nescitis quoniam Angelos iudicabimus: quanto magis secularia. Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles in Ecclesia illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos Sapiens quisquam: qui possit iudicare inter fratrem suum, sed frater cum fratre in dicio contendit: Et hoc apud infideles. Hunc locum adducit D Thomas loco citato & concludit. Ergo videtur quod infideles fidelibus præesse non possint. Et certe si argumentemur a Judice ad dominum: eadem verecundia ac etiam multo maior erit præesse aliquem infidelem fidelibus, etiam ad tempus ut dominum: quam

Fidelis non debet contendere iudicio coram iudice infideli.

Homines sancti Angelos iudicabunt.

præesse eidem

Nota

præsse eidem forte ad vnam horam ut Iudicem, & tamen Sanctus Apostolus tanquam pro absurdissimo ponit ut aliquis infidelis præsit tanquam Iudex fideli.
Quid ergo diceret Apostolus si crederet præesse infidelem tanquam dominum fideli, reuerendis dem verbis nos alloqueretur: quibus dicto loco alloquitur est Cornelius, Contemptibiles qui sunt in Christianitate seu in Ecclesia constituite ad dominandum seu gubernandum, minor enim reuera esset verecundia si Sutor vel sartor, vel aliquis infimus artifex qui tamen esset Catholicus præesset alicui Pago vel Ciuitati: quam si nunc dum præest eidem dirissimus Iudæus. Itaque Apostolus non immerito quasi exprobrans addit ad verecundiam vestram dicto, sic non est inter vos sapiens quisquam. Dicamus nos sic non est inter nos gubernans quisquam, & frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Clarius Christianus cum Christiano contendit: & hoc apud Iudæum. In argumenti vero tertij solutione dicit hoc differre seruum vel subditum a ministro, artifice seu conducto, quod serui subiciuntur dominis suis ad totam vitam; & subditi præfectis ad omnia negotia, Ministri vero artificum subduntur eis ad aliqua specialia opera. Vnde periculosius est, quod infideles accipiunt dominium vel prælationem super fideles, quam quod accipiant ab eis ministerium in aliquo artificio, & ideo permittit Ecclesia quod Christiani possint colere terras Iudæorum supplentes quam conducti non ad omnia negotia, quia hoc non esset ministri sed subditi, & D. Thomas exponeret sibi; qui posuit tres gradus: Domini: Præfecti: Dei cui ex ministerio sit aliquod opus. Seu serui: Subditi: & ministri. Dicit ergo D Thomas posse Christianos Colere terram Iudæorum tanquam ministros seu conductos ad illud tantum opus. Et reddit rationem quia pro hoc non habent necesse conuersari cum eis hoc est quia illud ministerium sit quasi per accidens ad vnum vel alium diem, & tamen inquit idem doctor si extali conuersatione vel conductu subuersio mereretur esset penitus interdicendum.
Dico autem ego Methaphisicum potius esse quam reale, hoc est posse apprehendi quam credi quod aliquomodo a talibus non subuertantur Christiani saltim in aliquo fundorque in illa sententia Ecclesiastici Cap 10 qualis est rector Ciuitatis tales & habitatores inea. Vide etiam D Antoninum 2da parte titulo 12 Cap 4 vbi a minori admonis argumentum sumit ex Hostiense. Si quid prohibitum est vt nullum manicipuem Christiani seruiat Iudeo quia 2dum Raimundum Si seruus Iudæi est vernaculus: id est de Ancilla Iudæi natus, & vult efici Christianus statim exipitur in libertatem nullo præcio dato. Vbi Citantur multa iura, quæ hic recenseri longum esset. Multo minus liberi Christiani debent eis seruire, idem habet D Thomas. loco citato. Vide etiã

eundem San:

Differentia serui & subditi a ministro aut de artifice seu conducto

Possunt Christiani tanquam conducti colere terras Iudæorum.

Immulta pericula homines fideles subditi infidelibus possunt incurrere

Vernaculus a Iudeo emptionem est nullo præcio dato

eundem Sanctum Antoninum 3 parte titulo 22 de potestate Papæ in Iudæos. Itemque Belarminum libro 5 de summo Pontifice Cap 7 vbi expresse quidem non ait de Iudæis, ostendit tamen multa pericula quæ ni curarent solent homines fideles subiecti infidelibus, & adducit exempla scripturæ quæ testantur Deo hoc maxime displicere.

Quæritur VIII

Quænam pœna ratione Idololatriæ incur

Nihil agam de pœnis quibus peccatum huiusmodi punit Deus, vel in hac vita vel in futura, nam hoc ad humanam scientiam vel iudicium non spectat: Tantum ego hoc dicere posum solere Deum in hac vita punire hoc peccatum subtractione suæ gratiæ, & permittendo omnes labi in quam plurima peccata vt ex D. Paulo retuli ad Romanos 1. Item constat Deum aliquando imittere grauissimas pœnas temporales seu corporales huius vitæ propter huiusmodi scelus, ut pat Exodi 32. & alijs similibus locis veteris testamenti, profutura autem vita iuxta grauitatem huius peccati: grauissimam pœnam inferi talibus certum est. Hoc vnicum addo quod dicitur de Idololatria vera, idem proportionaliter posse dici de Idololatria Metaphorica, quando quis adhæret ita alicui peccato vt ineo vltimum quasi finem constituisse videatur. Omisso ergo iudicio Diuino & tractando de humano,

Peccatum Idololatriæ punit Deus subtractione suæ gratiæ in hac vita

Idololatria Methaforica

Aduertendum est peccatum Idololatriæ committi posse ab infidelibus non Baptisatis; & ab hominibus baptisatis: Pro prioribus certum est esse pœnam ab Ecclesia latam, imo nec fieri posse perse loquendo propter rationes superius tactas. Nulla enim respublica potest puniri aliam sibi non subditam, vbi etiam explicata est partim hæc perse loquendo, quia per accidens potest Ecclesia agere contra infideles ut vidimus. Loquendo ergo de hominibus baptisatis qui Ecclesiasticis viris dictis perbaptismum subduntur. Aduertendum est secundo Duobus modis posse hoc peccatum ab hominibus baptisatis committi. Vno modo apostatando a fide, & ex interna infidelitate animo & mente concepta & credita deserendo Ecclesiam. Alio modo absque infidelitate interiori, sure ex adulatione aliqua, ambitione humana: sure ex contemptu & odio Dei, sure tantum ficte extimore humano. Quando primo modo committitur illud peccatum Idololatriæ hoc est non solum externa actione: sed etiam externa estimatione credendo quod ille quem

Peccatum Idololatriæ committitur etiam a fidelibus duobus modis.

adoro per Idol-

Apostasia à fide per actū Idololatriā fictā nullā specialem pānā meretur

doro per idololatriam sit Deus, non est dubium quin sic delinquens incurrat censuras omnes pānas latas per Ecclesiam de quibus infra. Vltra illas vero nulla pāna specialiter imposita est propter Idololatriam talem, seu quod idem est propter apostasiam a fide tali, modo id est per actum Idololatriā fictā. Nulla enim talis pāna in iure aliqua reperitur in do quo tale crimen committitur solum exterius sine interiori infidelitate, multo certius est propter illud nullam specialem imponi pānam ratione Idololatriā ut dixi, ergo multo minus pro ficta

Dubium

Sñ incurritur pānā & censurā latā contra Hæreticos propter exteriorē actum

Dubitari vero solent An propter tale peccatum exterioris tantum Idololatriā incurratur censurā & pānā latā contra hæreticos & apostatas: seu quod idem est An qui exterius tantum actu exercent Idololatriam sine interiori assensu mentis, eandem subeant pānam quam illi subeunt qui exercent Idololatriam utroque actu, de quibus paulo ante dixi, Quod incurrant censuras in Hæreticos per Ecclesiam in Hæreticos statutas.

Solucio dubij

Ad hanc dubitationem Caietanus Quæst. 4t Artic. 1° simpliciter respondet affirmative, Ratio eius est quia tale peccatum habet veram malitiam infidelitatis & apostasiā exteriorem. Sed censurā & pānā sunt latæ pro huiusmodi culpa id est pro culpa exteriori, ergo is incurrit censuras & pānas latas in Hæreticos. Confirmat Exemplo Si excōmunicatio lata contra furem qui ex metu solum furetur, contra voluntatem suam, & haberet odiō furtum, nihilominus excommunicationem incurreret quia revera furtum committeret. Ergo similiter qui ex metu solum exterius Idololatriam exerceret quamuis odiō haberet ipsam Idololatriam ad quam etiam requiritur interior actus intellectus & voluntas, incurret excōmunicationem quæ lata est contra infideles baptisatos & Apostatas. Confirmatur quia

Ecclesia punit actus externos nō internos

Ecclesia pungit actus externos non internos quia illi constare non potest de internis. sed ille actus externus Idololatriā vere est actus peccaminosus in tali specie hoc est Idolatriā ergo dignus est pœna Ecclesiastica non alia quam illa ipsa quæ fertur contra Idololatras seu contra Hæreticos, quia ut supra dixi nulla alia pāna puniuntur Idololatræ præter eam qua puniuntur hæretici, infideles qui cum baptisati sint a fide discesserint.

Contraria sententia communis & verior

Contraria tamen Sententia sicut communis ita est verissima quam affert Suar. tomo 3 disputatione 4 sectione 3 Numero 15° Navarrus in manuali Cap. 11 Nume: 27 Sylvester Verbo Apostasia 1° Quæst. 1 Et verbo Hæresis quæst. 5ª & 6. ut plurimes alios omittam. Denique sententiam hanc sequuntur moderni scriptores.

Differentia inter Hæresim & alia crimina

Excōmunicantur quidem Hæretici & Apostatæ sed hic Hæreticus cui non potest Hæc enim est differentia inter Hæresim & alia crimina, quod alia crimina metu commissa nihilominus perfecta crimina esse possunt in illa specie in qua committuntur, revera homicida est qui

etiam metu

etiam metu occidit alterum. At vero qui metu lapsus est externis tantum in materia religionis aut fidei, non discessit corde a fide, ac proinde non comisit perfectam heresim, cum vicium hereseos impertinacium mentis a sensu consistat. Non ergo puniendus est hereticorum pœnis, præsertim cum leges pœnales restringende sint quantum rigor verborum permiserit. Leges autem seu illæ pœnæ non feruntur non feruntur in apostatas aparentes, sed in veros & confirmatos. Sic autem non est etiam apostata quia revera fidem Christi non deseruit, sed solum externa professione. Ergo quamuis gravissime peccavit, tamen non extenditur ad eum pœna totiès iam nominata sed poterit illi iniungi pœna a proprio Confessario de quo postea.

Vicium hereseos in quo consistat

Vide facile respondetur fundamento Caietani, falsum enim est tale peccatum habere veram malicia infidelitatis ad quam requiritur interior assensio licet verum sit tale peccatum habere veram maliciam externe Idololatriæ, seu habere veram maliciam peccati cõtra confessionem fidei ut supra dixi.

Peccatum Idololatriæ externæ non habet veram maliciam infidelitatis.

Ad primam Caietani confirmationem Respondeo. Iam est differentia assignata inter alia peccata et inter ea quæ sunt contra fidem vel religionem; ac consequenter etiam inter furtum & heresim seu Apostasiam a fide, nam furtum est perfectum in sua specie etiam si exemplar fiat, quia furtum nihil aliud dixit quam acceptionem rei alienæ in rito domino quocumque tandem modo perficiatur talis acceptio sive per concupiscentiam sive per metu. Idololatria vero & heresis non est perfecta in sua specie si desit falsa estimatio quia in ea præcipue fundatur.

Ad primam Caietani affirmationem responsus

Ad secundam vero confirmationẽ Caietani Respondeo. Licet Ecclesia non puniat actum mere internum, interdum tamen non punit externum nisi ut procedentem ab interno. Quo quo oportet attente considerare, sicut aliud est implere præceptum quo ad substantiam, aliud vero materialiter efficere exteriorem actum quem lex præcipit, ita aliud est peccare contra præceptum quo ad substantiam, aliud committere actum aliquem qui tamen exterius non destruat præcepti substantiam; sicut autem si quis hereticus animo verbis profitetur errorem suum, ita tamen verba consonat ut amphiboloice eis utatur ut possit subterfugere, & in alio sensu explicare, peccabit contra substantiam præcepti de fide. Exemplo declaro. Sit aliquis hereticus qui comprehensus Romæ debeat facere confessionem suæ fidei, & interim dum tempus destinatum confessioni expectat, scribat sibi formulam suæ hereseos, dicatq; postea in sancte tempore coram iudicibus assignatis Ego credo quicunque continentur in sacra fide Catholica, posita scilicet manu super sinum in quo habet suam hereticam confessionem

Ad secundam Ecclesia punit actum externum sed ut procedentem ab interno

Statuta professio hereticorum fidem catholicam.

quo signo tacite

quo signo tacite suam confessionem designat ille revera & hereticus erat, & incurrit excommunicationem, quia peccabit contra substantiam de fide, quia non tantum interius sed etiam exterius ipsa confessionis exterius profitebitur fidem; seu perfidiam Hereticam, defectus autem ille exterioris expressionis hæresis non minuit culpam sed potius auget. Item si quis

Qui ficto animo consulitur sacerdoti eo tempore quo tenetur, nō satis facit Ecclesiæ

to tantum animo sine actu interiori imo potius animo irridendi aut insultandi confiteatur sacerdoti illo tempore quo tenetur confiteri exprācepto, sine dubio non satis facit Ecclesiæ & tum per actum exteriorem non cognoscitur. Facile ergo Ecclesia non ita judicat de actu exteriori, quin actu aliquo non attingat actum interiorem; aquo exterior vim suam habet. Neque si quis horas Canonicas recitet non recitando id est dicendo tantum A b c d vel non habendo intentionem recitandi; judicabitur satis fecisse præcepto Ecclesiæ, & tum Ecclesia non judicat nisi de actu exteriori. Sed notandum est actum interiorem quemdam esse de substantia præcepti quod impletur per actum exteriorem, quemdam autem esse modum tantum præcepti, igitur si quis omittat illa sine quibus esse non potest interior actus exterior, etsi sint illa interna non externa non implebit præceptum, quia præceptum intelligitur de rebus suam substantiam, secus est si omittat modum ut in proposito exemplo patet, quia enim Ecclesia vult recitari horas Canonicas cum intentione: Cum aliqua attentione (quia idem est dicere tarie omnino distrahi & non recitare) præterea & si attentio & intentio sint interiores actus nihilominus quia illos non adhibet non implet præceptum.

Qui peccat exterius tantum contra fidei confessionē non incurrit excōmunicationē

Econtrario verō quia Ecclesia non tantum fidem in exteriori sed etiam in interiori actu postulat qui peccat exterius scilicet contra fidei confessionem, & nihilominus veram fidem retinet interius, non destruit totam substantiam præcepti de fide. Ac proinde etiam si ille non possit discerni an sit revera Catholicus, nec ne, quia tum non peccat contra totum id quod Ecclesia prohibet sub ex Cōmunicatio, non incurrit excōmunicationem, & alias dubium illud de veritate vel simulatione poterit solui per externum forum; sicut & blasphemia Hereticalis.

Solutio dubij de simulatione & veritate, & de blasphemia Hereticali.

talis enim poterit permodum externum examinari, utrum etiam id mente professus fuerit quod verbis dixit. Item poterit per probales conjecturas animadverti illa perfidia examinari, quia naturaliter loquendo talis ficta professio erroris, nunquam fit sine aliqua occasione timoris vel amoris humani, ex quibus facile poterit quisque coniectari utrum de re an simulate fuerit professus perfidiam.

Notandum tamen est talem ex actu externo præsumi quidem fidem deseruisse, & consequenter in excōmunicationem incurrisse, præsertim si non graui metu compulsus id fecerit, sed aliud est loqui quo ad bonum conscientiæ, in quo censura contrahitur ex vi legis quod

solum attendere

solum debet atendere Confesarius) aliter autem est loqui in præsumptione humana, quia in illa prima consideratione satis est quod vero animo non fuerit Apostata factus, ac proinde poterit absolui a quolibet, grauibus aposteriori consideratione scilicet quo ad forum externus seu præsumptionem humanam, iste sicut & Blasphemus qui cõmittit blasphemiam Hæreticalem, hoc est Hæreticum dogma sonantem punire poterat exterius tanquam Hæreticum licet cùm illo melius agendum esset propter animum Catholicum.

Pro meliori intelligentia dictorum Dubitatur Primo Quænã sint pænæ Hæreticorum

Pæna contra Hæreticos

Prima Excommunicatio

Statuta Con: Lateranen.

Dico Primo Primam pænam contra Hæreticos latam esse excõmunicationem, vt patet ex Capite Cum Christus Ex Concilio Lateranensi sub Alexandro 3 Cap 27 Vbi dicitur Hæretici, Receptores, & fautores eorum, & decedentes in hoc peccato, in cimeterio sepelirí non debent nec pro eis orarí. Et Capite ad abolendam Lucius Papa 3 Excommunicat omnes illos qui de sacramento Corporis & Sanguinis domini nostri Jesu Christi aliter sentiunt & docent, quam Sancta Ecclesia Romana docet, & obseruat, Et omnes illos quos Romana Ecclesia vel singuli Episcopi aut Clerici vacante Ecclesia in Concilio vicinorum Episcoporum Hæretico iudicarint.

1°

Excõmunicatio ineos qui aliter de SS Eucharistia quã Ecclesia Romana docet sentiunt & docent

Secundo statuit vt quicunque deprehensi fuerint manifeste inhæresi, si Clerici fuerint eis primo degradatis seculari potestati relinquantur animadversione debita puniendi, nisi statim ad Catholicam vnitatem redierint, & ad arbitrium Episcopi satisfecerint.

2°

Si Clericus deprehensus fuerit in manifesta Hæresi quid faciendum

Tertio dicitur quod qui post abiuratam Hæresim vel post quam ad arbitrium Episcopi se purgauerint, deprehensi fuerint in hæresim recidisse, sine vlla audientia, seculari iudicio relinquantur.

3°

Qui iterum recidisse in hæresim deprehensus fuerit

Quarto statuit vt omnes rectores cuiuslibet loci iuxta cõmunionem Episcoporum proprio iuramento promittant, quod si abeis fuerint requisiti, Ecclesiam contra Hæreticos & adeuabunt bona fide, si vero id obseruare noluerint, honore priuentur, & ad alios honores nullatenus assumantur, ipse excõmunicatus & terra eorum interdicatur, & Ciuitas quæ suis institutis duxerint resistentum, vel punire neglexerint resistentes Episcopi dignitate priuantur, & alienum Ciuitas careat comercium.

4°

Vt rectores iuramento promittant adnouare Ecclesiam contra Hæreticos,

Quinto dicit quod si alij fuerint ab iurisdictione Episcoporum soli Ecclesiæ Romanæ subiecti: nihilominus in his quæ contra Hæreticos sunt instituta subeant iudicium Episcoporum & eis tanquam super hoc a sede Apostolica delegatis obsequantur, non obstantibus aliquibus priuilegijs libertatis.

5°

Qui sunt subiecti Romanæ Ecclæ in his quæ contra Hæreticos statuta sunt, subeant iudicio Epum.

Excõmunicatio hæc

Excommunicatio bulæ cænæ dñi olim summo Pontifici non fuit reservata.

Excõmunicatio hæc olim non erat Romano Pontifici reservata, vt notat Azor lib 8 moral. institutionum Cap 10 Quæst 1° Toletus lib 1° Cap 19 Et tamen per eas Pontificas sanctiones, quæ quotannis in die Cenæ domini publicè & solẽni more in Romana Curia promulgantur, cepit summo Pontifici reservari. Et quangram in illa excõmunicatione nec quidam nominentur nominibus ab Autoribus desumptis scilicet Hussite, Lutherani &c Unde posset dubitare de alijs non expressis an scilicet in currant excõmunicationem, tamen id solum fac. est in detestationem eorum Hæreticorum qui his temporibus alicubi durant, nam alioqui excõmunicatio generalis est contra omnes hereticos cuiuscunque secte, vt ibidem exponit. Solum hic breuiter notandum est quod licet peccatum Hæresis tale sit, vt interius in mente per Ete consumetur, nihilominus per heresim puram mentalem excõmunicatio non contrahitur quia vt in materia de censuris tractari solet, nullus actus pure internus est subiectus iurisdictioni Ecclesiasticæ: quia sicut Ecclesia est visibilis, ita non habet iuris directum potestatem in actus pure internos, sed in eos tantum qui aliquomodo sunt visibiles. Dixi aliquomodo quia est anima secundum se est invisibilis, tamen aliqualiter videri potest per actiones exteriores, ita & actus interior.

Differentia actuum interiorum & exteriorum

Recleo ad illud quod paulo ante dixi hæresim puram mentalem non trahere secum excommunicationem, & ideo etiam huiusmodi est reservatum in foro conscientiæ, quia non reservatur sine excõmunicatione, atqui excõmunicationem vt iam dixi non incurritur per hæresim puram mentalem, ergo neque reservatio. Intelligendum est autem hoc de Hæresi pure mentali, nam si tum exteriorem prædeat, etiam si occultissimus ille sit, satis erit ad incurrendam excõmunicationem, quia ille actus secundum se non est extra obiectum potentiæ sensitivæ sicut actus pure interior, actus enim pure interior secundum se ab nullo sensu potest percipi, nam nec potest audiri nec videri. Actus autem exterior secundum se etiam si sit occultissimus potest percipi ab oculo vel ab aure, & ideo occultus est tantum per accidens, sicut autem Ecclesia non cit de illis quæ sunt per accidens sed quæ sicut per se talia, ita etiam assignat pœnam quæ debetur talibus per se non vero per accidens non talibus

In Bula cænæ dñi non tantum hæretici excõmunicãtur sed omnes eor defensores

Neque vero soli Hæretici in illis constitutionibus Pontificijs quæ appellantur Bula Cænæ domini excõmunicantur, sed adduntur ibidem Receptores eorum credentes, Receptores fautores, & generaliter quilibet defensores. Deinde ad eorum libros hæresim continentes, vel de religione tractantes sine autoritate sedis Apostolicæ scienter legentes, nisi scuerint ipsam excõmunicationem incurrere seu quomodolibet defendentes ex grauis causa publice vel occulte quouis in eorum potestate. Quæ omnia quia habent vtilem & pernecessariam doctrinam breuiter explicata sunt.

Dubium an incurrant excõmunicationem qui non sunt nominati in bula Cænæ

Per Hæresim puram mentalem excõmunicatio non contrahitur

Petes igitur

Credentes Hæretico. dupliciter accipitur

Petes igitur primo quid nomine illorum credentium significetur. Pro responsione aduerte dupliciter illam vocalem credentes accipi posse. Primo modo pro illis qui credunt personæ Hæretici bonam existimationem de illo habendo, sic enim potest appelari credens hæretici qui dat illi pecunias multas credendo quod illam sit restituturus, licet opinioni eius non asentiatur quam habet de fide.

1° Qui credendo Hæretico mutuo dat illi pecuniam

Secundo potest intelligi illa vocula credentes vt per illam intelligatur illi qui alicuius dogmatis hæresim credunt. Et quidem difficultas non videtur esse in responsione supposita hac distinctione quam intelligantur in Bula Cænæ Domini illo verbo credentes. Si enim posteriores sine dubio intelligunter. Difficultas tamen est quia hoc verbum credentes ut aliquid superioribus addat necessario videtur trahere secum alium sensum quam eum qui in secundo membro diuisionis modo facto ponitur, hoc est necessario videtur insinuare aliquos alios credentes præter illos qui credunt alicuius Hæretici hæresim, illi enim qui credunt alicuius Hæretici hæresim: ita ut etiam ex externis protestentur sunt veri Hæretici, ergo in priori membro Bulæ sunt sufficienter excommunicati, ergo pro excommunicatione eorum frustra additur credentes.

2° Qui dogmatizantis Hæresim credit.

Sunt ne illi Hæretici qui alicuius Hæresi credunt.

Respondeo per illam particulam credentes intelliguntur illi qui in posteriori sensu, hoc est in posteriori diuisione seu acceptione huius voculæ ponuntur, additur tamen illud credentes ad maiorem declarationem. Dubas tamen modis possunt aliqui credere Hæretico ut hæreticus est, seu credere Hæretico prædicanti vel docenti.

Duobus modis potest quis credere Hæretico.

Primo distincte, assentiendo erroribus abeo propositis & publicatis, & hi proprie Hæretici quæ credentes vocantur, atque ideo sufficienter in excommunicatione Hæreticorum includuntur.

Secundo possunt aliqui credere Hæretico docenti tantum confuse, videlicet credendo veram esse doctrinam eius quæcunque illa sit, etiam si particulari nesciat quid ille Hæreticus docet, supple de venerabili Sacramento, de Sanctissima Trinitate &c. & hi proprie dicuntur credentes, de quibus in hac Bula & in reliquis quæ cum illa concordant sermo est. hi enim et si etiam sint Hæretici (puta sciant aliud tenere sanctam Ecclesiam quam quod ille talis homo docet) tamen quia distincte nihil credunt contra fidem, proprio nomine appellati sunt ob maiorem ut dixi claritatem.

Credentes qui sunt

Petes secundo quid vero significat illa particula fautores & generaliter quilibet defensores. Respondeo intelliguntur prædictæ particulæ de illis qui tribuunt favorem Hæreticis vel quia talem doctrinam profitentur vel in ordine ad illam hæresim, vel docendam vel defendendam & ita Caietanus verbo Excommunicatio Cap 1° Navarrus Cap 27 Num 51. Ratio huius intellectus est quia sicut excommunicatio primario fertur in pœnam & in odium Hæresis, ita derivatur seu extenditur ad alios secundum habitudinem seu respectum ad eandem

Fautores

Qui favorem hæreticis tribuunt, vel doctrinam eorum profitentur.

hæresim, atque

In necessitatibus adiuuãdi sunt Hereticiꝰ a Christis sed non prout Heretici.

heresim, atque adeo quatenus Hæresi sit fauor quouis modo, non est ergo per se malum nec excommunicatione dignum illi homini qui Hæreticoꝝ ẽ auxilium præbet ad vitam sustentandam vel quid simile, mò interdum posset esse necessarium si ille Hæreticus extreme vel grauiter indigeret auxilio, Verum tamen est extra talem necessitatem quicquid sit in fauorem Hæretici, etiam si sit fauor heresi, in foro exteriori sepe secum trahere præsumptionem fauoris erga Hæreticum quatenus Hereticus est. Simpliciter tamen ꝺ in foro animæ potest resista esse licita alicui liberalitatis vel amicitiæ erga talem personam, seclusa illa Circunstantia Hereseos, atque non incurrit propter illud solum factum censuram, ꝺ ideo aliæ inure coniecture addi solent ad præsumendum hoc delictum fauoris erga Hæreticum ut Hæreticus est, vt videre licet in Clemente acusatus paragrafo § ille de Hereticis in Vbi hæc habentur Ille quoque de cuius fauore in Hæresim ante abiurationem constiterat vel nunc constat, si post illam Hereticos receptat, fouet, fuæ asociet: aut dona vel munera eis mittat, merito debet iudicari, iterum relapsus cum illam ex approbatione ase priùs reiecte erroris talia facere dubium non sit. Vnde etiam oportet distinguere in Hæretico duplicem rationem seu respectum præter rationem naturæ scilicet ꝺ quod Hæreticus est, ꝺ quod excõmunicatus est. Per hanc ergo Clausulam non prohibetur cum Hæretico ut excõmunicato est conversatio seu cõmunicatio neque extenditur ratio ad omnes cõmunicantes cum illo ut est excõmunicatus, sed solum ad cõmunicantes cum illo ut est Hæreticus præbendo fauorem ei ꝺ defensionem ꝺc.

Qui post abiurationem Hereseos, hæreticos receptat merito debet iudicari hereticus

Conuersatio cum Hæretico prohibetur: non quia excõmu: sed quia Hæreticus

In illo ergo Casu in quo sine rationabili Causa præstatur beneficium persone Hæretici: sine respectu ad Hæresim, seu sine fauore Hæresis, peccari quidem potest propter cõmunicationem excõmunicato, non tamen propter cõmunicationem cum Hæretico, huc specialiter prohibitã ꝺ

Excõmunicatus in primo casu excõmunicato pront excõmuni: si est nominatim declaratus

Adpeccandum autem illo modo propter cõmunicationem cum excõmunicato necesse nunc est ut Hæreticus sit nominatim declaratus ꝺ denunciatus saltim de crimine. Dixi nunc quia olim omnem excõmunicatum deuitare oportebat, publicum quidem tum occulte tum publice, occultum vero secrete non tam publice. Postea vero ab Ecclesia edita est constitutio qua decretum est ut non omnes excõmunitos vitare deberemus. Constitutio huius modi incipit Ad euitanda, ex qua deducitur posse tuta conscientia Catholicum fermones conferi, & cuiilia inire cum Hæreticis qui sunt in Anglia, Galia, Germania, Polonia ꝺc. quoniam licet publici sint Hæretici ac proinde notorie excõmunicati, non sunt tamen expressim ꝺ nominatim denunciati, quia aliud est esse publice excõmunicatus, aliud nominatim denunciatus, hoc enim posterius vult ut qui est talis demonstretur ꝺ denuntietur

Non omnes excõmunicati sunt vitandi præsertim qui non sunt nominatim denunciati

esse talis

esse talis, hoc est denunciatur esse excõmunicatus idque ab eo qui habet ius, non vero a quocunque, de quo videbitur cum agemus de censuris.

Ad peccandum vero posteriori modo & incurrendam hanc Censuram excõmunicationis quam modo explicamus, non est necesse ut Hæreticus sit denunciatus, sed satis est ut sit cognitus illi qui ei favorem aut auxilium præbet, quia illa excõmunicatio non est prohibita, ut participatus in crimine cum excõmunicato, sed ut participatio in crimine cum hæretico. Ideo in hoc non habet locum limitatio extra Vagantis ad euitanda.

Peccatum in isto casu qui cõtingit cum Hæretico propterea quod Hæreticus est

Deinde additur in Bula Cœnæ domini illa clausula ad eorundem libros Hæresim continentes vel de religione tractantes, sine autoritate sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes seu quomodo libet defendentes, ex quauis causa publice vel occulte, quouis ingenio vel colore, inquibus verbis obseruare licet si vnus tantum error in toto libro contineatur: totum librum esse prohibitum sub excõmunicatione, quia vnus error ille est Hæresis, non dicitur autem plus in illis verbis quam nelegamus libros Hæresim continentes, nec illo etiam deleto errore licebit librum retinere quia absolute liber Hæreticus prohibitus ex vi huius clausulæ, nec additum est nisi habeat deletas Hæreses, ille autem liber esto non contineat errorem etiam deletum; est liber Hæreticus.

Sine autoritate Sedis Apostolicæ non licet legere libros Hæreticorum sub excõmuni:

Quia autem sint libri de religione tractantes obscurius est Soares opinatur omnes libros pertinentes ad fidei expositionem, & consequenter etiam illos quibus diuina scriptura vel aliqua pars eius exponitur, atque etiam illos qui Theologiam Scholasticam vel totam vel aliquam eius partem. Excludi vero abhac excõmunicatione illos qui libros Hæreticorum solam Philosophicã doctrinam vel inferiores artes; aut etiam solam historiam continentes legunt quam diu in eis nullus error admiscetur potest difficile, quia cõmunter Exempla ponunt Hæretici in sua dialectica vel loca desumpta ex sacra scriptura illis contra Catholicos abutendo. Vnde qui hos libros habuerit vel legerit in quibus sola Philosophia vel inferiores artes vel Historia continetur, exui huius clausulæ, quæ ponitur in Bula Cœnæ domini non incurret excõmunicationẽ. Dico autem exui huius clausulæ, quia quo ad hanc partem consulendi sunt Iudices & Romanus & Episcopalis, & obseruanda sunt omnia quæ in illis iudicibus huic clausulæ addunturi. Simili modo exui horum verborum non prohibentur edita a Catholicis; etiam si in eis sint inserti errores hæreticorum, vel ad eorum impugnationem, vel solum per modum historicæ narationis: vel etiam per negligentiam & incuriam autoris. Imo addit Nauarrus in sua Cap. 27 libros Catholicorum etiam si habeant Scholia & notationes Hæreticorum, exui huius Clausulæ non esse prohibitum, quia illi non sunt libri simpliciter Hæreticorum. Dixi exui

Qui sunt libri prohibiti

Qui legunt libros Hæreticorum ad Philosophiam [illegible] tes: seu Historias, non incurrunt excõmunicatione

Iudices librorum Hæreticor

Libri a Catholicis editi cum scholijs & notationibus Hæreticorum non sunt prohibiti ex vi clausulæ.

huius clausulæ

Quis possit concedere legendi libros Hereticorum

huius clausulæ, quia talis possit incidere in censuram in dicis librorum Pij 4. de hac ipsa materia, delegentibus libros Hæreticorum vel eos dem retinentibus. Item de potestate quis nam possit concedere legendi tales libros, nemi rum extra vagentur. Vide Ildzor lib 8 moralium institutionum Capite 16.

Quis potest absolvere a censura qui incurrit ex lectione librorum Hereticorum

Petes quis nam possit absolvere ab hac censura. Respondeo Extra mortis articulum nullus nisi Romanum Pontificem, neque etiam tunc nisi prius facta satisfactione: aut præstita Cautione de stando mandatis Romani Pontificis. Ita sentiunt Franciscus Suarius libro de Censuris Disputatione 21 Toletus libro 1° institutionum Cap 30 Navarus in suma Cap 27 Num: 275 Ildzor lib 8 moralium institutionum Cap 19 Quæst: 3 Tres ipsa satis probatur autoritate Bulæ, nam hæc sunt formalia verba eius. Ceterum præductis sententijs nullus per alium quam per Romanum Pontificem nisi in mortis articulo constitutus; nec etiam tunc nisi stando Ecclesiæ mandatis & satis faciendo cautione præstita absolui possit. Cæterum ne permissa, ubi notat Suar quando satisfactio talis quando satisfactio talis statim esse possit mora exhiberi possit, non solum tucius sed etiam necessarium esse perse loquendo ut satisfactio permittatur absolucioni, Ideo etiam Minister seu Confessarius debet id exigere, ut fideliter vult suo munere fungi. Cum autem hi autores dicunt solum summum Pontificem posse contra dictum articulum mortis ab hac excõmunicatione & alys in Bula Cænæ domini contentis absoluere; sine dubio non excludunt alios Ministros seu delegatos ipsi summi Pontificis ad hunc effectum quia constat nec posse nec debere Pontificem per se ipsum ab omnibus huiusmodi Casibus absolue necessarium tamen est ut hæc delegatio fiat modo in hac Bula præscripto, non enim sufficit quæque indultum vel facultas verbis generalibus concessa, nisi in ea facultate expræsse contineatur ius huius Bulæ, ita enim in eadem Bula declaratur illis verbis Nullus absolui possit &c etiam prætextu quarumuis facultatum & indultorum quibuscunque personis Ecclesiasticis secularibus, & quarumuis ordinum etiam mendicantium, ac militarium, regularibus etiam Episcopali vel alia dignitate præditis, ipsisque ordinibus & eorum monasterijs, conuentibus, domibus ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus & locis pijs nec non laicis etiam Imperial Regali vel alia mundana excellentia fulgentibus; per nos & dictam sedem, ac cuiusuis Concilij decreta (nota hæc verba) verbo, literis, aut alia quacunque scriptura in genere & in specie concessorum: & innouatorum ac concedendorum & innouandorum. Ponitur in illa clausula Cuiusuis Concilij decreta per quod verbum Privilegium debet derogata facultas concessa Episcopis in Concilio Tridentino Sessione 24 Cap 6 Dicitur hæc habentur, liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus exortis ex delicto prouenientibus, exceptis ea quæ oritur ex homicidio voluntario & exceptis

In omnibus Casibus occultis habent potestatem Episcopi absoluendi

alijs deductis

alijs deductis ad forum contentiosum dispensare, & in quibus cunque casibus occultis etiam sedi Apostolice reservatis delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua præscriptos aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro Conscientiæ gratis absolvere imposita pœnitentia salutari. Idem de hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum eorum vicarijs sit permissum. Videtur inquam hæc facultas absolvendi Hæreticos occultos id est non notarios (per evidentiam facti vel sententiam judicis; vel per propriam ipsorum hæreticorum confessionem in judicio) etiam in propria Diœcesi esse reservatam a casibus Episcopis per illa verba Nullus absolvi possit &c. etiam præter inquarumcis facultatum ac nugarum Concilij decreta &c. Et ita sentiunt prædicti autores ab initio pœnitentiæ huius enumerati. Et quidem navarus Cap 27 Num 268 alias 275 dicit Gregorium 13 & Pium 5 adeo id expresse declarasse, ut etiam summo pœnitentiario negaverit illam facultatem nisi cum certis modificationibus. Pergere moneor inquit Navarus quod nec virtute jubileorum, nec Bularum cruciatarum in quibus non datur specialiter facultas absolvendi ab hæresi, potest quis absolvi ab ea licet expresse detur facultas absolvendi a casibus Bulæ Cænæ dñi. Probat hoc Navarus ex dicto quidam sancti aut enim qui accipit facultatem generalem absolvendi ab excommunicatione, non includere absolutionem illius quæ specialiter non est concessa. Franciscus Soares inquit hanc intelligo esse voluntatem Pontificum & praxim Romanam. Unde Franciscus Pena in 3 parte directorij in Scholio ad numerum 92 ita scribit, Etquidem in supremo inquisitionis prætorio & Romanæ inquisitionis sæpe pronunciatum est, nec posse nec debere Episcopos amplius virtute Concilij Tridentini absolvere occultos hæreticos in foro conscientiæ sine quod per processum Bulæ in Cæna domini sit Concilium Triden: derogatum, sive quod ita juris & Gregorius 13 expresse declaravunt. Adzor vero addit etiam clementem 8 istud declarasse illis verbis lib 8 Cap 9 Quæst 10 Mihi profecto magis hæc sententia probatur (hoc autem dicit propter alios qui contrarium sentiunt) quippe pluribus autoritate confirmata probabilior, tutior & verior est. Ita etiam declaravit Congregatio Cardinalium super locum prædictum concilij Tridentini, audiui ab viro religioso, docto ac fide digno idem respondisse SS nostrum Clementem 8, & huic etiam sententiæ ego subscribo.

Hæresis crimen reservatur Pontifici si sit occultum.

Nullus potest absolvere a casibus summo Pontifici reservatis sine speciali facultate

Derogata potestas absolvendi ab hæresi occulta Pontifici.

Concludo hanc petitiunculam & dico Sacerdotem qui sine legitima facultate absolvit ab hæresi latque etiam ab alijs casibus Bulæ Cænæ domini ut hoc generatim dicam ipso iure esse excommunicatum, & nihil eius absolutionem valere

Sacerdos qui sine legitima facultate absolvit, incurrit excommun: Absolutio nihil valet.

Prima pars patet ex Bula Cænæ domini Quodsi forte aliquis contra tenorem presentium talibus excomunicatione & anathemate ligatus vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto presumpserint eos excom: sententia in modum damnes, grauius contra eos spiritualiter & temporaliter prout expedire nouerimus processuri, Dixit Pontifex Presumpserint quia fortasis possint excusari ignorantia. Dixit fortasis in ysdem literis Bulæ additur. Ceterum Patriarche Archiepiscopi Episcopi aliique locorum ordinarij & Ecclesiarum Prælati, nec non rectores ceterique curam animarum exercentes ac presbiteri seculares & quorumuis ordinum regulares ad audiendas peccatorum Confesiones quauis autoritate deputati transumptum presentium literarum penes se habeant: easque diligenter legere ac percipere studeant.

Sacerdotes omnes ingenere, debent scire qui casus reseruati Summo Pontifici & alijs Episcopis

Secundum vero quod scilicet talis nihil efficit circa pœnitentem, seu pœnitentem non soluit, manifestum etiam est quia talis non habet in talem pœnitentem iurisdictionem quia talis iuris dicto est Papalis.

Hæc Censura quam incurrit Sacerdos Hæreticum absoluens sine potestate ad id specialiter sibi comissa non est modo reseruata Vt recte ostendit Suares contra quosdam qui ita hyperbolizabantur Eius est soluere cuius est ligare, Papa istum ligat ergo Papa illum debet soluere. Verum tamen inquit Soar: eo ipso quod specialiter hæc censura non est reseruata censetur a Papa absoluendi eius concessa, iuxta Caput Nuper parag: in vero Casu, Vbi sic respondet Innocentius 3 Vratislauensi Episcopo Quamuis excommunicans iuris sententia sit ligatus, quia tamen conditor eius scilicet iuris absoluendi sibi specialiter non retinuit eo ipso concessi videtur facultatem alijs relaxandi. Vide Nauarrum in Suma Cap 27 Num 74. Fuerunt alia pœnæ quas dictus Sacerdos incurrebat sed sublatæ iam sunt eo ipso quod in postrema Bula editi, huius modi enim Bulæ seu processus habent vim usque ad tempus quo a futuro Pontifice nouæ edantur.

Censura quam incurrit Sacerdos absoluens sine facultate reseruata summo Pontifici

Ad extremum vt quis & tuto absolvere: & secure Confiteri possit si habet circa hæc ta scrupulum consulat circa hæc Priuilegia sibi concessa. De priuilegiis nostræ Societatis nihil dicam ne forte alicui non legitimum olus sed scandicem venditare videar. Porro si quis habeat potestatem talem absoluendi, Idololatram suæ Adulterium cum cum ei pœnitentiam iniungit secundum Paulum Comitolam lib 4 Quæst 2

Qui habet potestatem absoluendi a prædictis casibus, quid debet facere in absolutione

primo curauit

primo curauit ut errores in quos lapsus est detestetur, Impia dogmata eiuret 2do ut
se in Catholicæ fidei veritate manfurum esse scripto spondeat idque publice vel prima
facie faciendum est. prout crimen publicum vel occultum fuit, Quia Hæreticus est ipso iure
excõmunicatus Psalmo Miserere & verbere absolutatur cum alijs minoribus pœnitentijs.
Idem habet Siluester verbo Hæresis 1° Quæst 7 Sed his magna est prudentia necessa-
ria, quia debet considerare absoluens personæ dispositionem & etiam modum quo in
cidit in prædictam suæ Hæresim siue Idolatriam, indulgendum est enim ei aliquid
qui lapsus est timore & non cupiditate, quia timor non nihil diminuit de voluntario
non vero cupiditas nocta id quod dixi supra.

Absoluens debet considerare personæ dispositionẽ

Secunda Pœna Hæreticorum Irregularitas

Procedo ad principale dubium quod fuit de pœnis Hæreticorum in genere & Dico 2do
hanc esse 2dam Hæreticorum pœnam scilicet quod contrahunt irregularitatem, efficiun-
tur enim inhabiles ad quodlibet Officium Publicum, vel Officium Ecclesiasticum ut aper-
te declaratur Cap 2do Paragrafo de Hæreticis in 6 Itaque 2dum probabiliorem sen-
tentiam quæ est Angeli, Siluestri verbo irregularitas, Et Nauarri in Manuali Cap 27 Nume-
ro 20° Ille qui fuit Hæreticus etiam si ad Catholicam fidem per pœnitentiam conuertatur
& ab excõmunicatione ac peccatis absoluatur ad huc indiget dispensatione, vt ad ordines
legitime admitti possit, & colligitur hoc ex Capite Saluberrimum Caus 1ª Quæst 7.
Item Hæreticus abiurata Hæresi ad laicam tantum cõmunionem admittitur Causa 1ª
Quæstione 6 Capite 1°

Ille qui abiurata Hæresi ad Catholicam fidem cõuertatur indiget dispensatione ad Irregularitate

Cæterum dispensatione permittitur in ordinibus ante hæresim susceptis ministrare Cau-
sa prima Quæst 1ª Capite si quis hæretice. Non vnquam etiam dispensatio conceditur
ut possit sacris ordinibus iniciari & creari Sacerdos Caus 1ª Quæst 7 Cap Conuenientibus.
Eodem dicendum est de Idololatra, aut qui palam Turcarum aut Saracenorum secta
aut Iudæorum perfidia adhæsit, etiam si exterius tantum absque vllo mentis errore hæc
fuerit professus. contrahunt enim tales omnes irregularitatem non quidem ea qua af-
ficiuntur Hæretici, cum nullo infide mentis errore sint lapsi ut suppono, sed eam quæ con-
trahitur hoc crimen notarium dignum ea pœna quæ in iure Canonico dicitur, deposi-
tio qua Clericus ab Officio amouetur, etiam si exterius tantum laboraretur in crimen no-
torium. Quod si clericus habens iam ordines Officio suo propter crimen notarium
priuaretur, quanto magis arcebitur ab Officio Clerici qui non dum illud habuit.

Dispensatio ut possit sacris ordinibus dignus iniciari & creari & semper conceditur

Crimen notorium

Tertia Pœna Hæreticorum

Tertia Hæreticorum pœna est quod eorum bona ipso iure sunt Fisco

adiudicata

adiudicata, idque etiam ante vllam in iudicio sui delicti condemnationem, ut tenet Hos. sententia probabiliori, non tenetur tamen ipso facto in foro conscientiæ Hereticus bo te sui condemnationem Fisco tradere, antequam Fiscus sibi ea vendicet. Vide Sot. reliquis de hac re quæstionibus.

Quarta Pœna

Quarta Hæreticorum pœna est qua suis dignitatibus honoribus publicis o beneficijs priuati sunt vel priuari merentur iuxta id quod habetur in Capite ut Co parag: priuandi de hæreticis in fi. Et Capite Si papa distinctione 40. Et Capite contra pacem Cau. 24. Quæ. 1ª.

Quinta Pœna

Quinta pœna Hæreticorum est, in Capite vltimum de Hæreticis quod omnes qui erant aliqua obligatione hæretico obstricti, si obligatione iuris iurandi: fidelitatis: siue obsequij: siue alterius pactionis & promissionis absoluti sunt a debi totius obsequij, ut ibi explicatur.

Sexta Pœna

Priuatio Sepulturæ Ecclie qui permittunt sepulturæ Ecclam Excõmunicantur

Sexta Hæreticorum pœna est priuatio Ecclesiasticæ sepulturæ, Vnde Gr quicunque de Hæreticis statuitur sic Quicunque Hæreticos, Credentes, receptatores, rum fautores scienter præsumpserint Ecclesiasticæ sepulturæ tradere, vsque ad satisfac idoneam excõmunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mere nisi propris manibus extumulent, & proiciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus u perpetuo careat sepultura. Hæc ibi notandum est autem huius modi pœnam ante Clemen nas editas specialiter fuisse in hæreticos constitutam, sed postea in Clementina 3ª de sepu ris irrogatam esse omnibus excõmunicatis. Nec sufficit inquit Adzor tit 8 Cap 11 ut qui fuit Hæreticus vel excõmunicatus idoneam satisfactionem reddiderit, sed opus est ad ut Ecclesiastica sepultura mandetur debita etiam absolutione non solum in foro conscientiæ sed etiam in foro exteriori esse absolutum. Nam cum publici vel manifesti Hæretici fuerint excõmunicati fuerint, constare debet eos esse absolutos ut ad sepulturam Ecclesiasticam admittantur.

Septima Pœna Infamia.

Septima Hæreticorum pœna est Infamia in Capite Excõmunicamus Bon Credentes, fautores &c Verius tamen est hac pœna infamiæ Hæreticos non affici nisi post sententiam iudicum, nam infamia iuris nullo modo contrahitur nisi post condemnatio nem iuris Ita Adzor cum auctoribus quos ibi citat. Dicitur autem infamia iuris qua statim ut per sententiam iudicis crimen fuerit declaratum, reus est infamis, nec enim opus est ut iudex condemnet reum vt infamem, sed tantum ut crimen declaret Verum ani maduertendum est si crimen Hæresis fuerit notorium per euidentiam factus Hæretic etiam infamiam contraxit facti, infamia autem facti per contrarium factum abolet

Infamia facti per contrarium factum abolretur

Octaua pœna Hæ-

Octaua pæna Hæreticorum continetur in Capite quicunque parag: ad hæc de Hæreticis in 6 Vbi dicitur quos cunque viros Ecclesiasticos qui ad preces Hæreticorum vel credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum, dignitates personatus, & quæcunq; alia Ecclesiastica beneficia sunt adepti, exnunc priuamus taliter acquisitis volentes, quod tales & habitis careant perpetuo, & si receperunt illa scienter (hoc est ubi Glosa interpretatur sciendo eos esse Hæreticos, Credentes, fautores &c qui preces offerebant) adalia vel similia nunquam imposterum admittantur.

Octaua Pæna.

Preces eorum pro aliqua persona ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum nihil valet

Item filij Hæreticorum, Credentium, fautorum, &c usque ad 2dam generationem ad nullum Ecclesiasticum beneficium seu Officium publicum admitti possunt Cap quicunque paragrafo Hæretici, de Hæreticis in 6. Et locum habet constitutio in omnibus filijs siue legitimis siue illegitimis, & infilijs etiam natis antequam parentes in hæresim incidissent, hoc multorum doctorum probat Scholiastes in directorio inquisitorij parte 3 Quæst 114 Nu 163.

Filij Hæreticorum usque ad 2dam generationem ad Officia admitti non possunt Ecclesiastica vel publica.

Quamuis autem huiusmodi filij reddantur inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum vel officium publicum modo explicato, non tamen priuantur beneficijs vel officijs antè facinus parentis obtentis vt recte probat idem Scholiastes loco citato. Quod autem dicitur de filijs usque ad 2dam generationem. In Capite statutum 2do de Hæreticis in 6 declaratur primum & 2dum gradum perlineam paternam comprehendere. Per maternam vero ad vnum tantum gradum prætendi. Exempli gratia fingatur Iurlas esse Hæreticus, Credens fautor, receptator, & fingatur habuisse filium & filiam, vtreque redditus est inhabilis ad officia publica, quod si filius filium susceperit ipse quoque Nepos hoc est filius filij est efectus inhabilis, quod si filia filium genuerit nepos ex filia non est inhabilis.

Exemplum

Item si fœmina in Hæresim incurreret & filios gignat sunt inhabiles filij sed non ex filijs & Nepotibus Hæreticorum, Credentium & fautorum, excõmunicatorum, qui tales etiam decisse probentur, non autem illorum quos emendatos esse constiterit & Ecclesiæ reconciliatos. Excipe ab hoc aduertendo filios eorum qui lapsi sunt in Hæresim, & dum traditi sunt curiæ secularj doluerunt, respexerunt & Catholici usque ad mortem perseuerauerunt, afecti sunt tamen pœnâ Hæreticorum, horum enim filij incurrunt prædictum inhabilitatis impedimentum. Et tenet Joannes Andreas Francus, Simancus & alij quos refert Scholiastes in directorio inquisitorum parte 3 Quæstione 115 Comento 154. Han etiam opinionem Abzor dicit esse probabiliorem, quia illi parentes relapsi quamuis perpaulò etiam respuerunt, non habentur (scilicet in foro exteriori) prorreconciliatis, eo quod curiæ

Qui excipiuntur a supra dicta pœna in foro exteriori.

secularj tra-

secularj tradit' sint.

Nonz ultima & maxima pœna hæretticorum Capitis supplicium.

Vltima pœna Hæreticorum Capitis supplicium, de hac fuse tractat Aduersus hæ-
Capi: 13, ego si singula persequi vellem nullus esset finis. Prohibet quidem dominus Matth.
eradicari Zizania ne simul & triticum euelatur. Ait idem Christus Lucæ 14 dicit Compelle
trare. Ad rem ergo respondeo Christum dominum non voluisse simpliciter eradicari
Zizania, sed ne hunc eradicentur quando vna cum ipsis triticum sit euelendum, id est non
Hæreticos interimendos tunc cum inde bella & cedes hominum, respublica pacatis ex
vt ex comentarijs D. Chrisostomi Ephtimy & Theophilacti coligitur. Illud autem Co-

Compelle intrare

pelle intrare, & si aly aliter explicent, Optime tamen Sanctus Augustinus exponit de
olentia quæ adhibenda est Hæreticis: qui aliquando fidem professi sunt, & postea Hæreti
vel Schismatici facti sunt, aut aliter auia Dei apostatauerunt, his enim pœnis possunt
fidem renocari. Vide hunc Patrem libro 3 contra Epistolam Parmeniani Capite 2

Testimonia Scripturæ

certe res hæc Sacræ scripturæ testimonijs comprobatur, Nam Leuit: 20 & numerorum
Qui ad magos declinauerant capitis supplicio plectebantur Item Leuit 24 Blasphe-
Deut 13 falsi Prophetæ. Et sane si adulteratores Monetæ & perductionis rei Capi-
pœnam sustinent, Lege 1ª, Cta & 3ª de falsa moneta. Et lege quicunque, Cur eam non
stineant Hæretici, rem hanc ipse Christus declarasse videtur prædicto Capite Lucæ 14
Nam cum dixit illa verba exi cito in plateas & vicos Ciuitatis, & pauperes ac debiles
cecos introduc, hoc videtur designasse eos qui nunquam Christo nomen dederunt esse
dem conuertendos propria voluntate, quales sunt Gentilles. Cum vero dixit exi in
& sepes & compelle intrare ut impleatur domus mea, aperte videtur indicasse eos q
Sacro Baptismate abluti fidem & religionem Christi susceperè: ac proinde pedem in
fuere, sed nescio iniquibus sæpibus hesere, cogi iuxta id præstent & excoluant quod promi
Ytaque Resiensis Joannes Andreas Abbas in Caput ad abolendam de Hæreticis dicens
nam illam qua Hæretici in Christiana republica ingruentes exeruntur Colij ex eo quod Chri
dominus dixit Joannis 15 si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes &
ficet, & colligent eum & in ignem mittent, & ardet. Ait tamen vtrum sensum literalem locus
le intelligitur de omnibus peccatoribus qui exciderunt a gratia & Charitate Dei, hi e
igni inferorum æterno deputantur.

Pœna ignis iure scripto comprobata.

Quare pœna illa ignis vsu & more peruetusto primum est introducta, deinde vsu cham
confirmata, & tandem iure scripto est comprobata. Conformatur autem in hac pœna

publica Chri

publica Christiana legi Diuinæ, nam Deus ipse Num 16 Sectatores Chore Dathan & Abiron qui cum suis tentoriis & universa substantia viui aterra deuorati sunt, Sectatores ingrati eorum 250 viros igne cælitus immisso exusit sicque consumpti periere quia suo Capite deliquerant. Hæc autem pœna ignis puniuntur Hæretici relapsi, pertinaces. Si quos sitæ Pœna ignis qui sunt puniendi
Hæreses non pœnitet, nam alij omnes Ecclesiæ gremio recipiuntur si ad saniorem mentem redeant.

Petes Vltimo quænam pœna meruntur ab illis qui exterius tantum comiserunt Idololatriam sine interiori infidelitate.

Dixi ab initio huius Quæstionis peccatum Idololatriæ duobus modis posse cõmitti ab hominibus baptisatis Vno modo exinterna infidelitate, Alio modo absque infidelitate interiori, ex variis causis quæ possunt reuocari ad duas scilicet vel ad cupiditatem, vel admetum. Jam de prioribus actum est satis in præcedentibus dubijs, de posterioribus his breuiter nunc dicam. Peccatum Idololatriæ duobus modis committitur.

Respondeo ergo ad quæsitum cum Paulo Comitolo hanc fortasse non indignam prorsus existimari debere, Vt per annum octauo quoque die Sacramentum pœnitentiæ obeant, Vt per annum singulis Sabbathis genibus nixi Officium B. Mariæ Virginis recitent. Vitrigintia dies quotidie lingua signum crucis in terra describant, osculentur, ter quoque post quam signum illud osculati fuerint percusso pectore tanti sacrilegij a Deo atque ab eius sanctissimæ Matre veniam deprecentur, Nostram fidem & augustæ Dei paræ Virginitatem laudibus efferentes: cunctasque hæreses & superstitiones nec non ipsum nefarium Dæmonem detestantes detestantes. Pœna interna idololatriæ seu infidelitatis

Hæc quidem pœna directe ponitur apud prædictum autorem in eum qui animam suam Diabolo deuouit: Christianam religionem euasit: Sanctissimam Virginitatem negauit absque vllo errore intellectus, in foro tantum exteriori. Reuera tamen parcis detractionis conuenientissima est pœna hæc omnibus Idololatris etiam exterioribus, habita tamen ratione eorum qui metu lapsi sunt. Supple hic ea quæ deest pœna quam declarari, contra viros Hæreticos seu idololatras veros, inferre eorum primæ pœnæ, quæ est excommunicatio illis verbis Cum alijs minoribus pœnis. Intelligi enim illis verbis pœnas condignas, ita tamen ut hunc Illum Casum, prudentiæ confessarij committam. Et hæc sufficiant de Idololatria.

De Diuinatione

DE DIVINATIONE

Secundum Toletum tractandum primo esset de Magia, hanc enim ille ponit secundam speciem Diuini cultus, ergo a falsum Deum exhibita; quia tamen alij autores prius agunt de diuinatione: & materia de diuinatione nobis magis est propria, de hac etiam ego prius agam, eritque Deo fauente pulcherrima & utilissima, præsertim in his partibus.

Quæritur IX

Quid sit diuinatio et vnde habet suam deformitatem.

Diuinatio duplex

Dico Primo Si bene nocis attendamus diuinatio bona & mala esse potest, quia nihil aliud est quam Diuina nocio. Vide Ciceronem libro 1° de Diuinatione. Quia tamen hæc cognitio quam nos appellamus diuinationem in gentibus prouenichat ex virtute dæmonis, ideo sacræ scripturæ & Ecclesiasticorum doctorum diuinatio fere semper in malam partem iam inde accipitur. Si autem cognitio occultorum ex Dei dono seu reuelatione accipiatur dicetur Prophecia, vel scientia aliqua infusa: non diuinatio. Sanctus Hieronymus in Caput 3 Michæ circa finem dicit, diuinationem in scripturis sacris semper in malam partem sumi; & ita illud Numerorum 23. Non est augurium in Jacob nec diuinatio in Israel, quod in laudem populi dictum est, in quo erat Prophecia non diuinatio. Vnde Origenes homilia 14 in numeros, diuinationem putat peruersissime ex contrario nomen accepisse, quasi quæ homines dæmonibus impletos faciat. Isidorus autem libro 8 Ethimologiæ Cap 9 dicit superstitiosos vocari propterea diuinos pro diuinitates se plenos simulans & astucia quadam fraudulentia hominibus futura conjectant.

Diuinationis communis definitio.

Dico 2do Diuinationem de qua nunc loquimur sic posse definiri in communi. Diuinatio est cognitio futurorum occultorum quæ vi naturæ ab homine cognosci non possunt per media inde debita procurata & comparata. Talem diuinationem esse praua[m] docet nos fides Ca-

cta Catholica. Primo quia in scriptura prohibetur, loca tantum brevitati consulens indicabo Deut 18, Levitici 19, Levit 20, Ecclesiastici 34 Secundo quia haec prohibitio non fuit tantum in lege veteri sed etiam nunc durat. Unde in sacris Canonibus prohibetur Causa 26 Quaest 1ª per multa capita, & in aliis Pontificum decretis. Et habetur etiam in iure Civili C. lice de maleficiis. Itaque hoc vitium non ideo est malum quia prohibetur, sed ideo prohibetur quia malum. Dividitur autem generaliter in duas species, quarum una potest dici divinatio cognitionis, altera divinatio operis. Cum ergo prior appelatur superstitio divinationis, posterior vero vocatur divinatio vana observantia. Ut patet ex D. Thoma 2da 2dae Interpretibus Quaest 95. & 96.

Divinatio non tantum in lege veteri sed etiam nunc a prohibetur

Divinatio ex natura sua mala

Ut autem communis definitio huius superstitionis & sufficientia dictae communis divisionis intelligatur, advertendum est Primo ex doctrina D. Thomae 2da 2dae Quaest 92 art 2 & Quaestio 95 art 2 divinum cultum ordinari non solum ad reverentiam Deo exhibendam, quasi recognoscendo solum excellentiam divinitatis & maiestatis eius, sed etiam eundem divinum cultum referri ad aliquid a Deo obtinendum, quod solus ipse praestare potest. Superstitio igitur idolatriae expraesse (de qua agimus hucusque) opponitur reverentiae debitae Deo priori modo; Vide autem superstitio tacite idololatriae quam vocamus divinationem opponitur cultui debito Deo posteriori modo.

Divinatio opponitur cultui Deo debito

Duo autem sunt quae homo potest a Deo velle singulariter obtinere. Unum est mentis instructio in cognitione rerum occultarum; quas per sua naturae vires consequi non potest. Aliud est effectus alicuius operationis superantis vim causarum naturalium, sive effectus ille sit exterior & sensibilis sive interna qualis est affectus voluntatis. Quando ergo homo aliquid extra duobus intendit seu cupit consequi, scilicet cognitionem alicuius rei occultae, & effectionem alicuius superantis vim naturae) ab alio quam a Deo, & aliquid facit eo fine, censetur committere superstitionem tacitam idololatriam continentem: quae superstitio si ordinetur ad cognitionem occultorum obtinendam divinatio dicitur, sive vero referatur ad effectionem praeternaturalem dicetur vana observantia, nos eam posterioribus appellabimus Magiam, dicamus nunc sicut coepimus de divinatione.

Ratio, modus, & malicia divinationis.

Advertendum igitur 2do ad intelligendam rationem & modum maliciae quam in se includit divinatio duo quidem ratione esse distinguenda. Unum est per modum finis, aliud est per modum medii eorum. per modum finis in imaginatione intervenit appetitus & desiderium sciendi occulta: nam licet haec ipsa cognitio occultorum possit apeti ut medium ad alios fines; Ut ad vanos honores, ad famam comparandam, ad lucrum, ad evitanda pericula & similia; tamen isti fines sunt per accidens ad maliciam divinationis quam inquirimus, nam ipsa cognitio occultorum

est per se apetibi

est per se apetibilis vl finis, & non ut medium, & sepe desideratur ex sola nimia curiositate scien-
Secundo interuenit in hoc opere modus seu media & vis acquirendi talem cognicionem.
Et in hoc consistit propria deformitas huius accionis, prout nunc a nobis consideratur.

Modus indebitus

Dico tertio proprius modus indebitus diuinationis futurorum quo hæc superstitio com-
pletur est, quod talis cognicio non auxilio Dei sed aliunde inquiritur ac postulatur, nam
a dæmonibus, ut explicat D Thomas 2da 2dæ Quæst 95 arti: 2 illis verbis Omnis diuinatio

Diuinatio ex opere Dæmonis prouenit?

ex opere dæmonum prouenit vel quia expresse dæmones inuocantur ad futura manifes-
tanda, vel quia dæmones introeunt se vanis inquisicionibus futurorum, aut mentes ho-
num implicent vanitate; de qua dicitur Psalm 39 Non respexit in uanitates & insanias
falsas, & certe seclusio Deo non superest homini recursus in talibus nisi ad dæmones Videl

Potestas dæmonum

Cyprianum de idolorum vanitate vbi hæc habet, nequissimi Spiritus afflatu suo vatum
toras inspirant, extorum fibras animant, auium volatus gubernant, sortes regunt, oracula
ciunt, falsa veris semper involuunt, nam & saluntur Vide Diuum Augustinum lib 2 de doc-
na Christiana Cap 22 in fine, & 23 in principio. & Origenem Hom: 16 in Numeros.

Cognitionem aliquorum occultorum postulare à deo non est diuinatio, sed tentatio Dei

Dixi seclusio Deo, Nam potest quis curiose vel superstitiose apetere cognitionem aliquorum
storum, eamque a vero Deo indebite postulare, & tunc non erit superstitiosus nec diuinus,
tans Deum, aut indiscrete deprecans Deum. Tales erant discipuli Actorum Cap 1° quando
Christo interrogabant, domine si in tempore hoc restitues regnum Israel, quibus ille respon-

Curiosa interrogatio Apostolorum & redarguitur fu-turi futura.

non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate, reiciens
rogationem illam tanquam ineptam. & appetitum illum ut curiosum: Dissimulauit a
illorum errorem de regno terreno & non reprehendit quia excusabantur ex ignorantia: quam C
stus noluit remouere usque ad Spiritus Sancti aduentum, reprehendit autem Curiosam in
rogationem de re futura, & soli diuinæ ordinationi & præscientiæ reseruata. Inquo
biter notandum est alium fuisse interrogationis sensum & alium responsionis. Verum quæ
aliquomodo proportionatum, nam Apostoli interrogabant de regno, & Christus autem re
dit de regno illis verbis quæ pater posuit in sua potestate. Alius tamen fuit sensus
lorum in hoc quod Apostoli interrogabant de regno terrestri: an scilicet futurum esset tale
illo tempore quo Christus ascendit quale fuit tempore Dauidis vel Salomonis florens
um. Christus autem respondit de regno quale futurum est post diem iudicij, de quo
singulis diebus dicimus adueniat regnum tuum. De regno in quam in quo omnia erunt
subiecta Deo nihilque eius voluntati contraueniet: quod erit in cælo scilicet post
iudicij. Sic & Mathæi 24 Christus interrogatus a discipulis dic nobis quando

erunt; & quod signi

erunt, & quod signum aduentus tui. Respondit de die illa nemo scit neque Angeli in celo, neque filius (ut addit D. Marcus) sed solum pater. Vbi adnotant Catholici doctores licet Christus diem iudicij non ignoraret simpliciter & absolute, sed solum certa quadam ratione, quia non ad se nec ex humanitate sciebat, voluisse tamen nihilominus cum illa exagerazione (neque filius) loqui ad retundendam curiosam interrogationem & inimicam auiditatem discipulorum; screndi futura quæ ex Dei voluntate pendent.

Scientia futurorum ex Dei voluntate pendet.

Excesserunt ergo discipuli in illo petitu interrogatione ac petitione, non possunt tamen dici fuisse superstitiosi aut diuinationi effectatores, quia non ab alio quam auctore Deo inquirebant futurorum, & licet indebito modo eam quærerent quia in tempestiue ac sine causa non tamen talis erat ille modus indebitus ut ad Superstitionem pertineret. Igitur non omnis indebitus modus in hac materia diuinationis sufficiat, nec per illa sola verba in definitione alata circulatione secunda seu dicto 2.to explicata est specifica ratio superstitionis diuinatiuæ seu magicæ, propria vero superstitio diuinatiua definitur adequate addita illa clausula scilicet quod talis cognitio non est auctore Deo, sed alunde inquiritur & postulatur a nimirum a Dæmonibus.

Apostoli non fuerunt diuinatores aut superstitiosi ex illa interrogatione

Duplex ratio superstitionis diuinatiuæ

Itaque perfecta perfecta definicio super diuinatura hæc est Diuinatio est cognitio occultorum quæ vim naturæ humanæ excedunt per media indebita hoc est per Dæmones procurata & comparata. Jam vero quod superstitio diuinatiua sit cognicio occultorum non solum per medium indebitum sed etiam per tale medium quod sit diabolicum, nimirum ad quod conatur aliquomodo Diabolus.

Probatur ratione & declaratur, quia homo duplicem tantum vim acquirendi cognitionem habet. Vna est per inuencionem propriæ inieni. Alia est per disciplinam seu doctrinam. Res autem occultæ quæ per diuinatoriam artem cognoscuntur tales sunt, ut per solam inuentionem naturalem facultatem inieni humani cognosci non possint ea certitudine ac modo; quo per diuinationem expetuntur, Ergo necesse est ut per disciplinam seu doctrinam ab aliquo eas agnoscere discantur, ergo talis disciplina seu institutio seduso vero Deo a dæmone postulatur.

Duplex vis humana acquirendi cognitionem.

Further dicta patet etiam hoc ex materia subiecta, hoc inquam quod res tales occultæ quæ per diuinationem discuntur. sunt tales quod per solam vim inieni humani cognosci non possit nam hæc cognitio diuinatiua aliquando est de actibus liberis & futuris contingentibus per de actibus talibus qui possunt libertate humani arbitrij esse vel non esse, ac proinde possunt contingere hoc est non esse certo; sed ex accidenti, de talibus autem non potest esse humana cognitio, & licet esse possit aliqua coniectura, homo tamen per hanc superstitionem

Cognitio diuinatiua aliquando est de actibus liberis.

certiorem qua:

certiorem quærit cognitionem quam coniecturam imo certissimam & infallibilem, quæ proprie est Dei vel revelationis scire iuxta illud Isaiæ 41 annunciate nobis futura & dicemus quod dii estis. Deinde hæc cognitio divinatoria inquiritur aliquando de rebus quæ in præsenti tempore fiunt, hæ autem sunt vel cogitationes vel affectiones mentis humanæ; nullo externo signo manifestate, quas solus Deus novit vt dicitur 2 Paralip Cap 6 tu solus nosti corda filiorum hominum.

Cogitationes vel affectiones per naturalem causam non possunt demonstrari

Quero ergo cogitationes hæ vel affectiones per quam naturalem causam demonstrari possunt, ea certitudine quæ hic inquiritur. Vel si sunt exteriores effectus sunt in loco vel absentibus & distantibus vel aliter occultis ut sub humanarum sensum vel cogitationem tempore cadere non possunt quando eorum cognitio postulatur.

Cognitio de rebus præteritis & occultis

Rursus peti potest hæc cognicio de rebus præteritis eodem modo occultis & remotis a sensibus humanis; & cum certitudine superante omnem humanam naturalem coniecturam.

Cognitio divinæ prædestinationis

Peti etiam potest hæc cognitio de rebus pertinentibus ad ordinem divinæ prædestinationis aut singulari providentiæ.

Cognitio rerum naturalium occultarum

Item peti potest de aliquibus rebus naturalibus ita occultis humano ingenio, ut nullis effectibus vel signis sensibilibus indicentur, ut sunt plures herbarum proprietates vel lapidum &c. vel denique licet talia sint ut humana industria ac diligentia aliquomodo comparari possint, tamen hanc superstitionem divinatoriam scientia desideratur fine humano labore aut ingenio & breviori tempore: facilliori modo: maiori que certitudine: quam per vires humanas possit. Constat igitur hanc cognitionem non posse obtineri per inventionem humani ingenii.

Procuratur ergo hæc cognitio ab aliquo alio quam quicam possit docere & tradere, & dato se est illum doctorem esse intellectiorem personam, quia res inferiores siue animes siue animata irracionales non possunt hominem docere propria doctrina ut per se notum est, nec licet cali dicantur loqui & bruta animalia, non tamen proprie sed Metaphorice quatenus scilicet ex eorum actibus vel operibus excitari potest homo id per discursum sum aliquis intelligat, quod ad inventionem pertinet non ad divinationem, sed hanc modernam excludit quia hic modus est intra limites ingenij humani, igitur propriam disciplinam non accipit homo si per illuminationem aliquam propriam naturæ intellectualis. De qua re solent disputare theologi in materia de Angelis. Hæc autem disciplina in præsenti non petitur a vero Deo ut supponitur ergo a Dæmone. Probatur consequentia, quia inter Deum & Dæmones tantum sunt Dei Sancti, vel alij homines. Sancti autem Dei cum sint Dei ministri ab ipsius voluntate discrepare non possunt, ac proinde nihil homines docent, nisi quod a Deo accipient & ideo quod

Cognitionem aliquam a Sanctis petere ad Deum revocatur

accipiunt homines

accipiunt homines instruant. Vnde quidquid a sanctis Dei petitur ad Deum reuocatur.

Quod si hæc cognitio ab hominibus alijs petitur, oportet ut illi homines alij a quibus petitur supponantur habere hanc cognitionem vel a Deo vel a Dæmone, si a Deo iam illa non erit superstitio diuinatiua, sed uel prophecia vel alia reuelatio diuina, & hoc modo requirere scientiam etiam ab homine Dei ministro, idem est quod a Deo illam expectare, quia expectatur ab homine tanquam ab organo per quod Deus loquitur. Et tali ratione quando inquiritur a ministro Diaboli, a dæmone ipso expectatur, quia expedit ab organo per quod dæmon loquitur.

Hac ergo ratione quia medium hoc acquirendi scientiam occultorum quæ vim humani ingenij excedunt inuoluit societatem familiarem cum Dæmone, est intrinsece prauum omnino impropor-tionatum ac inordinatum. Vnde S. Paulus 1ª ad Corin: 10 dicit nolo uos fieri socios dæmo-niorum.

Ad ferram hic pulcherrimam quandam rationem Origenis quæ non tantum huic doctrinæ seruit, sed multis alijs utilissime accomodari potest, habetur autem apud Origenem Hom: 16 in Numeros his verbis, Non uult nos Deus (inquit ille) auditores fieri & discipulos dæmonis, neque uult ut si quid uolumus discere discamus a dæmonibus, melius est enim ignorare, quam a dæmonibus discere, nam si expedit nobis scire futura, dicentur à Deo per Spiritum suum, si uero non dicuntur neque denunciantur scito quia nobis non expedit scire futura prænoscere, quod si idcirco non dicuntur nobis, quia ea scire non expedit. Qui diuersis artibus & artibus ac dæmonum inuocationibus gestunt futura prænoscere, nihil aliud faciunt nisi ea scire cupiunt quæ sibi scire non expedit

Cognitio hominem à quibus alij postulant est vel à Deo vel à Dæmone.

Nota

Melius est ignorare quã à Dæmonibus discere.

Dubitatur Primo

Quomodo in diuinatione superstitiosa involuitur Societas cum dæmone. Ratio dubij est, quia aliquando talis scientia videtur appeti ex quadam stulticia vanitate ac curiositate.

Dubium 1m

Quomodo involuitur societas cum Dæmone in diuinatione superstitiosa

Pro resolutione Dubij Nota Superstitionem diuinatoriã aliquando intervenire pactum explicitum seu expressum cum diabolo, quando scilicet expresse invocatur ut operetur talem effectum vel tali necessitate. Aliquando autem in hac superstitione diuinatoria intervenire solum pactum implicitum, absque vlla expressa invocatione ipsius, quod ut intelligas scire debes duo requiri ex doctrina Sanct. Thom 2da 2dæ Quæst 95ª Art. 2. ad hoc ut pactum implicitum seu negociatio implicita cum dæmone cõmittatur in quisitione occultorum de qua modo tractamus. Primum est ut medium cognitionis per quam occulta inuestigantur non sit proportionatum humano ingenio seu humanæ cognitioni quæ per sensum acquiritur, siue ut sit obiectum

Pactum cum dæmone duplex, implicitum, & explicitum,

Ad pactum implicitum duo requiruntur.

1º

Medium cognitionis

non sensibile ab

non sensibile ab homine. Clarius Vt sit res talis quæ nullomodo potest attingi sensum homini-

2°

Vt medium sit improportionatum veritati

Secundum est ut tale medium sit etiam improportionatum veritati quæ per illum inquiritur ut nullam habeat conexionem cum illa veritate quæ inquiritur, ratione cuius optime possit hæc veritas ex illo medio colligi. Atque ita tandem concluditur, inquisicionem non esse vanam quando est per causam vel effectum. Ac subinde tunc esse vanam quando nec est per causam nec per effectum, & ita iuxta varia media in vtilia vana &, quæ solent esse in vsu diuinandi adres futuras prædicendas variis etiam assignantur species diuinationis, diabolus enim omnes fere modos quibus Deum verum vera religio consulit, & quibus Deus vicissim ipse suis seruis respondere solet Deum imitatur, & hac ratione speciem aliquam diuinationis captet & ostendet, has autem species comodius inferius recensebo.

Inquisitio per causas vel effectus non est mala

Dixi debere medium esse vanum & ineptum, quia si ex signo sensibili vel effectu vtpote tam deductionem inuenit humani fundatam in aliqua habitudine seu proportione adrem quæ inquiritur res inuestigetur, non erit diuinatio sed inuentio inuenti humani. Sic ex eclipsi prædicere aliquos effectus futuros non est superstitiosa diuinatio, quia eclipsis oritur ex concursu Causarum naturalium, ex quo aliquis etiam effectus cum illa segui solent. Sicut ex

Signa sensibilia

Effectus Eclipsis

Cantus Auium

Signa corporalia

Arcus Cæli

Signa ignis in die Pentecostes.

adueniens Spiritus Sancti. At vero quæ habet connexionem naturalem causæ
effectus vel signi naturalis, aut a Deo impositi, quod si canis aut puer aliquis inter duos inu
rim ambulantes, aut lapis interuenerit, malum sit omen, & cum quis se calceat, sternutat
quæ est connexio ut redeat ad lectum, vel si procedens offenderit, quod est signum a Deo
datum ut redeat domum, Et pulchre D. Augustinus libro 2. de Doctrina Christiana
Capite 1°. prosequitur hoc prænotato.

Dico Primo. Pactum implicitum cum Dæmone tunc interuenire, quocies homo serio Pactum implicitum cum Dæ-
utitur signis paulo ante explicatis, ad veritatem occultam inquirendam, hoc est signis mone interuenitur ex serio
nec humanis ab sensu remotis, & inuento humano occultis ac ineptis, quia nullam ha- usu signorum.
bent connexionem cum re quæ inquiritur; nec naturalem nec ex diuina impositione. Qui ex-
inde credit his signis, & accipit illa, iuxta regulas artis diuinatoriæ non credit signis istis,
quia sunt naturalia nec quia a Deo reuelata, ergo credit illis tanquam signis a Diabolo
institutis.

Dixi serio. nam si quis huius modi aliquid faciat, non quia putet esse vtile, nec quia sperat
per illud scire veritatem occultam; sed solum ociose quærendo quid casu accidat, vel quid Exceptio.
deluget tale signum, iuxta regulas illius artis, quas ipse putat falsas esse & nullius momenti
non operabitur ex pacto implicito Dæmonis, sed solum materialiter faciet id, quod stulti
aut dæmoni solent facere formaliter, ideoque per se loquendo & seduso scandalo vel periculo
per illa ioca prouenientis adseria, illud non erit peccatum mortale sed venale, ut recte
Caietanus annotauit.

Probatur ergo conclusio nostra scilicet quod tale pactum interueniat cum Dæmone, quando se- Probatur, quod ex serio usu
rio aliquis utitur signis explicatis, probatur ingnam, quia non potest acquiri cognitio alicu signorum pactũ cum Dæmo
ius rei occultæ per aliquod signum, quod illam rem occultam ex natura sua non significat, nisi ne interuenitur.
quia significare creditur ex impositione alicuius habentis autoritatem, sed in diuinatione
non sunt signa naturalia ut locus dixi, & ram probando fefus sum, nec sunt signa per auto
ritatem Dei imposita, quia Deus diuinationem detestatur, ut insinuat locis illis scripturæ su-
periùs Citatis, Ergo quibus utitur ut vtilibus credit esse imposita ab aliquo habente
autoritatem, quod si nec a Deo nec ab Angelis aut sanctis, nec ab homine, quia homo Homo esse nihil potest ultra
non potest vltra inieni sui vires aliquid scire citra reuelationem diuinam, quæ iam vires ingenij sui scire.
est exclusa: ac multo minus poterit signum aliquod instituere ad cognoscendum id quod
excedit vires inieny humani, Ergo signa illa imposita sunt a Dæmone. Et hæc est socie-

tas vel pact:

etas vel pactum implicitum cum dæmone uti signis illis, ni virtute tamen per talia si
á Dæmone discere, Voco autem non quasi stabilem connunctionem tantum, Cum dæmo
mutuam promissionem & obligationem, sed etiam quamcunque societatem & deprecatio
petitionem auxilij a dæmone ad aliquid cognoscendum. Nam utrumque horum
ad superstitionem falsi cultus ut supra declarani cum dicerem Idololatriam pos
milli vel per hoc quod res creata tanquam Deus in necessitate aliqua postulet
Tacita postulacio auxilij á Dæmone per signa ab eo inuenta. Constat autem in illo casu in quo aliquis vtitur signis exse inceptis, a Dæmone tamen, ni
esse saltem tacitam deprecationem & postulationem auxilij á Dæmone, quandoquidem
specie auxilij fit vana inquisitio seu usus talium signorum.

Virtualis deprecatio Quæro ergo à quo speratur cognitio veritatis per illa signa á Deo vel á Sanctis certe
go a Diabolo. Spes autem si non sit de rebus propria virtute possibilibus, sed de rebus
tro concedendis, inuolvit quandam deprecationem, vnde etiam desiderare restales qui
diuinâ etiam nulla fusa a vocali deprecatione virtualiter est deprecari. Vnde
Psal: dicitur Desiderium pauperum exaudiuit dominus Ac proinde a contrario
dere aliquid quod non fiat virtute naturali, sed virtute diaboli est virtute Diab
deprecari Vnde silicet verba scripturæ conuertere, possumus dicere de talibus desi
Diuinatorum exaudiuit Diabolus. Neque est necesse ut expræsse speretur a Dæm
tale auxilium, iam enim esset expræssa inuocatio Dæmonis ut constat, sed satis est ut h
his vanis inquisitionibus intendat spe cognoscendi futura, quia ut ait D Thomas stultu
mon se ingerit, Vnde virtualiter hoc est quod homo affectat, & hoc quod homo cupit est
Quæstiuncula Volumens Virtuale pactum, seu implicitum pactum cum Dæmone.

1 Potest ne uti aliquis signis á Dæmone impositis propter experientiam. Dices potest aliquis uti his inquisitionibus expræsse intendendo non habere pactum c
Dæmone, sed solum propter experientias aliquas.

2 Vel si opinetur talia signa non fuisse á Dæmone demo strata. Secundo Potest fieri ut utens talibus signis opinetur demonstrata non fuisse á Dæm
sed á Deo, vel casu esse inuenta, & postea usu comperium esse diua signi ex re Ergo
sic utitur dictis signis non profitetur pactum implicitum cum Dæmone. Denique

3 Qui non probatur malus bonus præsumitur non probatur malus, bonus præsumitur iuxta regulas iuris. Ergo si reuera aliquis
scial talia signa esse orta ex Societate dæmonis, & ideo velit illis uti quia non pro
tur malam habere originem sed occultam, ille talis non profitebitur pactum implic
Cum dæmone, quia faciet rem non malam ex sua opinione, quia illi non est probatum c
rium silicet rē talem esse malam Qui autem facit rem non malam ex sua opinio

non videtur pe

non videtur posse condemnari de pacto implicito cum Dæmone.

Ad primum respondeo Interdum per crassam ignorantiam vel incogitantiam potest aliquis velle contraria, nisi frequenter hoc accidit ut per talem ignorantiam seu incogitantiam crassam homo non tantum possit sed de facto faciat contraria ut verbi gratia volendo nolo et tamen faciendo. Sic ergo accidit in illo casu in quo aliquis non vult habere pactum cum Dæmone, sed vult cognoscere quasdam experientias. Nam licet is qui voluntarie utitur talibus inquisitionibus, explicite dicat se nolle habere pactum cum Dæmone, implicite tamen vult illud habere, quia vult uti illis medijs ut utilibus, cum tamen illa media utilitatem habere non possunt, nisi interventu Dæmonum, nec refert quod illa signa quibus utitur credat esse utilia propter experientiam, quia illa experientia ab ipso diabolo procurata est, ut homines ab illo decepti credant illa signa seu media cognitionis acquirendo esse utilia. Dæmones enim aliquando vera annunciant ex sagacitate ingenij sui, ut authoritatem sibi concilient cum hominibus, et ita securius homines decipiant. Et plurimum tamen Dæmones annunciant falsa, quia veneta Dæmones non possunt certo quoddam Dei consilio revelentur. Advertit etiam id Favorinus apud Gellium lib 4 Noctium Cap 1° Et Cicero lib 2 de Divinatione.

Rursus exillis quæ vera eveniunt multa sunt quæ casu et sorte accidunt ut observavit D Augustinus lib: 7 Confessionum Cap. 6° Neque excusantur isti dicendo se non curare inde tales doctrinæ originem traxerit, tenentur enim hoc curare, et corpso quod non curant: et nullam probabilitatem habent quod sit á Deo, voluntarie ignorare se fingunt quod sit á Dæmone.

Et per hoc etiam sit responsio ad 2dum, illud scilicet (cleinde fieri potest ut sic operans) opinetur non tamen videtur impossibile aliquando posse hic contingere ignorantiam invincibilem, cómuniter tamen videtur esse valde crassa talis ignorantia, quia tam non desunt Concionatores, et confessarij, qui rem hanc denunciant. Quando autem est crassa ignorantia et quando invincibilis, ex generalibus regulis de ignorantia discernendum est.

In summa tunc est ignorantia peccatum ut dicit Cajetanus in Summula, cum quis potest et debet scire aliquid, sive iuris, sive facti, et non facit quod in se est ut sciat illud. Vide Toletum lib 1° Capite 8° Et lib 8 Cap 1°. Et lib 1° Cap 28 Et libro 4 Cap 2.

ad primum

Homo per crassam ignorantiam frequenter facit contraria.

Dæmones aliquando vera annunciant.

Voluntaria ignorantia

ad Secundum

Ignorantia juris et facti est peccatum

Ad tertium vbi

ad tertium

Ad tertium vbi dicebatur qui non probatur malus bonus præsumitur, ex quo videbatur deberi has artes diuinandi posse præsumi bonas apud eum cui non probantur malæ.
Respondeo, negando, non probari has artes esse malas, quia non solum negatur ne scitur vt desint, sed etiam positiue scitur has artes esse a Dæmone. Ad hoc enim fecitam longos discursus superiores, in quibus ostendi has artes non continere scientiam inuentionis per ingenium humanum, sed traditione per disciplinam dæmonis, qui diuersus optime sunt perripiendi, qui sine illis nunquam poterit efficaciter hominibus superstitiosas, has artes esse pestiferas ac Dæmoniacas.

Obiectio
Quod ars diuinatoria per Sacram Scripturam est approbata

Obicies Scriptura Sacra videtur sepe tales diuinationes approbare, vt certe bene ex scriptura, vnde etiam a viris bonis videntur vsurpate, ergo falsum est quod hactenus debatur in diuinatione inire pactum ad minus implicitum cum Dæmone. Probatur antecedens

1° Eliezer seruus Abrahæ

Genes: 24 vsus est diuinatione Eliezer seruus Abrahæ, dicam expressit illis verbis Puella cui ego dixero inclina hydriam tuam vt bibam, & illa dixerit bibe domine quin & camelis tuis potum tribuam, ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, plane hic omnia sunt vnde inferius subditur, ipse autem complectabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum fecisset iter suum. Et tamen hoc factum seruilius non fuit malum, sed potius a Deo permissum effectum approbatum.

2° Jonatas filius Saul

Similiter Jonatas filius Saul 1 Regum Cap 14 pergens contra inimicos cum armigero conditionem posuit si dixerint manete, stemus, si autem dixerint ascendite ascendamus, quia tradidit illos dominus in manibus nostris. Quæ verba sicut de priora quam habent connexionem cum effectu qui sperabatur.

3 David cum Jonata

Similia sunt quæ dixit David ad Jonatam 1 Regum 20 si dixerit (scilicet Saul) bene pax erit seruo tuo, si autem fuerit iratus, scito quia completa est malicia eius. Ecce prædictionem occulti effectus exignis valde incertis, quid enim illud bene, est ad hoc quod Saul iratus est vel non iratus, poterat enim simulate dicere illud bene, ergo illud bene est incertum signum pacis futuræ, & tamen per illud David prædixit pacem futuram non tanquam per causam; quia si quodlibet bene esset causa pacis, nulla essent mendacia simulationes, non enim tanquam per signum a Deo datum, quia deo non constat.

4 Signum de Arca Dei

Præter ea est manifestum exemplum 1 Regum 5° vbi Sacerdotes & Diuini Philistiim rum, dederunt signum de arca domini, si per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipsa fecit nobis hoc malum grande, sin autem minime scremus quia neque

quam, quod sig:

quam, quod signum esse nullius momenti videri poterat, tamen diuina prouidentia illud probasse videtur.

Preterea Joseph erat vir Sanctus, tamen ipsum augurandi scientia vsum fuisse Joseph Patriarcha.
testantur ipse & dispensator eius Genes 44.

5°
Lineamenta seu signa manuum.

Ad extremum 37 habetur Qui in manu omnium signat ut singuli noverint opera sua, referuntque illa verba ad lineamenta manuum, ut inde fradeant non esse per se malum, ex his & signis manuum futura diuinare,.

Verumtamen dico 2do Cognicionem diuinatoriam esse intrinsece malam, Cognitio diuinatoria, est intrinsece mala,
ita ut nunquam possit esse honesta aut bona, si definicio diuinationis nobis explicata, in ipsa radicatur. Diuinationis nomen illius quidam ex communi vsu loquendo in malam partem accipitur. Dixi enim ante a hoc vicium prohiberi quia malum, & non ideo esse malum quia prohibetur, hoc autem est ex natura sua malum, at quod est ex natura sua malum Quod ex natura sua est malum, nungamm potest esse bonum,
nunquam potest bonum, quapropter quocuscunque aliqua actio materialiter seu in exteriori similis diuinationi videtur concessa seu approbata, signum est non fuisse vsurpatam vt diuinatoriam, seu non habuisse conditiones requisitas ad propriam diuinationem. Vel erat effectus causa, qui per illam quærebatur, Vel ad minimum erat signum diuinum ad cognoscendam talem effectum.

Ad primum

Ad primum ergo proinde ad primum argumentum quod in contrarium est alatum pro defensione diuinationis respondeo, In verbis Eliezer fecit Abrahe non fuisse illam diuinationem. Nam in primis verisimile est Eliezerum verba illa protulisse per occultum instinctum Spiritus S. qui in illo negotio gubernabatur. Et præsertim quod illa res seu legatio Abrahe per Eliezerum fuit maxime & sume adorandi mistery figura, incarnationis verbi Dei, sicut enim Abraham misit legatum suum ad quærendam sponsam filio suo Isaaco, sic Deus, pater omnium misurus erat aliquando Angelum suum ad quærendam Virginem in qua despondebatur humana natura ipsius filio coeterno, Unde non est mirum quod dixit verisimile est tunc adfuisse peculiare auxilium instinctus Spiritus Sancti seruo illi Abrahe.

Addo quia non videatur dubium quin ex magna fiducia in Deum illa verba protulerit, puella cui ego dicam de sperans peculiare patrocinium Dei ad eligendam sponsam domino suo. Et hoc significat D Thomas 2. 2 Quæst 96 Art 7 ad 3 Dum dicit

Eliezer attendis.

Eliezer attendisse verba puellæ oratione permissa ad Deum, de qua oratione bis fit mentio in dicto Cap 24 Geneſi: . Et idem ſentit D Auguſtinus lib 1° quæſtion in Geneſim Quæſt 53 dicens Aliud eſt mirum aliquid petere quod in ipſo miraculo num ſit, aliud hæc obſeruare quæ ita ſint ut mira non ſint, ſed a correctoribus ſticioſa vanitate interpretentur, Hoc eſt, aliud eſt petere miraculum á Deo ipſum miraculum deſignet rem quam quærit, ſeu aliud eſt petere ſignum miracu rei quam quærit, aliud eſt vero rem quærere quæ neque miraculoſa eſt, quæ á Deo inſtituta neque habet vllam connexionem cum re quæ quæritur obſeruare itaque Eliezer primum videtur peccaſſe, non autem poſterius, hoc eſt videtur poſtula raculum á Deo per quod tanquam per ſignum certum oſtenderetur illa puella quam rebat, non autem obſeruabat verba ipſa tanquam aliquid valentia ad hoc ſine Dei us oſtensione, quia verba illa ſine dubio exse ipſis ſciebat nullam habuiſſe connexi nem cum re, hoc eſt cum inuentione illius ſigni quem quærebat.

Eleazar excuſatur à peccato tentandi Deum

Dices Saltem reprehendi poteſt quia tentauit Deum. Reſpondeo de tentatione qua cõmittitur in Deum, dicam tunc quando agam de vltimo peccato quæ committitur contra hoc primum Præceptum. Nunc breuiter reſpondeo non fuiſſe in illo facto Eliezer tentationem Dei ſed conſultationem & ſanctam petitionem ex inſtinctu ipſius Dei, qui cum rationem acceptauit, & omnia complenit ſicut ſeruus petierat Vt ait diuus Chry Homil 45 in Geneſ: qui etiam ſignificat potuiſſe Eliezerum accipere ſignum illud ut co turam probabilem, candoris & probitatis animæ illius virginis absque vlla diuinatio quia ſiuit, inquit D Chriſoſtomus Abrahæ Patriarchæ hoſpitalitatem. Vnde concludi tur inde virginem eſſe accipiendam quæ eſſet ijsdem moribus prædita quibus Abraham filius eius Iſaac, hoc eſt quæ eſſet hoſpitalis, quam hoſpitalitatem putabat demonſtra tum iri per illa verba Bibe domine quin & Camelis tuis potum tribuam.

ad ſecundum

Eodem modo excuſandus eſt Jonatas, qui non a Dæmone ſed a Deo expectabat victoriam Vt patet ex illis verbis Non eſt domino difficile ſaluare in multis & in paucis, ab eodem tur ſperabat inſtrui mediante illo ſigno. Sic enim concludit, aſcendamus quia tradidit eos dominus in manibus noſtris. Illud vero ſignum credendum eſt accepiſſe illum diui noſ inſtructu & inſpiratione, quare enim non poſſumus affirmare hoc de Jonatæ, cum multa exemplaria Scripturæ ſacræ habeamus eorum; quibus Deus propoſuit ut aſſe

vent, aliquod ſig

rent aliquod signatim rei futurę, & non solum hoc fecit cum bonis sed etiam cum malis,
Dicunt Achas qui fuit sceleratus homo, illi tamen dictum est pete tibi signum a dno Isaię 11.
Idem posit de David dici tum ex illo capite, intelligimus verba illa David non fui: ad tercium
se diuinatoria, sed fuisse humanam coniecturam prudentem & probabilem, quia ex vultu
& verbis alicuius coniecere possumus affectum odij aut praui animi, tale autem fuit
signum a David latum.

Desigo autem dato a Sacerdotibus Philistinorum respondet fuse Abulensis in 1 Re: Ad quartum
gum Cap 5 ego breuiter dico nihil obstare, quia indicauimus Sacerdotes illos impropositi-
one illius signi peccasse, & ductos fuisse sua consuetudine augurandi & consultandi Dæmo-
nes. Deum autem vsum fuisse malicia eorum & speciali prouidentia voluisse ut vac-
cę illæ irrent recta via, ad confusionem infidelium; & honorem ac reuerentiam arcæ
etiam abhostibus conciliandam. Nec etiam est cur excusentur a peccato tentandi Sacerdotes Philistino-
Deum, nam licet non crederent in vnum verum Deum, in hoc tamen peccabant quod rum tentabant Deum,
signum non necessarium a Deo petebant, cum habuerint alia media quibus sufficienter
cognoscere potuerant virtutem diuinam circa illam arcam.

Circa verba Joseph & serui eius procerto subponunt omnes Josephum nunquam fuisse Ad Quintum
vsum arte diuinatoria, vnde interpretationem somniorum se habuisse ex Spiritu Sancto
ipsemet testatur Gen: 40 nunquidem non est Dei interpretatio, & 41 absque me De-
us respondebit prospera Pharaoni, Itaque & Augustinus libro quæstionum Qu: 145
quem secutus est D Thomas 2da 2dæ Quæs 95 articulo 7 ad 1 dicit Josephum io-
casse locutum fuisse, vel ut Sanctus Thomas opinatur Josephum de se illa retulisse secundū
opinionem vulgi, neque tamen se infamauit, quia fratres eum non agnoscebant, quamuis Verbum augurandi, ali-
verbum augurandi aliquando sumatur in bonam & in malam partem, vt quando sumitur in bonam
ex Cicerone Plinio Aristotele ostendit Severinus in Caput Genes 44 Disputa: 1ª partem.
Iderat ergo loqui Joseph amphiboloice, hoc est aliud intendendo aliud per verba sonan-
do. De verno autem eius non est multum curandum ut eum emendatio liberemus.

Ad vltimum Argumentum quod fuit desemptum ex Job 37 Respondeo. Propriam Ad Sextum
& literalem eius loci significationem secundum Pinedam & Martinum Delcurum esse vt
verbum signare, non significet indicare, sed claudere modo in scriptura vsitatissimo, Verbum signare non si-
gnificat indicare sed clau-
dere.

Itaque illa

Itaque illa verba, qui in manu omnium signat eundem habent sensum, ac si diceret qui nutu omnium ponit signum, siue sigillum suum ut non aperiatur, & hoc certe cum antecedentibus & sequentibus coëret. Loquebatur enim in illo capite Elihu de mirabilibus operibus Dei, in temporum varietate, & in contrariis varysque tempestatibus quâ in orbe fiunt. qui præcipit Niui ut descendat interram. & Hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ statim adiungit, qui in manu omnium signat, id est qui per has temporum varietates iniurias homines sæpe impedit, & quasi clandit manus eorum ne laborare possint. Fiunt singuli operasua, id est ut opportunum tempus laborandi non omittant, cum tam facile mutata cæli dispositione impediri possunt, & huic sensui conformat sequentia Verba. ingredietur bestia latibulum suum ibique coacta eadem cæli intemperie & in tristo suo morabitur quasi ibi signata & clausa. Et certe permanum potestatem operum significari inscriptura frequentissime clarius est quam probetur, in manu dominantes fines terræ, Opera manuum eius annunciat firmamentum. Et apud eundem Deus in manibus abscondit lucem, & præcepit ei ut rursus adueniat, id est in sua potestate, & hac ergo manu exponuntur dicta Verba.

Hactenus explicata est materia huius diuinationis quâ cum pacto implicito comitte nunc videamus diuisionem eius.

Divinationis genera 2 — 1^m Augurium — 2^m Sortilegium.

Petes igitur primo Quod sunt genera diuinationis quâ cum pacto implicito cum Dæmone exercentur. Respondeo cum D. Thoma 2da 2dæ Quæ. 95. Art. 1. esse duo in vniuersum, quâ postea sub se complectuntur membra, sunt autem illa duo. Primum Augurium, Secundum Sortilegium. Primum est tunc quando ad pronoscendum futura aliquid consideramus in dispositionibus aliquarum rerum. Esi quidem aliquis conetur futura prænoscere, ex consideratione situs & motus syderum, primum exurget membrum sub hoc genere, quod vocatur Augurium, tanquam dignius sub quo pertinebit ad Astrologos qui & Genethliaci dicuntur propter natalium consultationes dierum. Si vero per motus vel voces animalium seu quorumcunque animalium siue per ternutationes hominum vel membrorum saltus fiat talis coniectura exercitij aliud membrum, quod a garitio quidem auium dicitur auspicium generaliter sumptum, ab inspectione autem earundem Auspicium. Si vero huius modi consideratio fiat circa verba hominum casu prolata, quâ quis retorquet ad futurum effectum quem vult prænoscere, illa talis consideratio vocabitur Omen.

Membra primi generis

Astrologia

Auspicium

Omen

Si autem consi-

Si autem considerentur aliquæ dispositiones figurarum in aliquibus corporibus visui occurentis vt verbi gratia lineamenta manus vel signa spatulæ, tunc in manibus quidem illa consideratio vocabitur Hyromancia quasi diuinatio manus. in Spatula autem vocabitur Spatulamantia. Et hæc sunt membra primi generis diuinationis, quæ comittitur cum pacto implicito, quod primum genus dixi in vniuersum appellari vno nomine Augurium. Hiromantia

Spatulamantia

Membra 2di generis.

Ad secundum autem diuinationis genus quod appellauimus Sortilegium pertinent ea, quæ fiunt ex consideratione quæ fortuito ex humana actione ad diuinandum directa accidunt, sunt autem huius generis plurima membra quæ enumerat Sanctus Thomas 2da 2dæ Quæ qs art 3 sed omnia pertinent ad sortes, propterea nobis eadem repetenda illa membra recensebo quando de Sortibus agam. Et quæ ita habebuntur de natura huius diuinationis implicite explicata, et ipsa in generalia quædam membra diuisa de quibus iam singulatim agendum erit, sed ante hæc Petes secundo illa autem diuinatio quæ fit cum pacto expresso cum Dæmone, de qua mentio facta est in principio dubitationis, quomodo fit Respondeo Multis et variis modis exerceatur, quorum aliqui materialiter conueniunt cum illis speciebus diuinationum quæ fiunt per pactum implicitum. Eadem enim signa possunt vtrique pactioni deseruire, et implicite et expresse.

Primo igitur Diabolus expresse consuli potest per Sacrificia animalium, et tunc respondere solet per signa quædam apparentia in extis animalium, et hoc genus vocatur Haruspicium, id est aspectus earum rerum quæ solent educi ex Ara.

Secundo per preces ad Idola fusas, et tunc respondere solet per Idola, et tunc vocatur illa responsio Oraculum.

Tertio respondere solet in suis Prophetis quos ipse possidet qui vocantur Pythonici et Pythonissæ, vel etiam Engastimoti. vocantur autem hoc nomine illi diaboli serui per quorum ille ambitum, vel per partes pudendas respondere solet, dignum sane os tali numine vt docet Origenes lib 7 contra Celsum in principio.

Quarto in vocari solet certo modo vel loco, vel cum certa vnctione aliisque ceremoniis, cubando vt respondeat per somnia, et tunc facit hominem somniare ea quæ vult ipsi persuadere, et vocatur Oniromantia.

Quinto Inuocari solet vt excitet aliquem mortuum qui respondeat et vocatur Necromantia.

Diuinatio cum pacto expresso cum Dæmone quomodo fit

Signa pactioni implicitæ et expressæ.

1m Haruspicium per sacrificia animalium

2m Oraculum per preces ad Idola fusas

3m Εγγαστρίμυθοι per Pythones et Pythonissas responderi solet.

4m Oniromantia per somnia

5m Νεκρομαντεῖα vt excitet mortuum qui respondeat.

Samuel suscitatus à Pythonissa.

tur Necromantia. Hac vsa est Pythonissa petente Saule cum vellet sibi suscitari Samuelem 1 Regum 28. quamuis non illius vi Samuel apparuerit, sed ex peculiari ordinatione diuina, ad maiorem terrorem & confusionem Saulis. Vnde aliqui censent Samuelem peruenisse in carnationem Pythonissæ, quod non repugnat scripturæ licet ex illa non satis colligatur. Quo circa si Samuel venit non ex potestate Dæmonis sed ex voluntate Dei.

Dubium apud Doctores an fuit verus Samuel suscitatus.

Dixi si Samuel venit, adnnemendum hanc rem apud Doctores esse dubiam, nam Augustinus lib 2 ad Simplicium Quæst 3 concludit faciliorem & expeditiorem exitum esse dicere eum quitunc apparuit non fuisse Samuelem. At vero Iustinus Martir Dialogorum cum Tryphone versus finem planè docet contrariam sententiam, Et sane Iustini sententia videtur esse verior, nimirum illum qui apparuit verum fuisse Samuelem, Deo nimirum quia sincerius verba scripturæ interpretatur. In Scriptura autem habemus quod Saul esse de Pythonissa. cum vidisset Samuelem, & versus, intellexitque Saul quod Samuel esset, & iterum dixit autem Samuel ad Saul quare inquietasti me ut suscitarer. Et Ecclesiastici 46 de Samuele dicitur post hæc dormiuit & notum fecit Regi, & ostendit illi finem suæ vitæ, & exaltauit vocem eius de terra in Prophetia. Quæ verba vix possunt aliter explicari quam sonant, nec obstant illa verba quæ Samuel dixisse refertur ad Saul, Cras tu & filij tui eras mecum eris. Et si enim Saul nunquam cum Samuele in loco Piorum, sed cum Dæmone in inferno futurus erat, Erat tamen futurus cum Samuele aliquatenus, quia ad inferos futurus erat ad regionem subterraneam. Idem est ergo dicere eris mecum vbi est eris subterraneus vbi ego, quanquam non in eodem statu in quo ego. Nam Feenus ac si quis amicus Regis habitans Craconiæ scriberet alteri familiari suo Trecoriæ habitanti qui multis creditoribus esset obnoxius, scriberet inquam in hæc verba tu mecum tali mense eris Craconiæ sed non in tali amicitia.

6 Κρεοφαγία Respondere solet per Caput hominis mortui.

Reuertamur ad propositum Sexto aliquando petitur a Dæmone ut respondeat per caput hominis mortui & dicitur Κρεοφαγία.

7 Multis alys modis inuocatur & respondet

Septimo denique multis alys modis per varias adiurationes, vnctiones, figuras, cula, alaque signa quæ ipse instituit inuocari solet & ipse etiam varijs modis respondet.

Primo per speciem aliquam præstigiosam oculis obrectam.

Secundo per vocem in aureibus formatam quam nemo alius audire potest. Hi duo modi pertinent ad præstigium.

Tertio per varia

Tertio per varia visa in imaginatione, hæc dici potest. Pseudo Prophetia.

Quarto per aliquam figuram externam quam ipse vir e aliquam in anima facit & conspici facit, quæ quidem figura si conspiciatur in terra vel re terrestri, vt in Metalo lapide, planta, generatim vocatur Γεομαντία. Si in aqua vocatur Υδρομαντία. Si in aere vocatur Αερομαντία. Si in igne Πυρομαντία. Hæc pertinet diuinatio per Cribrum, quæ a Græcis dicitur Κοσκινομαντία. per pelvim aquæ plenum Λεκανομαντία. per Speculum Κατοπτρομαντία. de quibus vide plura apud martinum Delirium.

Species generales diuinationis.

His satis constat qualis sit diuinationis culpa & quotuplex, generatim enim sunt tres species eius. Prima vocatur Νεκρομαντία qua scilicet fit per manifestam dæmonum vocationem, assumpto nomine diuinationis particularis ad designandum generalem illam scilicet quæ fit per pactum expressum. Secunda species est Augurium. Tertia Sortilegium. Sed ne confundamur aduertendum est hic non diuidi diuinationem quæ fit cum pacto expresso, aut quæ fit sine pacto expresso, sed diuinationem in sua tota latitudine. Diuinatio enim in sua tota latitudine vel est pacti expressi & vocatur Νεκρομαντία, vel est pacti impliciti, & hæc duo habet genera Augurium & Sortilegium vt supra diximus cum partes diuinationis pacti impliciti assignaremus.

Diuinatio sæpe coniungitur cum aliis peccatis.

Notazdo Sæpe ad ipsam diuinationis maliciam accedere alias etiam malicias. sæpe clarius sæpe diuinationem coniungi solere cum aliis peccatis, vel contra fidem vt si quis Diabolum credat aliquod Numen esse, vel non esse miserum aut damnatum, aut fore futuros mortuorum euentus. Itaque de his omnibus isti diuini in foro pœnitentiæ diligenter examinandi sunt, vt condigna sententia in illos ferri possit.

Diuinatores sunt ne excommunicati.

Pelles Vltimo Sunt ne tales ipso facto excommunicati Respondeo Sylvester verbo Superstitio Quæ vltima, & alij quidem putant non esse ipso facto excommunicatos, sed excommunicatos nisi forte diuinationi eorum fuerit coniuncta hæresis.

In contrarium vero est Canon Si quis Arriolos vbi dicitur ex decretis Gregorij tertij: Arriolos, Haruspices vel in Cantatores obseruarent Anathema sit, sed non obstant hæc verba, quia illa verba Canonis Anathema sit, possunt significare excommunicationem

ferendam

ferendam, non latam ut quandoq dicimus sit excul, sensus est eiciatur in exilium
Nauarrum Capite 27 Numero 17.

Dubium 2dum
Quomodo iudicium derebus occultis pertinet ad diuinationem

Dubium secundum Quomodo iudicium quod fit de occultis pertinet ad diuinationem ad maiorem materiæ de diuinatione cognitionem posset per singula eius signa discurere & expendere quantam habeant connexionem cum re fine effectibus qui per illam prædicuntur, ut ita clarius constare

natio ex vno quoque signo pernitiosa sit, Sed ad Theologum moralem sufficeret sum est de tribus diuinationibus particulari discrere, scilicet de Astris, de Sortibus & insomnijs. De cæteris vero signis quia plura desiderarent, legat patrem nostrum tinum Doctorum lib 5 Cap. Quæst 6 tota, & Quæst 7 Sectione prima.

Igitur de prædictionibus ex Astris in hoc dubio agendum est & explicandum quæ illicitæ sunt, & in quo gradu & genere peccati.

Non omnis prædictio ex Astris illicita est.

Dico igitur Primo Non omnem prædictionem ex Astris per se illicitam esse, sed tantum eventuum, quorum astra causa esse non possunt, vt sunt ea quæ exliberio trio tangram integro vel particulari principio pendent. Et ratio ipsa docet

Astra sunt naturales causæ inferiorum effectuum

cæli & Astra naturales causæ sint inferiorum effectuum, ab illis ut tales sunt naturalem cognitionem desumi posse. Quia vero dictæ causæ non sunt per se causæ cum omnium quæ in hoc inferiori orbe fiunt, & eorum quorum sunt Causæ non semper sunt solæ, sed indigent aliarum cooperationem, neque etiam semper sunt efficaces quia impediri possunt. Ideo etiam est Clarum multos ex Astris effectibus non posse astra cognoscere, vel non cum certitudine eo vel maxime quod licet astrorum vis multum valere possit ad hos effectus, tamen illa vis est a nostris sensibus remota, & maiori ex parte occulta, & ex hoc etiam capite necesse est ut multi exitus nos lateant.

Astrologia duplex. Naturalis & iudiciaria

Hinc distingui solet duplex Astrologia videlicet naturalis & iudiciaria.

Naturalis vocatur Astronomia

Naturalis est quæ ex Astrorum maxime planetarum ortu Occasu coniunctione oppositione variisque aspectu inter se, & inter stellas fixas. Item ex colore, scintillatione, micatione, de futuris elementorum effectionibus conjecta, vt de serenitate, pluvijs, ventis, Statibus, Nimbis &c quæ à cælo pendent, de quibus multa habet Aratus in Phenomenis hæc astrologia tam ex vsu nomen obtinuit Astronomiæ.

Iudiciaria Astrologia

Posterior vero illa iudiciaria Astronomiæ nomen reliquit, quamuis astronomi

nomen de

nomen de se generaliter esse videatur, hoc enim fit sæpe ut nomen generaliter attribuatur
alicui particulari, nulla ergo est de Astronomia ser de hoc primo puncto illius divisi
quod erat Astrologia & divisa est in naturalem & iudiciariam; quæstio, constate
nim esse licitam sicut est licita Philosophia, quia Astronomia est pars Philosophiæ.
Dico tamen 2do Istanc astronomiam esse valde incertam, & parum utilem, excep-
ta ea parte quæ sumitur ex ortu, occasu, aspectu & colore solis ac lunæ, nam veritates
aliquorum Astrorum sunt valde obscuræ, & omnis experientia quæ de illis haberi
potest est incerta, quod manibus ipsis palpamus, nam multa ac varia prædictiones
quæ quot annis de iis fiunt effectibus ac pro vulgantur, magna ex parte inter se in vent-
er contrariæ, Vt autem quis aliquid possit prædicere ex Astris multa ferre debet
primum enim perspectas habere debet omnium Astrorum virtutes, si enim aliqui illum
latent non potest scire an effectus non impediatur. Deinde esto perspiciet omnes vir-
tutes omnium astrorum, tamen hoc non sufficit, quia videre debet non solum qui d sin
gula per se possint, sed etiam quid coniuncta cum aliis. Præterea considerare debet
quid omnibus locis operetur, neforte alibi faciant quidem aliquid, sed in hoc loco ver-
bi gratia lucernis impediantur. Et ita sæpe videmus imbres graues, & ad pluuiam pro
me præparatas discuti a ventis alibi excitatis, ne hic dictam pluuiam effundant.
Quocirca ut prædictio talium prudenter fiat non debet omnino esse absoluta sed cum
limitacione dicendo verbi gratia influentiæ cælestes indicant serenitatem aut pluuiam.
Hinc ergo constat in hoc genere quamuis peccari posse ut verbis nimirum absolutis di-
cendo omnino erit pluuia aut serenitas, aut nimia certitudine hæc prædicendo, ver
bi gratia omnino & non aliter erit, ita sum certus sicut video solem in cælo, aut credendo.
non pertinet tamen hoc peccatum per se loquendo ad superstitionem, quia meo lenitas
tatum quædam & inconsideratio interuenit, dum firmiter credimus indicationem alicu-
ius Causæ, & consideranda alias nec rationem habendo impedimentorum. Itaque illud
peccatum erit contra puram & sinceram veritatem, & ex se veniale, nisi aliquod nocumen-
tum publicum vel alias graue inde oriretur, ex hoc enim Capite esset mendatium perni-
ciosum, potest tamen istud peccatum quasi extrinsece augeri scilicet si talis prædictio
committatur ex ambitione, arrogantia, & cupiditate lucri.
Hinc etiam reprahendi solent medici qui gravitatem periculi morbi aut vulneris, ex So
tis, aſteris, vel

Astronomia est licita

Astronomia est valde in certa & parum utilis

Qui vult prædicere ex Astris debet omnes virtutes Astrorum perspicere

Debet scire quid valet coniunctio

Prædictio non debet esse omnino absoluta, alias peccatum incurritur.

Medici reprahendurtur qui gravitatem morbi ex Astris mentiuntur.

De particularibus effectibus ex astris non potest sumi iudicium

lis astris, vel signis Zodiaci mentiuntur, spectaculo subque aspectu agnitudo incepit. Do videatur noster Pater Martinus Delerius lib 4 Cap 3 Quæst 3 ad finem, vbi recte dicit necesse tantam vim in stellis, neque ex eis posse sumi indicium de his particularibus ibus & condicionibus eorum, nec sine aliarum causarum consideratione præsertim complexionis corporis, & dispositionis loci a terra posse probabile iudicium ferri.

Peccatum in hoc genere

Peccatum autem quod in hoc committi potest ultra supradicta, scilicet temitatis mendi arrogantiæ, Ambitionis &c etiam esse potest contra charitatem si usus ille sit noxius vel etiam esse poterit contra iustitiam prorationne nocumenti allati, et obligationis illud. Quod si de pluuijs, ventis & similibus certo aut multum probabiliter pronunciare non possumus, quanto minus poterimus pronunciare de inclinationibus hominum, eorque temperamentis, vt verbi gratia hunc fore iracundum, Melancholicum, Sanguineum quâ hora nativitatis illius fuit, talis vel talis Syderum aspectus qui procreat cognitus melancholiam &c quod confirmare potest primo, nam ille inclinationes adhæ

Inclinationes hominum magis pendent ex temperamento Parentum quam ab Astris

diam vel Melancholiam aut aliud simile multo magis pendent ex temperamento rentum, & alimentis earum; quam ab Astris, quia parentes sunt Causa intrinseca one materiâ; quâ ab ea trahitur, sunt magis proprie ac propinquiores, ac determinant influxus Vniversales

Declaratur exemplo

Exemplo & experientia id totum de claro. Nam si duo terrâ diuersas virtutes, tates & dispositiones habentes, simul eodemque tempore semen recipiant, etiam secundo tempore germinare incipiant & producere verbi gratia triticum, nihilominus rem & uberiorem fructum producet terra bona, quam mala ceteris paribus Vide Augustinum lib 5 de Ciuitate Capite 2.

Velocitas Suæ &

Deinde impossibile est notare exacte aspectum Syderum in eo puncto quam habet persona talis puncto, quod tamen iuxta Astrologiam est necessarium ad cognoscendam inclinationem hominis qui nascitur ad hoc vel illud. Impossibile inquam est notare exacte aspectum talium Syderum, quia minimus hic error totum iudicium erit falsum, nam in ictu oculi aspectus Syderum mutatur, tum inter se, tum respectu prolis. Calluminem octauum centesimam vnius horæ particulam, plus quam trecenta milia miliarium conficit, ut extrema Astronomorum patet, quam velocitatem inferiores orbes in suis gradibus non equant, dicta nunquam hactenus idem aspectus Syderum restitutus est, idque propter tum proprium Suæ &c. Et sic nulla certa experientia capi poterit. Quod etc

indicant exem

indicant exemplo, quia gemini editi sepe diuersissimas habent propensiones, temperamenta, mores & eventus, ut patet in Isaac & Jacob. Unde etiam sequitur quod pulcre observauit contra Astrologos D. Gregorius homil. 10 in Euangelia. Si exparua celli mora in natiuitate, intanta celi perfectate magna inducitur mutatio inhomine, & multum illa quantula cunque mora celi confert adinclinationem delere singula membra secundum moras istas celi successiuas: si tantum valent ad inclinationes, habere diuersa temperamenta & fata.

Ad extremum quaro cum potius punctum natiuitatis consideramus & non punctum animationis in utero, non enim minus astra agunt in infantem dum est in utero, quando egreditur extra utero. Si enim vis astrorum in profunda terrae penetrat, quanto magis in utero Matre, hunc autem astra maxime suos effectus inprimere debent quando fetus est tenerimus, hoc autem est tempore animationis, & reliquo quo existit in utero.

Quare punctum nativitatis consideramus non punctum animationis in utero.

Ista quemura amentio est ex aspectu Syderum, quia tempore natiuitatis viget ille de temperamento vel inclinationibus pravis indicare. Nihilominus hoc indicium — iuterius non progrediatur, sed si stat in naturalibus effectibus & temperamento non est damnatum per Canones & leges, sed permittitur sicut alia friuola quae per se noxia non sunt permittantur.

Talis consideratio sistat in effectibus naturalibus non est damnata.

Dico tertio Praedicere futura contingentia quae libertate dependent ex signis celi & astrorum, seu exercere Astrologiam iudiciariam quae ex aspectu syderum observando indicat de futuris euentis alibero arbitrio aliqua ratione dependentibus ut verbi gratia de Matrimonijs, deliberis, de honoribus, de opibus, de infortunis, nimirum ciuijs, bellys, Carcere, Morte, alysque Casibus vitae humanae, interdum etiam depraua-tionis, & quis sit huius Parens: cuius formae accondicionis fuerit, quis furtum aut homicidium comiserit &c superstitionis peccatum est omnium grauissime prohibitum. Certa est assertio & communis D. Thomae 2da 2dae Quae 95 art 5 Caietani ibidem D. Antonini 2da parte titulo 12 Parag 8 Et aliorum quos citat Pater noster Franciscus Soar: lib de Superstitione Cap 11 & probatur ex scriptura Isagi: 47 Vbi dicitur Stent & salvent te angures celi qui contemplabantur Sydera, ut ex eis annunciarent ventura tibi, Vbi septuaginta vertunt Astrologi celi, & D. Hieronym: addit, qui vulgo appellantur Mathematici, & ex Asterorum cursu res humanas regi arbitrantur Graeca illud verbum Mathematici notandum est, quamuis hoc nomen alias honestum sit

Per Astrologiam iudiciariam praedicere de futuris vel depraeteritis peccatum est superstitionis.

Mathematici nomen hoc attribuitur Astrologis.

solere tamen tri

Testimonia scripturæ

solere tamen tribui cultoribus huius Astrologiæ iudiciariæ, qui etiam alio modo vocat Genethliaci, & aliquando Chaldei quia hi præcipue huic vanitati erant dediti. Huc etiam pertinet locus Hieremiæ 10 ubi dicitur Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt ubi simul commungit idololatrias quas vias gentium vocat, & divinationem per quæ signa cæli appellat, & omnia dicit esse vana. Vide Capnt 4 ad Galat: Aetor. & in iure Ecclesiastico Caput illos Causa 26 Quæst 2 & Caput Non licet Caus 26 5ª Tractet ea in iure Civili vide legem 2, 5, & 7, Patres, Augustinum lib 5 de Civ & 2 libro de doctrina Christia: Cap 20 & sequentib. Eusebium lib 6 de præparatione Evangelica. & Basilium homilia 6 in Exameron. Ambrosium lib 4 in Examerō Cap Cyrillum Jerosol: Cathechesi 4 paragrafo de statu hominis. Cuius verba quia pulcherima & ad rem accomodatissima apponam. Sic enim confirmans arbitrii libertatem ait Neque ex generationis natura fecas, neque propter veniam fornicarias neque ut non nulli fingunt Astrorum inclinationes ad amplectendam impietatem te cogant Cur tua ipsius mala confiteri detrectas? cur in nocuis Astris culpam adscribis.

Neque generationis natura: neque constelatio seu inclinationes Astrorum, sed liberum arbitrium omnia operatur in homine

Ratio vero apriori est, quia vel prædictio accionum humanarum & aliorum futurorum contingentium liberorum fundatur constellacionibus & Astris, tanquam in causis naturalibus talium actionum, & sic affirmatur Hæresis quia tollitur liberum arbitrium, & eo quemadmodum solum superstitiosa est hæc observatio, sed etiam continet confessionem Hæresis virtute, Dicitur tute inquam quia sicut asserens quod homo non habeat liberum arbitrium est Hæresis expressa sic confiteri quod sit aliqua causa naturalis alicuius rei, ac per consequens impedimentum liberum arbitrium, virtute est confiteri Hæresim: vel fundatur in Astris ut in parte significantibus connexionem cum effectibus illis qui exterioribus signis expectantur, connexionem inquam causæ vel effectus vel divinæ ordinationis, quæ talia signa proposuit ut significantia tales effectus, & sic continet Diabolicam superstitionem, eodemmodo & alia augvria. Necesse est autem ut in altero horum fundetur scilicet velut in causa proxima in signo a Deo designato, vel ut in puro signo. Purum autem signum est signum Diabolicum ergo non potest non continere grauissimam ac pernitiosissimam doctrinam & Culpam.

Hæc observatio continet Hæresim virtualiter

Purum signum est signum Diabolicum

Obiecto 1ª Deus creauit luminaria ut sint in signa, id est ut significarent nobis aliquid supernaturale

Obicies illud Genes: 1° dixit Deus fiant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa & tempora, dies & annos Ubi quatuor ponuntur Primo signa, 2do Tempora 3to Dies 4to Anni. Per quæ ostenditur Sydera designare tria, scilicet res humanas, renolati-

onem temporum

norum temporum, hoc est præsentis futuri, & præteriti: denique revolutionem dierum & annorum, ergo hoc ipso quod Deus luminaria creavit non tantum ut significent revolutionem seu cursum temporum & annorum; sed etiam creavit ut sint in signa, ut significarent nobis aliquid non mundiale, quia hoc significant tempora & anni, ergo aliquid humanum, hoc est pendens ex libertate, ex hac ergo colligitur cælum à Deo creatum esse, tanquam librum à Deo conscriptum ad futura significanda, futura inquam illa quæ pendent ex libertate. Et concordare videtur hæc doctrina cum illo Isagiæ 34 Complicabuntur cæli ut liber, quia omnium eorum significata adimpletarum erunt.

Respondeo Duplex est expositio illorum verborum, UNA ut per illa duo verba, signa & tempora idem significent, per unum quidem expressius, per alterum occultius. Cum enim dictum esset ut sint in signa addictum est & tempora, id est in signa temporum, quæ tempora sunt dies & anni, ita fere D. Augustin in Gen. Cap. 13. ALIA est explicatio ut sint in signa Estatis & Hyemis, ita ut tempus seminandi in dicent alia: alia metendi, alia navigandi, ita ut ait Cyrillus Jerosol: Cathechesi 6. homo in navi sedens, & incertus fluctibus navigans, in stellam aspiciens dirigat navem. Solutio objectionis

Locus vero ille Isagiæ de libro varias habet expositiones quas prosequitur Pater noster Benedictus Pererius tomo 1° in Genes. lib. 2. Cap. 3. contra divinationem ex Astris, hinc cum constet locutionem illam de libro esse metaphoricam seu similitudinariam nullum ex ea potest sumi firmum argumentum. Ut enim demus Metaphoram seu similitudinem in hoc consistere, quod sicut liber in notatus legi non potest, ita nec in cælo post judicij diem legi poterit, nihilominus non inde sequitur nunc omnia futura posse in hoc libro cælorum legere, neque enim in quolibet libro res omnes leguntur, multo minus in cælesti, cæli ergo tamtunc non significabunt, non quidem actiones liberas quas significare non possunt sed Hyemem, tempus seminandi, navigandi & similia, quæ naturaliter significari possunt, non inquam significabunt hæc, quia sicut nec motu cæli Hyems futura, serenitas, venti, & alia similia esse non possunt, sic ubi cessaverit motus cæli significari non poterant, Ideo recte dicitur in Isagia Cæli complicabuntur sicut liber, quia tamtunc hoc est post diem judicij, nullus motus erit cælorum per quem prædicta significentur, sicut clauso libro nullus sit motus Chartarum, per quem quid in quolibet charta descriptum sit appareat. Post diem Judicy nullus motus cælorum erit.

Objicies Secundo Alterum locum qui est Judicum 5. his verbis Decalodi Objectio 2.ª

micatum est

micatum est contra eos, stelle manentes in ordine in ordine & cursu suo aduers[us] Sysaram pugnauerunt. Respondeo Locus iste nihil minus habet in se quam ut pronunciet de signis celestibus quibus possint futura conici, ita que proprius sensus ipsius est, dimicatum est fulguribus fulminibus, grandine & pluuia, stelle pugnauerunt, id est flammine ignite que contra eam cadebant, & vulgo stelle vocantur vel ipsi Angeli qui sunt dicti stelle lucide pugnauerunt manentes in ordine & cursu suo, quia a solito suo cursu non destiterunt, sicut Josue 10 Sol & luna steterunt pugnante Josue contra Agabaonitas. Itaque in hoc loco non licet argumentari, de celo micatum est & stelle pugnauerunt, ergo stelle possunt ostendere pugna vel bella vel alia que pendent ex libertate humana, non licet inquam ex argumentari

Stelle non possunt ostendere pugnas vel bella quia hec sunt causa arbitraria

stelle sunt naturales causa: pugne vero sunt arbitrarie, neque tamen nego posse aliquas stellas assumi a deo tanquam signa demonstrantia hec: scilicet bella contentiones & sed hec fiunt varius, nos vero loquimur quod fiat ex natura ipsarum.

Dubitatur Tertio. Quomodo Sortium usus pertinet ad diuinationem

Dubium tertium

Quomodo sortium usus pertinet ad diuinationem

Ratio dubitandi est quia sortium mos de tempore legis scripte & in lege gratie in uenitur a Patribus vsitatus Deute: 1°. Leuit 16 Josue 7, 1 Regum 14 Jone 1°. 1 Esdre 1°, Hester 10. Incontrarium vero est quia sortilegia id est sortium vsus, vel testes electio in ure damnata est, toto titulo de sortilegijs, & Causa 26 Quæst 5 & 6 ca tibus, vbi multa ex patribus referuntur.

Per Sortes electionem iure damnata est.

Resolutio vero clara est adhibita sortium diuisione cui trimembris deriuatur ex Thoma 2da 2dæ Quæst 95 Articul 8 vbi hæc habet mo verbo. Sortes proprie sumitur cum aliquid fit, vt eius euentu considerato aliquid occultum innotescat. Et sic est sortes tunc sunt quando aliquid eo fine facimus, vt ex euentu illius rei quam facimus aliud occultum cognoscamus. Notandum tamen est Sortilegium siue sortes interdum ample & late patere, ita vt quamlibet Magicam Superstitionem significet Sicut etiam apud Plinium lib 8 Cap 4 Sortilegorum nomine interdum intelligit vana Magorum persuasiones. Proinde non immerito Sanctus Thomas posuit illa verbum proprie, nam sortes proprie accepta illud tantum significant quod superius posuimus ex eodem Sancto Thoma. Et quidem si quæratur iudicij Sortium quid sit tribuendum: seu quid cui competere debeat, siue illud sit res posita: siue honor ne dignitas, seu pœna aut aliqua actio. Vocatur sors diuisoria.

Diuisio sortium

1a Diuisoria

2a Consultoria.

Si autem inquiratur quid agere oportet, vocatur Sors consultoria.

Siuero quæra

Si vero quæratur quid sit futurum, vocatur sors diuinatoria. Notandum est præ
terea Directionem sortium posse expectari vel à cælo, vel à Casu, vel à Dæmone,
Hoc posito Dico Primo. Primum illud sortium genus quod vocatur diuisorium, nec
iure naturali nec Ciuili esse interdictum, ac proinde dese esse indiferens, quod plane col-
ligitur ex lege Si cum ambo digestis de iudiciis. Et lege si duobus Codice communia de legib,
& alys locis. Deus sortibus scribit B Augustinus in Epist 180 ad Honoratum
dicit Si inter Dei ministros sit disceptatio qui eorum tempore persecutionis mane-
ant ne inga sit omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium destituatur Ecclesia, sihæc
disceptatio non poterit terminari, mihi videtur qui maneant & qui fugiant sorte eligendos
esse. Et in libro 1° De doctrina Christiana Cap 18 ait Si cui abundaret aliquid quod
non oporterat dari eis qui non haberent, nec duobus dari potest si occurrerent duo quo-
rum neuter alium vel indigentia vel vriente aliqua necessitate superaret: nihil iusti-
cius facies quam ut sorte eligas cui dandum est. Hæc ille.

Dixi in conclusione dese seu perse est indiferens, quia varys alys modis in hac sor-
te diuisoria potest misceri peccatum. Primo Si sors exprauæ intentione vel exo-
nea existimatione fiat, quod ipsum multipliciter potest accidere Primo si quis putet
actus humanos sortiri effectus iuxta dispositionem stellarum, & ideo mittat sortes,
quia putat constellationem sibi fore propriciam ad sorticionem dirigendam, tunc enim
actus illius est in genere superstitionis tractatæ precedenti dubio. Secundo Si
quis sortiatur confisus de adiutorio Dæmonis vel aliqua illius promissione vel prædi
ctione, tunc enim etiam est superstitio, non quidem proprie diuinatoria sed Magica & Ma
lefica de qua infra, Magica inquam quia tum expectatur à Dæmone non reuelatio rei fu-
turæ: sed effectus & motio manus extrahentis sortem, quam motionem sine dubio Dæmon
potest perficere, si à Deo permittatur, Tertio Si sperctur euentus a fortuna ut Dei pro-
uidentiam non agnoscat, qui sic sortes mittit tunc enim erit gentilicus error.

Dixi item ut Dei &c Quia si quis se fortunæ committat non excludendo Diuinam proui-
dentiam, vel dirigentem vel permittentem, tunc ex parte huius intentionis quia se for-
tunæ committit non erit actus malus, sed erit actus vitiosus, si absque necessitate vtili-
tate vel honesta causa fiat, & hoc est quod dicit Sanctus Thomas Quæst. 95 Art 8
in corpore, non videtur supple modus hic habere vicium, nisi forte vanitatis, si etiam si-

at ex iusta Cau-

3ª Diuinatoria

Prima sors scilicet diuiso-
ria non est iure prohibi
ta, quia est indiferens.

Electio per sortes tempore
persecutionis qui maneat
& qui fugiant.

Peccatum multipliciter cõ-
titur in prima sorte scili
cet diuisoria ex parte
intentionis

1

2

3

Committere fortunæ non
excludendo diuinam pro
uidentiam, non est vicium

Ludus vel lucrum non semper sunt mala

Nota

at exiusta causa vel necessitate, nullum erit peccatum, etiam si fiat ludi vel lucri causa, nam ludus vel lucrum non semper sunt mala, sed sunt indifferentia, & possunt in honestis ex aliis finibus. Dequare videri potest dominicus Soto lib 4 de Iustitia Qua. 5 Nauarrus in Manuali Cap 20 Leonardus Lessius lib 2 Cap 26. Et inprimis Sanctus Thomas 2da 2dæ Quæs 168 Est tamen ludus vna omnium paratissima ad dilapidanda bona, demolendasque illustres domos, iuxta illud Lyrici Quam damnosa venus, quem præceps alea nudat, præterquam quod dehonestatur ex dictis & gestibus, perse turpitudinem ferentibus, quales ludentibus sunt in Deu. Quauis ne-

Ludus in sacris literis male audiunt.

ratione in Sacris literis male audiunt luda Vnde Tobie 3 Sara inter cætera la sua pulcherima deprecatione quam accepto improperio Deo porrexit. Tu scis mine quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni cupiscentia, nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in lentitate ambulant participem me præbui. Et Jeremie 15 Sit Propheta non sedi in concilio ludentium. Sanctus vero Chrisostomus Hom 6 super Matheū Non veritus est dicere Non deus dat ludere sed diabolus. Et hac ratione Clerici ob eorum honestatem interdicti sunt ludi aleārum Canon 44 Apostolorum, Vbi hæc habentur Episcopo seu præsbiter, aut Diaconus aleæ atque ebrietate vacans, aut desinat aut deponatur. Et Canone 42 Subdiaconus aut Cantor aut lector similia faciens aut desinat aut segregetur id est excomunicetur Vide Caput Clerici de Vita & honestate Clericorum Et Can. Trid. Sesion: 22 Cap 1° Exquibus sequi videtur inquit Leonardus Lessius te peccatum mortale, no quidem si semel bis terue clericus sic luserit, sed si huic ludo vacauerit, & depredo & per longum tempus luserit, sed hæc alibi tractari solent, nos ad propositum redeamus.

Clericis interdicti sunt ludi aleārum.

Secundo peccatum committitur in hoc genere ex parte materiæ

Potest igitur Secundo in sortibus intervenire peccatum; non tantum ex parte intentionis (quod erat primum membrum multa subsecompletens peccata in diuisione per sortes consolita) Verum etiam ex parte materiæ, vel contra iustitiam distributiuam cum reparat, id rid quod secundum meritū conferendum est per sortem tribuatur cum persone forte tribuatur illi cui non debet tribui, Officium, honor vel possessio. Vel est contra iustitiam commutatiuam, Vt si ad puniendum delictum cōmissum per sortes eligatur persona, nam præter diuinationem est euidens periculum, ne puniatur innocens & necessario relinquatur impunitus, Vt late declarat abulensis in 1 Regum Cap 14 Quæstio: 2

Hoc genus sortium diuisoriarum tantum in rebus ciuilibus valet.

Dico secundo Genus illud Sortium diuisoriarum, Si quandoque est licitum

aut adminus.

aut adminus fiat sine peccato, tamen tantum in rebus Civilibus valet, quæ aliter non possunt
distribui comode. At vero in electionibus Ecclesiasticis ad dignitates Officia & beneficia
Ecclesiastica sortes iure Canonico prohibentur, nam in Capite de sortilegijs ad finem dici-
tur Sortis usum in electionibus (dicitur autem de electionibus Ecclesiasticis) perpetua
prohibitione damnamus, Ex quibus verbis colligitur Primo Electionem illam extendi
ad omnem Ecclesiasticam functionem, quia absolute & sine ulla exceptione dicitur Sortis &
non in electionibus damnamus, in talibus autem locutionibus; quando aliquid dicitur absolute,
indefinite, & sine exceptione expressa, locutio indeterminata, hoc est non applicata ad hoc
vel illud æquivalet universali locutioni, & ita generales regulæ solent constitui tam in le-
gibus quam in doctrinis Secundo Ex discursu illius textus in Capite de sortilegijs
potest colligitur non tantum prohibitam esse sortem in ipsa dignitate Ecclesiastica Offi-
cio aut beneficio conferenda, sed etiam in eligendis vel nominandis compromissarijs, seu
illis qui idem Ecclesiasticam decidant. In illo enim textu dicitur fuisse reprehensione
dignum quod potestas nominandi seu eligendi compromissarios, fuerit vix per sortem delata.
Ratio est quia tunc periculum potest intervenire, ne forte ad illud Officium compromissoris
eligatur aliquis indignus. Cuius postea sententia muneri aliquo Ecclesiastico inepta persona
aliquod beneficium, Si bis terve paria vota pro illis data sunt, & verbi gracia duus illo-
rum sit Præpositus, Decanus, vel Officialis &c videri enim potest hoc esse licitum, quia
non superest aliud remedium in isto Casu præter sortes. Tamen quia uterque illorum
sufficienter idoneus iudicatur per multitudinem illorum suffragiorum, ita cessat peri-
culum ineptitudinis, Tum denique quia tunc sors non videtur fieri sors in electione simpli-
citer quidem est prohibitum; nam enim electi sunt illi duo pro aliis, & inter se ut æquales
& quasi defuncti ut alter illorum dignitatem aut Officium obtineat, Unde solum multitu-
dis sors ut electio facta habeat effectum in una illarum personarum potius quam in alia.
Sic dices quod in multis congregationibus talis electio est in usu, nam in illis plures ali-
quando aliquantur: non ut omnes Officium habeant, sed ut postea inter illos solos sors
mittatur, per quam unus Officium verbi gratia superioris retineat.
Nihilominus Soares lib 2 de Superstitione Cap 12 censet ex vi illius communis
iuris quod positum est in Capite de sortilegijs superius citato, non esse licitum per sortis
ductionem terminare illam electionem in qua sunt paria suffragia Ratio ipsius est quia sor-

tes iure Canonico

Electiones ad offa & be neficia Ecclesiastica per Sortes iure can: prohiben

Paria suffragia in electio ne duorum, possunt ne per sortes terminari.

Electio per sortes incon gregationibus

Soares probat illicitum esse terminare electionem per sortes in qua sunt paria suffragia.

tes iure Canonico prohibentur in perpetuum, supple in Ecclesiasticis Officijs tribuendis. In hoc vero Casu esset vera electio per sortem, ergo esset contra prohibitionem, fassanga est tunc non superesse aliud remedium. De quo videndum est Caput Quapropter, neque est verum vtrumque illorum paria suffragia habentium sufficienter fuisse electum; sed alterum idoneum, quia Capitulum eligentium de neutro hoc iudicauit. Pars enim illa quæ approbauit verbi gratia Paulum, non approbauit Petrum, atque ita Petrus non est iudicatus aptus ad gubernandum ab illa parte quâ approbauit Paulum. Et contra pars illa quæ approbauit Petrum, non approbauit Paulum, at que ita Paulus non est iudicatus aptus ad gubernandum a qua est approbatus Petrus. Ideoque in neutrum illorum facta est electio d approbatio sufficiens, Ideo si sortes postea mittuntur, reuera tota electio existit per sortes, quod reprobatum est in illo Capite de Sortilegijs.

Ratio Soaris

Quod si in aliqua communitate d electione Ecclesiastica talis est modus eligendi ex alicuius constitutionis approbatum per Papam, per quam constitutionem aliquo modo de iure naturæ iuri communi, quo sublato ille modus electionis per se malus non est, sicut enim ille modus est lege positiua Ecclesiastica, sic sublata hac lege per aliquod priuilegium, modus erit licitus, Et hoc modo potest defendi electio Mathiæ per sortem, quia tunc non erat prohibitio positiua, d non dum Spiritus sanctus aduenerat, per quem Apostolis nouis rebus perficerentur quæ erant agenda, hoc autem ut dicam addueor ab alio exemplo, Nam Apostoli debebant eligere septem Diaconos, quia erant pleni Spiritu Sancto, non vi sortibus pluris sortibus Ergo antequam fuissent pleni Spiritu Sancto: nulla tunc lege obstante poterant vti sortibus, cum non appareret uter alteri ex illis duobus præpositis præferendus esset. Non dubitandum tamen est Mathiã electionem per sortes fuisse factam inspiratione diuina, quod colligi potest tum ex mirabili illa exhortatione Petri quæ tota erat à Spiritu Sancto; tum ex communi oratione omnium qui petebant ut Deus ostenderet quem eligeret, d certe id congruum esse videtur, Sicut enim alij Apostoli immediate à Christo non fuerunt electi sic etiam decuit ut eligeretur is qui locum Judæ succederet. Vnde Dionisius Cap 5. De Ecclesiastica Hierarchia dicit Apostolos obreuerentiam illius dignitatis, ad quam erat assumendus Mathias de ipsi electionem commisisse. Neque in hoc tentarunt Deum, quia non sine morali necessitate d publica vtilitate id fecerunt.

Electio Mathiæ per sortes

Septem Diaconi non per sortes sunt electi

Electio Mathiæ per Sortes consultorias

Addo illud factum Apostolorum non tam ad sortes diuisorias quam potius ad sortes consultorias pertinuisse, per quas d tribuebant officium electo: quam potius petebant signum à Domino, inspiratione ipsius permoti.

Dico tertio.

Dico Tertio Consultoria Sortes communiter sunt illicitæ, nisi quando humanum consilium non suppetit, vel nisi Deus inspiret illis esse utendum vt paulo ante dixi in exemplo de Sancto Mathia. Ratio est Quia sine necessitate velle ut Deus suam voluntatem peculiari modo manifestet, pertinet ad Dei tentationem vt ait D Thomas. Deinde Deus non promisit se sortes istas temperaturum, ergo vanum est inducere in animum hanc esse Dei voluntatem vt verbi gratia talem vel talem iactum tesseræ sequaris, imo etiam periculosum est inducere in animum talem cogitationem, quia facile Dæmon se immiscebit hominem decipiet. Vide merito hic usque reprehenditur à D Augustin: Epist. 119 Cap 20, Et à Leone 4 ad Episcopos Brithaniæ Capite Sortes Caus: 26 Quæs 5. Sortes inquit quibus cum cæteris vos vestris discriminatis pronuncijs quas patres damnarunt, nihil aliud quam diuinationes & maleficia esse decernimus, quam obrem volumus illas omnino damnare, & inter Christianos nullatenus ultra nominari, ne exerceantur Anathematis interdicto prohibemus.

Quando tamen humanum consilium non suppetit licitum est has sortes adhibere cum bona spe fore vt à Deo singulari prouidentia temperentur, iuxta illud Prouerbiorum 16 Sortes mittuntur in sinum sed a domino temperantur. Hic tamen locus ex prouerbijs allatus habet etiam aliam significationem, nimirum posse interdum sortem illicite intentari ab homine, quam tamen Deus singulari sua prouidentia conuertat in eum finem quem ipse Deus intendit, & Ita accidisse Jonæ primo credibile est. Adde quod Deus frequentissime dicitur temperare sortes non dirigendo sed pro sua occulta & inscrutabili sapientia permittendo. Quid quid tamen sit potest in hoc frequenter peccare etiam mortaliter.

Primo Si absque necessitate per tales sortes tentetur Deus SECUNDO Si ista consultatio Dei adhibeatur quidem in necessitate sed adhibeatur in rebus futilibus seu in quibus non est magnum damnum, de quo Vide Nazor in moralibus institutionibus.

DICO QUARTO. Diuinatoriæ Sortes omnino sunt illicitæ, Vnde prohibentur Cap 5 de Sortilegijs, Et Caus 26 Quæs 5 Capite Sortes, Capite pervenit, Capite Si quis Clericus, Capite Contra, Capite Episcopi. Ratio est. Quia ad expectatur earum moderatio à Deo, vel à Cælo, vel à Casu, vel à Dæmone. Atqui non expectatur à Deo quia non est probabile Deum ad significanda futura illas directurum, nusquam enim id promisit, & eventus sepissime contrarium ostendit. Denique ordinarie loquendo nulla est necessitas tam peculiaris concursus diuini. Nec etiam à Cælo pendere quod supra verè tum est. Non etiam à Casu, quia Casus nihil determinati potest

significare.

Sortes consultoriæ sine inspiratione diuina sunt illicitæ.

Damnatio Sortium.

Quando licitum est has sortes uti.

Peccatum in hoc genere sortium.

Sortes Diuinatoriæ omnino sunt illicitæ.

Cognitio per sortes diuinatorias vnde.

significare, alias si præsignificat non est Casus, sed vel causa naturalis vel signum natu-
Ergo expectatur illa cognitio à Dæmone, & ipse tacito quodam pacto & consensu
tum ut sortes regat: tum ut effectum præsignatum procuret.

Exempla talium sortium sunt plurima, ego quædam recensebo. Sors itaque
Exempla Sortium diuinatoriarum.

toria est, pertinens ad superstitionem, ac proinde pugnas cum primo Præcepto
prædicere prosperos vel aduersos eventus. Si tabula, tessera, paxilli, chartæ ad
natrices a hoc vel illo modo decidant. Si chartula in vnam conjecta aut in cribra
ta vna cum alijs multis, quæ Petri nomen inscriptum habeat educatur, & inde conclu
dunt apud Petrum esse rem quæ fuit furto ablata. Item si librum aperienti certa
dam scriptura ocurat, qua res lætas tristesve contineat, quâ omnia eiusmodi genera
natione traxerunt originem. Gentes enim Dæmonum fraude deceptæ, sortibus tem
hoc vel illo modo cadentibus Diuinitatis aliquid in esse credi derunt, aut falli
tuite ac temerarie sorti multa tribuerunt. Dixerunt vero quidam inesse
Error quibusdam de sufficienti potestate animæ ad dirigendas sortes.

mana esse sufficientem potestatem ad sortes dirigendas observata cæli constellatione,
quod referri solet ex Agrippa lib 2 Occultæ Philosophiæ Cap 54. Sed illa Philosop
non solum est vana, sed etiam Diabolica & superstitiosa, quia inducit Superstitiosa
Astrologiæ iudiciariæ, de qua supra, & addit hanc nouam Sortilegij vtendi ra
test anima humana talem potestatem sibi arrogare, nisi forte ex Dæmonis suggestione ac
ceptione. Est ergo eadem ratio de hoc diuinationis genere, quæ de Augurijs similibus.
Solum hic est notandum ex occasione illius puncti Si librum aperuerit, non semper effi
tes diuinatorias illas actiones quæ interueniunt in aperitione libri, solenque etiam
ris Ejs vsurpari. Nam multi viri pij pro varia dispositione animæ sicut soleat ac
niter aperire Thomam de Cempis, vt inde consolationem vel doctrinam aliquam ac
aut, sed id potius faciunt propter consolationem vel eruditionem suam, quia quod ea
credant non aliter se esse dispositum; nec aliud sibi esse agendum quâ quod liber dem

Dubium Quartum

Quomodo Somniorum obseruatio pertinet ad diuinationem.

Dubitatur Quarto Quomodo obseruatio Somniorum pertinet ad diuinationem,

Nomina somniorum

Somnia vnde proueniunt

Suppono primo ex Philosophia somnium appellari imaginariam vim seu apprehensionem, quæ in sensu interiori sit tempore somni, quoniam exteriores sus sopiti sunt, vt videre licet apud Aristotelem libro De Somnis, soletque tam Somnium ejus nominibus vocari, nimirum Somnium, Insomnium, Visum, fantasma, & interdum o culum.

Suppono Secundo Somnia posse prouenire ex quinque Causis. Primo ex
tari Dei pro

lari Dei prouidentia, Secundo Ex constitutione cæli vel aeris, Tertio Ex affectione corporis humani Quarto Exphantasmatibus cogitationibus Quinto Exprocuratione Dæmonis.

Somnium ex peculiari Dei prouidentia.

Nunc dico primo Si constet vel probabile sit somnium expeculiari dei prouidentia fuisse somnium, fas est hominem ex eo capere futurorum præuotionem. Deus enim somnia non permittit nisi aliquid significandi, quo hominem moueat vel instruat. Constat autem ex scripturis sacris somnia aliquando diuinitus immitti, & non solum pijs ac bonis viris, verum etiam impijs ac impuris. Vt patet in Pharaone Genes 41 Et Nabucho donosore Daniel. Cap 2.

Exempla Somniorum

Et ite Stoici hinc inde multis conrectis exemplis conabantur ostendere contra alios philosophos qui somnia omnino reiciebant, Deum sapius somnia immittere. Qualia quidem somnia nonnulla refert Valerius Maximus lib 1° Cap 7°, de nō pr̄ Ad zor infuis moralibus institutionibus. Panca quadam adtexam.

Somnium Cesaris

Cesar antequam infesta in vrbem inferet arma, per quietem ser per somnium videbatur sibi videre se matri stuprum intulisse, at coniectores ad amplissimum imperij spem hoc ipso somnio illum incitarunt, ita Suetonius in vita ipsius Capit 7. Item per quietem vidit se per nubem volita: & vertice ipsum cælum tangere ibidem Cap 8 Idem pridie quam necatur somniauit se iuxta solium Jouis consistere, sed mox e cælo præcipitatum. Plutarchus in vita eius & Valerius Maximus lib 1° Cap 7.

Somniū Simonidis Poetæ,

Simonides Poeta cum ignotum quendam hominem mortuum proiectum vidisset, & misericordia tum corpus eius sepultura mandasset. Per quietem admonitus est ab eo ne proximo die Nauigaret, habebat enim in animo nauem conscendere, remansit intecta: ij qui inde soluerunt fluctibus & procellis in conspectu eius obruti sunt Cicer: lib 1° de diuinatione, & Val: Max lib 1° Cap 7.

Somnium Amilcar Ducis Carthaginensium,

Amilcar dux Carthaginensium cum obsideret Syracusos, somniauit se proximo die in illa urbe Caraturum, Letus igitur exercitum comparauit ad pugnam, sed somnium euasit intrstiera. Captus enim est subita irreptione hostium seu Syracusanorum, & intra Menia illius Civitatis tractus Canauit Syracusis non victor sed Captiuus Valerius Maximus ibidem.

Somnium duorū familiarū,

Duo familiares arcades iter vna facientes Megaram venerunt, quorum alter ad hospitem contulit, alter in tabernam meritoriam diuertit, is qui in hospitio erat, vidit in somnis comitem suum orantem ut ei subueniret: quod sibi a Caupone interitus pararetur, primo perterritus somno surrexit, deinde cum se collegisset, atque visum pro nihilo habendum esse recenbuit, tum ei dormienti is ille comes itineris visus est rogare, vt quoniam sibi vivo non subueniisset, mortem suam ne inultam esse pateretur, se interfectum in plaustrum a Caupone esse conjectum, & supra stercus esse in rectum, petere ut mane ad portam adesset prius quam plaustrum exiret. Hoc Somnio ille commotus mane bubulco praesto ad portam fuit, & quaesiuit ab eo quid esset in plaustro, Bubulcus perteritus fugit, & ille mortuum comitem ex plaustro extrahit

plaustro extulit, atque ita Caupo re patefacta panas debitas tenuit. Ibidem valerius Maximus & Cicero lib 1° de diuinatione.

Hæc & alia si vera sunt, Dei nutu acciderunt, vnde non probant Somnijs per se fe ex natura credendum, nisi sint a Deo ordinata ad aliquid manifestandum, in qua re innotabilis est facultas. Verum tamen est tum ex dictis tum ex communi doctrina Theologorum, ac hoc mis D. Thomas 2da 2dæ Quæs 95 arti: 6 Deum aliquando esse Causam somniorum, & ex illo Numer Cap 12. Si quis fuerit inter vos Propheta domini in visione apparebo illi, per somnium loquar ad illum.

Somnium à Deo permissu ad aliquid significandum duobus modis fit

Petes Primo Quomodo istud fieri potest? Respondeo Duobus modis. Primo Impressione verborum quando Deus per Angelum vel sensus communis concipiat per modum auditus & velut alis loquente certa verba quibus significetur quid fieri debeat, & simul idem Deus mentem reddit certam; vel intellectualem illustratione, vel occulto quoddam gustu & experimento non sub esse fraudum. Tale fuit somnium Joseph de virgine Sacro Sancta non deserenda De fuga in Egiptum. Per eadem ex Egipto Et Somnium Magorum de non redeundo ad Herodem. Hoc autem genus somnium vocatur Græce Χρηματισμος. Latine Oraculum Vt docet Macrobius in Somnijs Scipionis.

Nomina horum Somniorum

1 Chrimatismos.

Secundo Potest hoc fieri aprehensione aliquarum rerum, quæ vel similes sunt rebus eventuris, vel aliquam saltem proportionem cum illis habeant, vel si persicue rem exhibet sicut futura est Χορασις id est Visio. Sic obscure & Enigmatice dicitur ονειρος Latine Somnium, Tale fuit somnium Jacob Genes 31 versu 10 Et somnium Joseph Genes 37 Et Pincernæ ac Pistoris Genes 40 Nabuchodonosor Danielis 2 Tale etiam fuit Somnium Teodosij quando adhuc privatus perquietem vidit sibi cervicem Imperij per Episcopum Melecium imponi, cum tamen ea dere non cogitabat, nec Episcopum tum noset Vt refert Theodoretus lib 5 Histori Cap 6 & 7 Tale etiam fuit somnium Sancti Policarpi quod habuit triduo ante suum Martirium, quando vidit suum Cervical comburi, quo præsignatum fuit genus Martirij quo erat subiturus.

2 Choroma.

3 Oniros.

Vnde cognoscitur Somnium, an sit à Deo vel à Dæmone.

Petes Secundo, vnde potest cognosci vtrum sit à Deo an à Dæmone. Respondeo cognosci ex eo ad quod homo per somnium impelitur, Vt si ad deserendum seculum, ad timorem inferni, ad dolorem peccatorum & similia incitetur, existimandum est esse à Deo partim ex affectu qui relinquitur post somnium, Vt si inde remaneat illustratio animi, solatio sancta; partim ex intimo quoddam sapore & gustu. Aliter enim afficiunt mentem somnia Diuinitus immissa, aliter autem aliunde prouenientia Vt docet D Gregorius lib 4 Dialogorum Cap 48 Eius autem rei exemplum áfert D Aug tib 6 Confes

num Cap 13

num Cap 13 in Matre sua Sancta Monica, dicebat inquit ille (scilicet Matermea) se discerne-
re intime quid enim saporem quem interesset ructantem te, & animam suam somniantem.
Cum enim sint supernaturalia somnia quæ immittuntur à Deo, sapiunt etiam plurimque
quiddam Diuinum supernaturale, ita ut si homo diligenter consideret facile aduertere pos-
sit à Deo prouenire. Interdum tamen res est obscura & facile esse potest, diabolus insinu-
are transfigurata specie sua in Angelum lucis. Petes Tertio Quid ergo
tandem in hac re est tenendum Respondeo Primo De Somnys non est ferendum
etum iudicium in somnys sed in vigilia. Secundo Judicium de somnio quod à Deo sit De Somnis non est ferendum iudicium in somnys
non debet fieri ad sensus sermo qualis est ad sensus fidei, hoc enim fieri non potest sine speci-
ali gratia Spiritus Sancti quæ pertinet ad discretionem Spirituum. Qui Spiritus
a Sancto Bernardo sermone de Septem Spiritibus (qui de ex Spiritibus inscribi debet)
ex nominantur Scilicet Diuinus de quo David Psalmo 84 Audiam quid loquatur in me dominus. Secundus Angelicus Zacharia 1° Angelus qui loquebatur in me. Horum
duorum Spirituum qui loquatur nec discernere facile est, nec ignorare periculosum in-
bi D Bernardus præsertim cum certum Angelum horum nunquam loqui experimet ipse sed
Deum esse qui loquitur in ipso, proprium tamen est ut ait Pater noster Ignacius in libro
suorum exercitiorum, Dei nulla præsente Causa consolationis suam ingredi Creaturam
& illam totam in amorem conuertere. Tertius Spiritus Diabolicus de quo Psal 77
Immissiones per Angelos malos. Et hic inquit D Bernardus semper amara loquitur, tan-
quam leo rugiens insurgit, Cum ad iram, ad impatientiam, ad diffidiam animum prouocat,
huic resistendum est dicendo Scriptum in patientia vestra possidebitis animas vestras
Luce 21. Quartus Spiritus Humanus De quo 1ª ad Corint 2 quis enim
hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est, Idem vocatur naturalis
hoc est qui prouenit vel extemperamento corporis, vel ex dispositione animæ naturalis
de hoc ait Rychardus de Sancto Victore prima parte in Cantica Cap 27 quam fre-
quenter imperfecti naturali alacritate mouentur & moueri se putant spirituali conso-
latione. Quintus est Spiritus Carnis Cuius meminit Apostolus ad Colos 2
dicens Quosdam esse inflatos Spiritu carnis suæ, semper autem loquitur mollia & volu-
ptuosa. Sextus Spiritus Mundi De quo S Paulus 1 ad Cor: 2 Nos autem non
Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est. Sicut ait D Bernardus
semper sugerit vana, vt etiam ex eodem Capite D Pauli videri potest, vbi enim D Paulus

ait Non in sublimi-

De Somnis non est ferendum iudicium in Somnys

Sex Spiritus qui in somnis nobis futura loquuntur.

1. Diuinus

2. Angelicus

3. Diabolicus

4. Humanus

5. Carnis

6. Mundi.

Non in sublimitate sermonis aut Sapientiâ veni ad vos &c Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum & hunc Crucifixum. Vt ergo certamen nostra recedatur esse qui per somnia loquitur, interna illustratione Sanctorum spirituum illustratione opus est. Itaque quod hic tertio observari debet est scilicet occasio, materia & effectus, nam his constet somnium ordinari ad aliquod opus pietatis & doctrinâ fidei ac honestati morum consentaneum Vt ad tribulationem, aliqua patienter ferendum, facile coniectari potest esse à Deo, & ad hoc etiam conferre possunt aliæ coniecturæ sumptæ ex internis spiritualibus, Vt sunt susceptio visionis cum humilitate, deuotione, & reuerentia ad Deum tunc ätem licet non præueniatur ad certitudinem fidei, sufficit coniectura probabilis ad prudens iudicium satis sit, Vt homo credat tale somnium esse à Deo, & secundum illud quid operetur vel prouideat. Est autem in hoc euentu consilium optimum iudicio & cordine sapientum vti, qui & doctrina & pietate poleant, & experientia spiritualium rerum omnino careant.

Somnium cognoscitur
1° Ex Occasione
2° Ex Causa
3° Ex Effectu.

Petes Quarto.

Si non est probabile somnium esse à Deo quale est peccatum illi credere.

Si non est probabile somnium esse à Deo, quale est peccatum illi credere. Respondeo Ex genere suo esse peccatum, quod

Ratio est Quia euidenti periculo Dæmoniacæ deceptionis te exponis; maiorque existit si eam quis alias expertus, & in similibus casibus se esse deceptum, illud enim est maximum deceptionis diabolicæ Vt docet D Thomas 2da 2dæ Quæst: 172 Art 5 ad tertium. Pro quo Nota hic aliqua loca scripturæ Deut: 13, Leuit 19, Ecclesiastici 34, Ecclesiastes Jeremiæ 29, quæ plurimum valent contra somnia, & digna erant quæ hic expressè ponerentur si tempus pateret.

Loca scripturæ sacræ contra Somnia.

Notat autem Caietanus in summula verbo Somniorum observatio, & Nauarrus in Manuale Cap 11 Numero 33 ponè hoc peccatum excusari agrauitate mortali, quando homo non omnino credit rem in somnio ostensam esse veram, seu futuram, & nihilominus operatur quod ratione talis somnij quod alias malum non est, nec contra præcepta Dei vel Ecclesiæ vt cuitet aliquod malum quod somnium minatur, tunc enim licet sit aliqua leuitas vel complicitas, aut nimia timiditas, non apparet tamen grauis malicia, quia ille non tam credit somnium esse à Deo vel esse verum; quam ponè esse, in quo multo minus erroris est, licet multum sit vanitatis.

Quando peccatum hoc excusatur à grauitate mortali.

Si tamen quis deditus ita esset somniorum vt passim illa in rebus agendis interueniret ponet a peccato mortali excusari, nam hic observatio augurijs comparatur Leuit 19 vbi dicitur Non augurabimini neque obseruabitis somnia, sicut ergo augurijs fidem dare, & per

Si non est probabile somnium esse à Deo quale est peccatum.

actiones suas deregere

actiones suas denegare grauis est superstitio, ita & somnia obseruare

DICO SECUNDO Facile est Diabolo qualibet immittere concitando humores & spiritus, sic enim varia visa excitantur. Diabolica Somnia quomodo cognoscere. Possunt autem diabolica somnia cognosci vel ex illis quæ in ipso somno interdum accidunt, & tunc quando sunt turpia obscena inhonesta, signum est non esse à Deo. Potest autem interdum esse tale somnium naturale ad quod sequatur temperamentum corporis, vel animale quod sequatur dispositionem animæ. Si tamen considerata persona conditionem vel similius apparet non habuisse somnium in tali homine, huiusmodi causas signum ferre euidens est esse à Dæmone, vt sensit Iustinianus Martyr in responsione ad Quæstionem 21 Et Theonas apud Cassianum Collat: 22 Cap 6 Item exime potest diabolicum signum aparere, quia si admittit aliud inducat quam ad vanam curiositatem vel elationem & affectum existimationis apud alios fouere videatur, talium signum est non esse à Deo. Earum autem refert an sit a mundo vel à carne, Cum teste S. Bernardo sermone de sex Spiritibus, Spiritus Carnis, & spiritus mundi sunt satellites quasi illius Principis tenebrarum.

DICO TERTIO. Si somnia putantur esse ex causa naturali, licitum est ex illis coniecturare de euentis quæ ab illa causa prouenire solent, vt de mutationibus aeris, de mortis, & de Corporis temperamentis, de humorum redundantia, De quibus multa scripsere Medici Hipocrates de insomniis & Galenus de præsagio ex insomniis. Calum enim ex impressionem aliquam in corpus humanum sanguinem & spiritus faciunt, ratione cuius per fantasiam fantasia consentanea visa aprehendit maxime per quietem, dum sensuum exteriorum operationem non distrahuntur. Somnia ex causa naturali sunt licita.

Sepius tamen & certius ex somnijs capiuntur coniectura de affectionibus corporis quam de mutationibus cæli, quia immediate ex corporis dispositione oriuntur; hoc modo Si quis incendia per somnium videat, flauabile infestari iudicatur. Si fumum, Caliginem, profundas tenebras, funera & alia id genus, tristia atrabile. Si pluuiam, niues, grandinem, glaciem, pituito vel frigido flegmata. Si somniet se volare, aut velocissime currere, signum est leuis & temperati complexionis. Si grauia onera ferre, aut per angustis locis ubi vix se mouere queat versari, signum est vim animalem multitudine humorum grauari. Si ea quæ ad libidinem pertinent signum est redundantiæ sperimatis. Si versari in Cenosimo & indigum est abundare humoribus putredis, aut intestinor- Somnia immediate ex corporis dispositione oriuntur. Naturales effectus ex somnijs.

aut intestinorum extrementis. Sic qui somniaret crus effectum sibi lapideum, timet ne paulo post fiet paraliticus. Sic etiam Galenus, qui somniaret se nimis esse plenum sanguine constitutum, coniecit plectora sanguinis laborare.

In Cubum.

Huc pertinet somnium illud quo aliquod spectrum hominem irruere & opprimere videtur, quod Ephialtes & πλαγιαυλιξ Greci vocant, latini in Cubum, hoc est, quod prouenit à crasso tetroque vapore in cerebrum inuente, & vias spirituum animalium intercipiente, ita ut signum est crassi & melancholici sanguinis & crudi tatum, huiusmodi Cubum est Epilepsia, si quis crebro id patiatur, hoc genus vocatur Fantasma, Ciceroni vero visum.

Somnia quæ proueniunt ex prauis cogitationibus, nihil de futuris significant.

Dico Quarto Quando somnia proueniunt ex prauis cogitationibus &c nihil de futuris significant, sed solum insinuant suam causam, hæc proprie vocantur Ενυπνια id est insomnia, de quibus sit satis.

DE VANIS OBSERVATIONIBVS

Quæritur X.

Quæ sunt vanæ observationes, & qualia in illis peccata.

Vanarum observationum quadruplex Ordo.

1. Ars notoria.

Dico Primo Vanæ observationes dicuntur cum aliqua sunt vel adhibentur ad aliquem effectum, ad quem nec à Deo, nec à natura nullam vim habent, quæ sunt quomodo differunt à diuinatione infine dicam. Harum quadruplicem ordinem ponit Thomas 2da 2dæ Quæs 96. Primo Artem notoriam, per quam si inquiratur

Veritatis per

veritatis per quædam puncta significationum cum Dæmonibus inita, Talis est aspectio quarumdam figurarum, Verbi gratia aspectio figuræ in cera fusa liquata. Talia etiam sunt quædam legunia, perque certo speratur cognitio futuræ veritatis; Vt ieiunium in festo vel in vigilia Sancti Andreæ per quod sperant mulierculæ se cognituras quis earum futurus sit Maritus. Secundo pertinent huc observationes sanitatum, Tertio Observationes eventuum, Quarto Suspensio Sacrorum verborum ad colum.

Aspectio figuræ in cera liquata fusa.

2°
Observatio Sanitatu.

3°
observatio eventuu,

4°
Suspensio Sacrorum verborum ad colum

Primus ordo.

Ars notoria est peccatum mortale.

DICO Secundo Ars notoria quam posui in primo ordine est peccatum mortale, quia saltem tacite invocatur Diabolus; eique attribuitur potestas infundendi animi habitum scientiarum, quod solius est Dei ut docet D. Augustinus lib. 10 de ciuit: Cap. 9. Dixi eique attribuitur Si enim ille ceremoniæ non haberent vim à Deo (nam si haberent Ecclesia id non ignoraret) nec à natura rerum, quid enim habet talis vel talis expressio in cera liquefacta vel in alia materia, ad talem effectum, quomodo enim pendet ex tali expressione ille effectus; pendet ne ut ex causa: Vel certe econtra, est ne effectus ille qui speratur causa istius expressionis quæ est facta siue in cera siue in plumbo, Vtrumque dicere coram eo qui rem intelligit est insanire. Item quævo pendet ne ille effectus qui speratur à tali expressione tanquam à signo à Deo dato, hoc etiam dicere non poterit; quia talis signi observatio pertineret magis ad Ecclesiam quam ad Vulgus ut iam dixi, Sicut etsi ubique sit anima tota in corpore humano, tamen anima illa per caput tanquam per proprium membrum loquitur, cognoscit, non vero per pedem aut manum. Speratur ergo ille effectus ab illa impressione vel figura tanquam a signo dato à Diabolo in facto quod aliquando cum ipso fuit initum tunc cum primum tales figuræ sunt inventæ.

Ars notoria est peccatum mortale.

Exempla huius superstitionis sunt plurima, quæ brevitatis causa omitto. Breviter sicut iam dixi huc pertinere existimabis omnia illa quæ ordinantur ad cognitionem alicuius veritatis, & per se ad inueniendam illam sunt efficaturi.

Secundus ordo

DICO Tertio, Observatio sanitatum est, quando adhibentur aliqua vel opera vel alia signa aut ceremoniæ in anes ad hominum aut aliorum animalium curandos morbos: Intendum sanguinem, mitigandos morbos, ad conseruandam vitam vel valetudinem. Dixi in anes quia Causas naturales adhibere ad suos effectus licitum est tales autem sunt illæ imagines astronomicæ sub certa constellatione fabricatæ. Solent autem ut hoc probe liges aliqui sub signo leonis sculpere in auro figuram leonis, & dicunt eam valere

Observatio Sanitatum

Error Caietani

Figura leonis sculpta in auro sub signo cæles. leone Valet contra varios morbos

contra fantasma:

contra fantasmata, Melancholiam, Hydropem, pestem, & febres &c. Certum enim est figuram illam leonis aurum impræsam, non facere aurum illud magis idoneum ad impressionem signi Zodiaci quod leonem vocant suscipiendam, quam fecerit figura bovis vel aquilæ. Clarius non videtur constare posse unde illud signum insit in auro sub constellatione leonis: seu eo tempore quo sol est in leone, posit nobis servem policere favorem cæli: quam si in eodem auro, eodem tempore sculperetur forte verbi gratia anseris: nisi forte dicas leonem illum qui est signum cæleste ob gratitudinem quod eum depinxeris in auro flectere suis precibus cælum ut tibi faveat, quod dicere non tantum est ridiculum: sed etiam est aliquid rationis cælo attribuere cum Ethnicis & Idololatris. Vide mirum est quid Caietano hoc loco Articulo 2. contigerit quod talia defenderet. Nos autem dicimus tales figuras pertinere ad occultam cum Dæmonibus, quia illi viso tali Charactere & figura tali modo & ceremonia, impressa vel expræssa aliquantur ex parte aliquando cum illis ab aliquo primo homine initio a quo talis observatio promanavit imposteris. Vide D. Augustinum lib. 21 De Civitate Dei.

Decipiuntur homines à Dæmonibus per Creaturas.

Illiciuntur Dæmones per creaturas quas non ipsi sed Deus condidit, delectabilis proprietate diversis, non ut animalia cibis sed ut Spiritus signis, quâ cuique delectationi congruunt per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium carminum. Vide Cornelium Agrippam lib. 2 de occulta Philosophia à Cap. 35. usq; ad 45. ubi multa exempla hujus superstitionis enumerat. Observatio autem hæc sanitatum inducit peccatum mortale: nisi aliquis excusetur ignorantia, quæ forte non sit crassa, nam si admoneat Parochus vel alius vir doctus cui teneatis credere, vel hunc esse malum & contra Dei præceptum non excusaberis. Vide Navar: Cap. 11. Num. 33.

Observatio hæc sanitatum inducit peccatum mortale

Tertius Ordo

Dico Quarto.

Observatio eventuum quando fortuito aliquid vel occurrit homini, exquo sibi vel alteri aliquid adversi vel læti conjectat, Est etiam pernitiosa & gravem inducit culpam per se loquendo, quia facile potest diabolus se ingerere, & in multos errores inducere.

Observatio eventuum gravem inducit culpam.

Nota

Solent autem aliqui domo egressi, si occurrerit eis pauperem & male vestitum: aut si religiosum hominem primo occurrerit, aut summo mane audierit certo conjectare nihil sibi boni illo die eventurum. Item quæ alij domum revertentes si cum primo mane exigerint puerum obviam habuerint, aly omnia sibi sinistra eventura omniantur, si pedem sinistrum prius extra domo extulerunt. Item aliqui putant de

foresteritem

foret sterilem si egressis foras primo Mulier occurat quasi virgo: prosperum vero si facundam si occurat Mulier quasi Meretrix. Sic occursus vulpis & canis prægnantis censentur infortunati: Similiter aliqui dicunt aliquos dies esse infortunatos vt verbi gratia diem innocentum vnde nihil illis agredi audent: alios vero fortunatos quo pertinent quidam Canones superstitiosi adrem Medicam pertinentes, quales multos habet Joannes Bemdagine lib. 4. vt non esse abluendum Caput die Martis & similes Remi fuit iudicio conficta. De quibus videri potest D. August: lib. 2. De doctrina Christiana. Et D. Chrisostomus homil: 22 ad Populum Antiochenum, Omnia autem hæc à gentibus accepta sunt, quæ cum aliquando experirentur certis quibusdam euentibus letum vel breue sibi aliquid accidisse, in eis aliquid diuinitatis contineri censerunt, & deinde damnum in illis euentibus fese minuebat.

Quartus ordo
Suspensio sacrorum verborum ad colum.

DICO QUINTO Inscripturis vel alys sacris suspensis ad colum duo cauenda videntur. Primo quidem videndum est quod sit scriptum vnde si est aliquid quod ad adinuationes Dæmonum pertinet reiiciendum est tanquam superstitiosum. Item quæ si contineat ignota nomina, vnde D. Chrisostomus homilia 43 super Matthæum dicit quod Pharisæorum magnificantium fimbrias suas exemplo nunc multi aliqua nomina Hebraica Angelorum & hominum confingunt & scribunt, & aligant quæ non intelligentibus metuenda videntur. Cauendum etiam ne aliquid falsitatis & mendacij illis quod in colo apenditur, quia sic eius effectus non potest expectari à Deo qui non est testis falsitatis, præterea ne cum verbis aut rebus sacris aliqua misceantur hæc. Vt cum agnus Dei signo crucis aliqui Characteres impertinentes, omnis etiam circumstantia inutilis ad rem etiam Sanctissimam adhibita, si tanquam necessaria adhibetur facit vt opus sit superstitiosum, cum enim illa non iuuet vt causa necessitat adeo eò fugienda, quod iam toties inculcauimus, & diligentissime est inuestiganda materia superstitionis observandum, necesse est vt pertineat ad pactum cum Diabolo saltem implicitum. Vnde etiam pro hanc observationem seu hanc suspensionem rerum sacrarum cum tali circumstantia malo esse peccatum mortale ex genere suo. Ad extremum quod promiseram adfinem huius officinis.

DICO SEXTO Hunc modum superstitionis esse valde affinem diuinationi de qua in superioribus dictum est. Differre tamen observationem vanam a diuinatione in hoc Primo quod in diuinatione homo de industria quærat signa vnde diuinet vt patet ex

Differentia vanæ observationis à diuinatione

tractatu de diuina-

tractatu de diuinatione. Hic vero non quæruntur signa, sed tantum ex illis quæ to accidunt coniectura capitur. Secundo quod ibi quæratur princip[ali] noticia, hic vero non tam noticia quam potius directio operatio. num ex aliquo casuali euentu cuius ne suspicio qui dem tibi venit in mentem &c.

DE MAGIA

Quæritur, XI.

Quid sit Magia, quomodo cognoscatur, & quale peccatum mea inclu

Magus significat Sapientem. seu Philosophum naturalem.

Aduerte Magorum nomen cõmuniter loquendo esse generale grecos significabat Magus sapientem, & enim præcipue qui in Philosophia erat c[on]- tissimus, & quia inter naturales scientias illa altior & admirabilior quæ caloru[m] astrorum motus considerat & assequitur, ideo illi maxime solebant Magi appell[ari] qui in illa scientia eminebant. Sic enim tres illos viros primos christi ex gentibus ad[o]- tores vocatos esse magos Mathei 2 significauit Leo papa Serm: 4 de Ep[iphania] domini, dum illos dicit fuisse gentem quæ spectando orum ordinem arte polebat. Cum ergo Magia denominatur Magia in hoc sensu, idem est quod Philosofia naturalis vel magis stricte idem est quod astronomia. Postea vero translata est hæc vox ad significandam artem qua docet fateri quædam opera insolita per causas natur[ales] absque dæmonis opere, tale videtur fuisse illud opus in Paliscorum agro cum sacra gentis quæ in sacrificio munus quod fiebat in honorem Apollinis, super ardentem ignem ferrum ambulabat nec aburebantur. Varo enim illud non tribuebat miraculo sed ex

busdam medi-

bilem medicamentis. Et quamuis hæc Magia per se mala non sit tamen est periculosa, quia in genia humana rebus curiosis & inutilibus implicat, & excurriosis malis curiosos reddit, & sensim ad magiam superstitiosam introducit. Quæ ut intelligatur quid sit

Dico Primo Magiam superstitiosam seu magiam quâ ram modo vulgariter appellatur Magia, nihil aliud esse quam artem quandam operandi mirabilia signa ope dæmonum, his enim signis adiuvatur dæmon ut faciat quod magus petit. — Magia superstitiosa

Dico Secundo Tribus modis potest cognosci an aliqua operatio ad magiam superstitiosam pertineat Primo Ex conditione Causarum Secundo Ex conditione operationum Tertio Ex conditione effectus. — Cognitio, an aliqua operatio pertineat ad magiam Superstitiosam.

Quod ad primum attinet si preces adhibeantur quibus falsa permixta sunt ut Christum habuisse febrim vel spasmum & similia, indicant magiam. Item si verba adhibeantur exotica seu peregrina. Item si adhibeantur Characteres, imagines, sigilla, figuræ, specula, unctiones, & similia, præter Ecclesiæ morem. Cum enim effectus ad quem diriguntur non possit expectari ex virtute talium causarum; nec etiam à Deo aut ab Ecclesia quâ Spiritu Dei regitur & sequitur eum expectare analogus tribus, nec obstat quod interdum nihil nisi verba sacra aut versiculus aliquis scriptura adhibetur, quia talis versiculus non dirigitur ad Deum in hac actione magorum, nec eo sensu proferitur quo sacer est, sed animo profano, ut aliquis effectus vanus vel alienus ad quem ex Dei vel Ecclesiæ institutione non vellet ad effectum proveniat. Sic illo versiculo Confirmatum est quidam blantur ad luxaciones equorum curandas. Et illo In chamo & freno constringes maxillas eorum ad sopiendos Canes. Item hæc implicite diriguntur ad Dæmonem qui etiam in rebus sacris sua signa instituit ut homines fallat, & Deo maiorem contumeliam inferat. — 1° Ex conditione Causarum.

Secundo Ex conditione operationis ut cum repente curatur Equus vel homo, absque divino miraculo, cum brevissimo tempore multa miraria conficiantur, cum operatio ad remedium tantum se extendit ut si huic pungatur imago cârea Petri, & ille alibi doloribus afficiatur. — 2° Ex conditione operationis

Tertio Ex Conditione effectus Si huic industriam humanam superet sunt autem huius modi complura inter quæ illud Beati Hieronymi recensetur, in vita Hilarionis ab — 3° Ex conditione effectus

batis, vbi refert Juuenem quendam qui Virginem iocis, nutibus, muneribus (quæ pertinax virginis esse principia) in turpes amoris non potuit pertrahere, ad Magicas artes versum eo amoris Virginem traxisse, vt abiecto amictu capitis crines vetaret pertundi. De hac autem re studentibus: nomen adolescentis quem alibi contempserat perpetuo inclamaret.

Amor & concupiscentia est facultatis sensitiuæ affectio.

exemplo & similibus filtris duo dici possunt probabiliter. Primum est Esse quasdam rerum naturalium vt herbarum ac lapidum vires & facultates, quæ amoris & concupiscentiæ flammam possint incendere, est enim amor & concupiscentia facultatis sensitiuæ affectio quæ diu spiritum excitari: incendi: confirmari: & contra remitti minui & extingui possunt. Alterum est Nullam esse rebus scilicet naturalibus facultatem ingenitam quæ sua natura excitant, alliciant & incendant hominem ad amandum: vel odio prosequendum hunc vel illum in particulari. Quod enim excitetur in nobis amor generis fieri quidem forsitan naturaliter poterit certo poculi aut cibi genere sumpto. Quod vero excitemur ad amorem aut Odium huius aut alterius certi hominis, vsitatis non est in rebus quæ comeduntur aut bibuntur, Vnde hoc tantum est ex Dæmonis facultate: qui hominem naturaliter ad amandum aliquo cibo vel potu excitatum aliquo ad amorem erga hunc vel illum, eo quod spiritus corporis & humores varie cõmoueantur & deinde rerum imagines memoriæ impressas permisceat ita vt hunc vel illum referant.

Magici aliqui actus excusantur a peccato Mortali

DICO Tertio Peccatum hoc ex genere suo est mortale, fieri tamen potest vt aliqui actus Magici excusentur a peccato mortali ratione ignorantiæ, Dæmonis euocatio persæpe valde est occulta, plerumque tamen in gerit hominis aliquam scientiæ malitiæ, ratione cuius tenetur abstinere, donec plenius de re cognouerit, quod si non abstinet peccat saltim venialiter.

Petes quæ remedia aduersus Maleficia possint adhiberi.

Remedia aduersus Maleficia.

Primo Naturalia

Remedia Maleficij esse possunt triplicia, vel naturalia vel supernaturalia vel mixta. Naturalia plerumque parum vim habent quia diabolus facile eorum omnem actionem eludit, inhilominus illa adhiberi non est malum præsertim ab initio ex præscripto Medici vt ad tollendum verbi gratia humorem Melancholicum. Atque ita vidimus Dæmonem fisse vt Dauid pulsaret suam Cytharam, dum Saul à Spiritu malo exagitaretur, enim est sententia communis illam Cytharam nihil habuisse speciale per quod expelleretur Dæmon, nisi quod sedabat Melancholiam, cuius cooperatione maxime exagitando Saulem vtebatur Dæmon.

Cythara quam Dauid pulsabat coram Saul tribuitur ne aliquid speciale.

Supernaturalia

Supernaturalia seu Ecclesiastica decem numerantur. Primum est magna fiducia in Dei protectione iuxta illud Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei comorabitur. Secundum est Susceptio Baptismi sive est baptismus Ratio est quia per baptismum eximus veterem hominem, & induimus Christum: ac de potestate tenebrarum in regnum filij Dei transferimur, iuxta Apostolum ad Colossenses primo. Tertium est Confessio peccatorum. de qua re vide Petrum Ciniacensem lib 1° de miraculis Cap 8 Et lib 1° Sancti Bernardi Cap 8. Quartum est Susceptio Eucharistiæ, de quo vide librum 1m D Bern: Cap 10 & Sanctum Augustinum lib 22 De Civitate Cap 8. Refert Paladius lib 1° Historiarum Cap 19 Sanctum Macarium, Cum ei oblata fuisset fœmina maleficio affecta dixisse illud propterea dum in eam habuisse quod quinque septimanis à sacra Eucharistia abstinuisset. Quintum est Exorcismi Ecclesiæ, preces enim ille sunt nomine Ecclesiæ Christi sponsæ. Sextum Aqua benedicta, quæ etiam dum habet ex precibus Ecclesiæ vide lib 2 vitæ D Bernardi Cap 3ª est quæ remedium præsertim apud Indos frequentissimum. Septimum Agnus Dei Reliquiæ sanctorum. Octauum Signum Sanctæ crucis quia continet tacitam invocationem SS Trinitatis per meritum passionis Christi: & etiam continet totius Christianæ doctrinæ compendium professionem Vt diligenter inquirenti patebit, ac denique est instrumentum quo Christus diabolum vicit. Vide D Gregor: lib 3 Dialogorum Cap 7 Nonum est Nominis Jesu invocatio & mariæ: Angeli custodis & etiam aliorum Sanctorum. Decimo Oratio præsertim connuncta cum ieiunio Vt patet Matthæi Cap 17 Communiorum exempla habentur apud Patrem nostrum Martinum Delrium lib 6 Disquisitionum Magicarum Cap 2.

Moralia remedia loco quæ pertinent ad pactum cum Dæmone dissolvendum quia pacto nocet, quâ tunc adhibentur quando amoventur signa Magica: ad quorum præsertim nocumentum irrogat De quo sit Dubium Unicum Vtrum liceat tollere literaturas nodos volumina Capitorum & alia signa maleficia posita à Maleficis eo fine ut Diabolus desinat nocere.

Dico Primo. Nullo modo fas est aliquo maleficio signo mala tollere: quamvis adhibeat paratus malefi-

Secundo
Supernaturalia decem.
1m
Magna fiducia in Dei protectione
2m
Susceptio Baptismi.
3m
Confessio peccatorum
4t
Susceptio Eucharistiæ
5m
Exorcismi Ecclesiæ.
6m
Aqua benedicta.
7m
Agnus Dei Reliquiæ Sanctor.
8m
Signum Sanctæ crucis
9m
Nominis Jesu invocatio Mariæ Angeli custodis & Sanctor.
10m
Oratio connuncta cum ieiunio.

Tertio
Moralia.
Dubium
Vtrum mala malis medicinis liceat tollere.

Opinio Angeli, & Petri Aureoli, qui putant licitum esse alterum maleficio illi qui ad id è paratus

paratus Maleficus sese ponere. Est certa & cõmunis doctorum sententia excepto hoc verbo superstitio Parag 13: & Petro Aureolo quem Angelus Citat. Ait enim & si concedo non esse licitum facere in cantationes, licitum tamen putant alterum qui ad id paratus sit in cantatione & maleficio vti: Probant hoc exemplo Quia licitum ab vsurario rato ad vsuram dare: petere pecuniam ad vsuram Item licitum est exigere usuram dum ab eo qui paratus est per falsos Deos iurare (vt alibi ostenditur) ergo etiam licitum est petere à Mago seu Maleficio parato per Maleficia removere maleficia, petere illa tolat, sed eorum sententia tanquam error ab omnibus reputatur Vide Cajet. Tom opusculo 12 Silvester: verbo Maleficium quæst 8 Castrum lib 1° de iusta Hæreticorum punitione Cap 15° Ratio est quia illa maleficij operatio est intrinsece mala est vsus artis Magicæ, & expressa vel saltim tacita Dæmonis invocatio, ac proinde nullo modo bene fieri potest, vnde omni modo est Cauenda: nemo nos conueniat id quod dicit D Paulus ad Rom: 1° Non solum qui faciunt; sed etiam qui consentiunt facientibus digni sunt morte. Secus est impedicio iuramenti aut Mutui de quibus alata sunt exempla, nam quando petitur iuramentum vel mutuum: quod petitur malum non est, & fieri potest si velit is à quo petitur.

Ars magica est intrinsece mala.

Dico Secundo Jus est cuique tolere & destruere illa signa absque malicio vbi inuenta fuerint, est cõmunis doctorum, quia à motio illa signorum neque ex natura rei est in vocatio Dæmonis: neque ex intentione inuocantis Adde quod effectus qui sequitur ex illa remotione non est aliqua actio positiua quam volumus fieri à Dæmone sed potius est cessatio seu privatio actionis diabolicæ, multa autem quotidie facimus, vt diabolus non faciat alia. Et hæc de Magia sufficiant, cetera quæ præposueram quia Deus aliter disposuit prosequi non possunt, his bonus & quus lector sit contentus & excusatis det veniam

DE II PRÆCEPTO DECALOGI

Non assumes nomen domini Dei tui in uanum, ita habetur Exod 20 vers 7 Idem repetitur Deut: Cap 5 vers 11 his verbis Non usurpabis nomen domini Dei tui frustra, utroque in loco ipsa etiam transgressoribus præcepti hæc pœna assignatur Nec enim habebit insontem dominus eum qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra Exodi loco citato Iudent: Vero sic Quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. Ut vero intelligatur quid Deus hic aut prohibeat aut imperet quædam loco proemij præfanda sint.

Pœna transgressoribus.

Nota. 1. Præceptum hoc ut ex verbis ipis manifeste colligitur circa reverentiam Deo debitam versari, Quoniam hæc est natura legis prohibentis aliquid (quod bene aduertunt autores hic) ut simul etiam quædam præcipiat Imperet, quædam prohibeat, hic quoque quædam quæ reverentiam Dei concernunt prohiberi Imperari quædam. Neque tantum eum prævaricatorem præcepti huius esse ac fore qui immemor reverentiæ Deo debitæ assumit Assumeret nomen Dei mirandum: sed eum etiam qui illud quandoque assumere nefas esse putaret, si quidem non absolute dicit Deus, non assumes nomen domini Dei, sed non assumes in vanum, quæ particula ultima diminuens est: Non absolute rem prohibens, Hinc habemus posse à quopiam contra hanc reverentiam peccari, tum assumendo nomen dei tum non assumendo, ut ex dicendis constabit.

Natura præcepti negatiui.

Peccatum contra reverentiam duplex.

Nota. 2. Tum del maxime peccari contra reverentiam alicuius personæ cum ipsius nomen temere assumitur, ideo Deus cuius sui irreverentiam prohibet dicit

Nomen Dei in vanum assumitur tripliciter

dicit Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. Hoc autem tripliciter fieri
Sit Primo Cum quis pro re futili & inani ac nullius momenti nomen dei in
sive id fiat in testimonium sive non Secundo, quando sine necessitate Tertio
do rem aliter se habenti & mendaci non vera assumit Dei nomen ut se fidelem & veritatem
struat quam non habet. Addi potest & Quartus modus quando rem divino nomini
tam quis non adimplet, primum & secundum fundat iuramentum, tertium periurium
quartum, tum sacrilegium tum etiam periurium

Nomen accipitur non materialiter sed fle.

Nota 3. Cum dicitur non assumes nomen domini Dei tui in vanum prohibetur
irreverentia nominis & praecipitur reverentia, particula nomen non est accipienda
modo materialiter seu prosepsa prout nempe est vox constans certis syllabis & literis
am formaliter seu pro ipso significato, neque enim nomina haec Deus, dominus, omnipo
Jesus, &c. propter solam vocem & syllabas revereri debemus, sed propter immensam
tem his nominibus significatam, similiter cum quis assumit haec nomina in vanum,
literis & syllabis quam potius ipsi Divinae majestati irreverentiam facit.

Reverentia divino nomini duplicter fieri fl.

Nota 4. Quantum ad praesens institutum facit, duplicter nos posse reve
am divino nomini facere. Primo Cum ad faciendam fidem Deum quasi testem ad
mus, hoc enim ipso eum primam & perfectissimam esse veritatem agnoscimus, sicut
quid esse volumus id ex eo ostendimus quia ad primam veritatem accedit.
Secundo Cum aliquid nos facere Deo vovemus, quod ipsum est Deum colere, &
verentiam exhibere ut infra videbimus.

Dixi quantum ad praesens institutum attinet, quia non desunt quoque alij colendi De
di, ut cum eum laudamus, ipsum in conspectu hominum Deum ac dominum nostrum
confitemur, Cum pro beneficijs ab eo acceptis gratias agimus, Verum haec & similia
primum pertinent praeceptum, ideque sufficienter explicatas esse hic interim suppono.

Materia praecepti de Juramentum et votum

Cum ergo in hoc secundo praecepto duo illa potissimum quae iuramentum & votum
currunt & praecipiantur & prohibeantur, quatenus reverentia Deo exhibenda re
ferunt aut contra eam faciunt, ideo nos in explicatione huius secundi praecepti
li duo haec tantummodo pertractabimus, ut hinc appareat quomodo quis peri
mentum & votum reverentiam divino nomini faciat, & quomodo in eadem nomi
nini in vanum assumere contingat.

Illud hic pra

Illud hic pro coronide addiderim, non me in his sequentibus materijs eas discursus
easque speculationes & subtilitates assumpturum ex professo & speculative discutien-
dos ac examinandos prout a scholasticis Theologis fieri solet, id enim à nostra hac
professione alienum: & ad finem nobis propositum prorsus impertinens est. Pa-
tres qua propriarum qua alienarum conscientiarum administros bonos Parochos: sacra-
mentorum dispensatores exactis instituere nostrè professionis est. Neque de re ita
procul à rebus Theologicis ab alienabimus, ut non interdum eas brevissima definiti-
one adjungamus, praetermitti à nobis omnino non possunt, cum & fundamenta nostræ
doctrinæ contineat, & nostra hæc quam suscepimus professio non incongrue moralis
Theologia nuncupetur & sit: ad praxim tamen, ad dirigendam & aliorum & nostram
salutem omnia ordinabimus, secuti hac in re grauissimorum & doctissimorum virorum
rationem ac Methodum, qui post exantlatos in Scholastica Theologia labores
ad eam quæ animorum seruit eosque dirigit, animarum saluti adjuvandæ animum
eorque conatus adjecerunt. Neque enim inconueniens est diuidum & subtilitatibus
hac speculationibus aptum ingenium ad practica, ubi potissimum de salute animarum
sanguine Christi redemptarum agitur, animi relaxandi gratiam tanto per accommodatiorem.

DISPVTATIO I. DE IVRAMENTO

Multa de iuramento explicanda occurrunt, quæ eius natura
quotuplex sit an aliquando fieri debeat, quod licitum quod illicitum
quæ eius obligatio et quantitas, quis modus est iurandi, de peruersio
et aduersatione, quæ peccata in iuramento occurrant &c.
Omnia in sequentibus discutienda et resoluenda.

Quæstio I.ª Quid iuramentum sit et quo

Natura rei quomodo cognoscitur.

Non potest melius, imo nec aliter natura alicuius rei cognosci quam descriptionem siue per definitionem, & diuisionem, & quia quæstio per quid facta rem rei inuestigat, ideo & nos dum quærimus quid sit iuramentum naturam ipsius rei quærimus, quam ex descriptionibus & definitionibus ab autoribus traditam inuestigemus. Sit igitur.

Prima Conclusio.

Iuramentum à iure dr

Iuramentum, si nomen ipsum seu ut dicit logici quod nominis spectes, à iure dicitur D Thom 22 Quæst 89 art 1ª. Ratio est quia id quod diuino testimonio firmatum est quasi iure sit prouerbialiter habendum est, vel quia id quod in iuramento promittitur iustum et stabile esse debet ac si iure esset stabilitum. Id quod Theologi, Canonum & iuris ciuilis interpretes iuramentum esse volunt, latini ius iurandum appellant, ut duæ hæ voces sinonimæ iuris esse videantur, quamuis notent iuris ista posteriores firmitatem & stabilitatem iuramenti magis quodam modo exprimi. De promissione facta Abrahæ dicitur Luce 1º Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Quandoque idem quod nos iuramentum vel iusiurandum dicimus iuris ista latini sacramentum vocant, hinc militiæ sacramentum nam autore Vegecio libro secundo dere militari, milites iurare solent.

Secunda Conclusio.

Si vim nominis seu quidrei id est quid significet nomen iuramenti spectemus, ita à D loco citato definitur. iurare est Deum in testem vocare. Huic definitioni nixi autores iuramenti descriptionem formant & aprobant est attestatio vel inuocatio diuinominis, seu testimonij ad fidem faciendam, vel promissionem firmandam.

Definitio, et descriptio Iuramenti.

Dicitur attestatio vel inuocatio, iurare enim est actus intellectus attestantis vel inuocantis Deum, subponit tamen actum voluntatis quo intendimus iurare & Deum in testem vocare, ut id quod aut asserimus aut promittimus confirmetur, alias non valeret id dicere

Ad iuramentum necessarius Intellectus, et voluntas.

infra. Triplici

Tripliciter autem potest fieri hæc attestatio Invocatio Dei ad testimonium prime, secunde signis exterioribus, tertio mente. Voce sit cum proferuntur verba attestationis Invocantia Deum. Signis vero cum aut scripto aut alicuius alio signo sine prolatione verborum idem fit, quæ via iuramenta solent potissimum facere muti aut qui habent impeditam aliquam ad loquendum commodè posse. Mente denique sola, cum Deo solo intellectu aliquid tacitè Deo aliquid promittimus, unde tale iuramentum (quod mentale dici solet) habet locum in ordine ad Deum. Et quidem in iuramento promissorio. Ratio est quia Deus inspector est cordium et actuum internorum. Ita possumus nos illi obligare etiam solo intellectu, sine illis exterioribus signis; secus est inter homines, nos enim ea exterius facta cognoscimus signis exterioribus egemus divini nominis vel testimonij.

Attestatio vel invocatio dei ad testimonium tripliciter potest fieri.

1° Voce.
2° Signis
3° Mente

Primo Explicite, cum ipse Deus nominatur. Tacite implicite cum per creaturas intestimonium adnocatur; quatenus in eis Deus relucet. Sunt aliqui Dei. Vt si quis iuret per cælum quod est omnipotentia Dei magnum argumentum, vel per Sanctos quatenus in ipsis Deus habitat in animatis templis habitat. Vicit. Iuramenta gentilium per solem aut lunam stellas. Versissima sunt iuramenta, quia ipsi una Idola falsorque Deos proueris habent dijs. sed de his pluribus infra. Cum denique additur in definitione ad fidem faciendam vel promissionem firmandam, duplex iuramenti finis asseritur qui est confirmare veritatem et stabilire promissionem.

Nomen divinum dupliciter accipitur a iuramentum

1 Explicite
2 Implicite

Iuramenta Gentilium per falsos Deos versissima.

Finis iuramenti duplex.

Tertia Conclusio

Multiplici iuramenti divisione illa est vel maxime generica et universalis. Vt aliud iuramentum promissorium, aliud assertorium. ita D. Thomas 22. Quæst 89 art 1° ubi inquit Divinum testimonium quandoque movetur ad asserendum præsentia vel preterita, et hoc dicitur iuramentum assertorium: quandoque autem movetur ad confirmandum aliquid futurum, et hoc dicitur promissorium.

Divisio iuramenti generica.

1 Promissorium
2 Assertorium

Exemplum primi est. Si quis juret se aliquid fecisse aut non fecisse, fuisse aut non fuisse:

Exemplum iuramenti assertorij.

non fuisse alicubi esse vel non esse.

Exempli Juramenti promissorij.

Exemplum 2di Si iuret se daturum aliquid vel facturum &c. Quamuis sit aliquando etiam assertorium iuramentum posse fieri de futuro sed hoc vt si quis iuret futuram cras pluuiam, licet aliqui dicant hic esse quandam promissionis sine obligatione, est tamen potius assertorij iuramenti species, promissorium indicat aliquam obligationem quæ hic non ita cerni potest.

Differentia Juramenti promiss: ab assertorio.

Differunt autem hæc duo genera iuramenti in hoc quia in assertorio non inuocatur Deus vt testis veritatis vtcunque nobis imponit obligationem faciendi, eo enim tantum nobis haberi volumus: In promissorio vero vt tale est inuocatur Deus iussor promissionis seu verbi dati, inducitque obligationem faciendi præstandi cum tali iuramento promissum est. Et quia tam assertorium quam promissorium iuramentum fieri potest sine cõmando, sine execrando absolute vel cum aliqua conditione tali vel tali modo iurandi, ideo iuramenta hæc cõminatoria execratoria tum & conditionata &c pertinebunt tum ad assertorium quando tantum fiunt in simplici assertione pro iuramentum facta rei præsentis aut præteritæ: tum ad promissorium quando dicere futura fit promissio cum aduocatione dei, vt fide nostra promittimus.

Obiectio

Quia iure negatiua nõ potest esse attestatio.

Obiicies Primo.

Etiam iuramus non fecisse aliquid aut non fuisse, negatio autem non est attestatio, ergo dicendo iuramentum non bene diximus illud esse inuocationem seu attestationem nominis & testimonij, si quidem dantur negatiua iuramenta in quibus hũ non videtur hæc attestatio.

Solutio obiectionis.

Respondeo. Etiam in negatiuis propositionibus esse veram assertionem rei. Item negamus reniti esse, aut non fuisse, negatio autem non est attestatio, ergo dicendo iuramentum non bene diximus illud esse inuocationem seu attestationem nominis & testimonij, si quidem dantur negatiua iuramenta in quibus hũ non videtur hæc attestatio.

Respondeo. Etiam in negatiuis propositionibus esse veram assertionem rei. res quando quæ falsa sit. Vt cum iurat quis se non esse heri inebriatum etiam si vel iurat non se cras iturum ad tabernam hic vere asserit aliquid & promittit. Denique negatio illa quam quis in talibus iuramentis adhibet non cadit super pronomium eiusmodi quod adhibetur & in ipsius assumptionem: sed cadit super ipsam eam quæ affirmat, id est non negat is qui ita iurat se assumere nitetenus quia reuera assumit, sed negat rem quam vere fecit, aut quã vere fuit & facturum

ut illi negat,

Obicies Secundo In capite si christus de iure iurando dicitur esse ser-
mones. Et in autentica de mandato Principis. S. sed neque, interdicitur præsidi ne verbum id
quod iurandum temere alicui dare festinet, ergo non est verum quod diximus posse iura-
mentum perfici solamente aut signis externis & non tantum verbis. **Confirmatur** In Capi
Clericus de iure iurando, dum mus iurandum ex solo iuramenti consensu non extenditur ultra
quod sermone expressum est. **Respondeo** locus præductus agit de iure iurandis
de iuramentis quæ fiunt ad publica fœdera, pacta & priuilegia firmanda, quæ comuniter ver-
sant in iis qui loqui possunt verbis facienda sunt, idq; propter lites faciliùs firmandas.
tamquam in secundo loco id tantum præcipitur ne magistratus temere det alicui publi-
quem, sed bene & exacte res examinet, ita Couarr: in Capu quamuis de pactis par-
§. 1. Num 4. Posse autem iuramenta etiam inter homines signis & nutibus fa-
ri fieri & valere, argumento est quia alia quoq; pacta, promissa, conuenta vsualiter
omnium: nullum verbum ex natura sua requirunt ad hoc ut valida sint, etiam in illis
hominibus qui alias loqui possunt & solent, sed sufficiunt signa, nutus, & assensus figuo
rosque manifestati, ergo eodem hic quoq; dicendum est, nec enim disparitatis ulla
ratio dari potest. **Ad confirmationem** Non aliud ibi significat Pontifex quã
iurandum interpositum non protendi & trahi ad aliud sensũ nisi expressum iterum
reperiatur.

Obicies Tertio. Dum quis promissorium facit iuramentum simul etia
fatetur se facturum, cum vero promitto subiuramento daturum me eras pauperi bu-
cretum simul etiam asero me facturum, ergo non est distinctum iuramentum promis-
sorium ab assertorio. **Respondeo** Verum est quod sumitur in antecedente, ver
tum quis se aliquid promittit simul etiam asserit, neque nos ita distinximus hæc duo
iramenta quasi unum non possit includere alterum, & quod semper iure & aparte rei
sint distincta ut sunt duo digiti, sed quod aliquando aliquod sit tantum asser-
torium & non promissorium simul, quando nempe uir ut meis dictis habeatur fides
huius causa sic dicendo testis mihi est Deus fecisse me hoc aut non fecisse: Jam vero ali-
quod est iuramentum quod præter hoc quia est assertorium, est etiam promissorium
ut in exemplo de Hungarico promisso pauperi patet. Licet illud verum sit in iu-
ramento promissorio rationem formalem ut dicunt Theologi seu id per quod

hæc do iura-

2ª Obiectio.
Iuramentum cum sit ser-
mo nõ potest perfici mente
neque signis.

Solutio obiectionis.

Iuramenta signis et nuti
bus inter homines facta
valent.

3ª Obiectio de mala
diuisione iuramenti.

Soluti obiect.

hæc duo iuramenta differunt distinctam esse dicam quatenus assertorium est, ob
quatenus ut promissorium: Dt enim assertorium est hoc tantum habet quia adhi
um inteſtem ut mihi credatur: Dt vero promissorium eundem Deum promissio
obligationis meæ in teſtem adhoco.

Iuramentum assertorium non inducit obligationem.

QVÆSTIO 2da

An aliquando quis iurare debeat licitum quod sit.

Non defuerunt hæretici (de quibus Iesus lib 2 Cap 42 dubitatione 2ª Suar tom 2 di
gione tractatur 4° De iuramento libr 1° Cap 2°) qui dicerent illicitum iurare, & prohibi
omnino esse in noua lege iuramentum, imoque perfectiorem esse legem nouam veteri qui
licebat iurare, modo autem non licet. Fundamenta eorum soluemus infra.

Hæretici dicebant illicitum esse omnino iurame tum in noua lege

Prima conclusio.

Iuramentum non est per se de natura sua malum neq; lege naturali prohibitum.

Iuramen. natura sua non est malum

Probatur 1° Scriptura de exemplo legis veteris ac sanctorum Patrum teſtimo
probatum esse iuramentum, ergo non est malum intrinsece, non enim approbaretur si
se de intrinsece malum. Antecedens patet tum quia non simpliciter prohibet Deus
re nomen suum (quod est etiam iurare in hoc ſecundo præcepto) sed addit in manum
ut ostendimus, ergo tacite præcipitur & indicatur licitum esse si fiat non frustra
nanum, sed modis debitis ut dicemus. Tum quia Deut: Cap 6 & 10 videtur præ
mentum Dominum Deum tuum timebis & per nomen eius iurabis. Psal 14 laudatur
proximo suo & non decipit. Psal 62 Laudabuntur omnes inquit qui iurant in eo. Tan
nesis 21 Abraham fœdus cum Abimelec initum iuramento confirmauit, idem fecit
cum eodem Gen 26 & Iacob cum Laban Gen 31. De iuramento Moysis habemus
Cap 3 & 4 Dauid ac ceteri Prophetæ frequenter utuntur forma iurandi
ex scriptura tum ex Sanctorum exemplis (de testimonio Sanctorum patrum infra)
mus approbatum iuramentum.

Probatur 1mo.

Probatur 2do. Iuramentum est cultus latriæ

Probatur 2° Iuramentum est cultus latriæ seu honoratur per iuramentum

id quod apud

ligz apud omnes gentes, per hoc enim tacite testamur Deum habere prouidentiam rerum humanarum, ac omnium tum cognitionem tum scientiam rerum. Inde quia nos agnoscimus verum Deum illum ei iniuriam facimus imo reuerentiam illum, quia facimus eum primam veritatem per iuramentum, tum quando quid verum esse volumus cum in testimonium aduocamus, sicque hanc rem veram esse aut non veram prout Deus verum dicere potest & dicit, ac non dicit falsum: Volumus gz dum quid promittimus ligare nos iuramento & testimonio Dei. Per reuerentiã & obseruantiã exga Deum memores impleamus promissionem testimonio Dei firmatum.

Secunda conclusio.

Etiam in lege noua post Christi aduentum iuramentum est licitum & non prohibitum. Hec conclusio est de fide & qui eam negaret Hereticus est.

Iuramentum in noua lege licitum.

Probatur 1° Conclusio exemplo Apostolorum, in quorum scriptis legimus eos iurasse Rom 1° Corint: 1°, Philip 1° Timot Epist 1ª Cap 5, 2° Tim: 4 Galat 1°.

Probatur 1°
Exemplis Apostolorum

Probatur 2° Sanctorum Patrum autoritate, Sanctus Aug: agnoscit Sanctum Paulum iurasse, ita habet Epist 206 ad Oceanum in expositione Epistolæ ad Galatas. Vide eundem lib 19 contra Faustum Cap 23 Isidorus lib 2 sententiarum Cap 31 dicit. Non est contra præceptum Dei iurare, sed dum malum usum iurandi facimus periurij crimen incurrimus. Confirmatur consuetudine Ecclesiæ exiguntur enim iuramenta in iudicijs vel ad abiurandam hæresim; vel ad purgationem delictorum, vel ad promittendam obedientiam, confirmandam pacem aliasqz similes causas, idqz fit autoritate Ecclesiæ habetur extitulis de iureiurando, de testibus, de Hereticis. Idem habetur in concilijs Effesino 1° Constantinen in Bulla martini quinti.

Probatur 2°
Autoritate S. Patrum.

Confirmatur Consuetudine Ecclesiæ

Probatur 3° Quia cum ex natura sua & per se iuramentum est licitum & nullibi prohibitum sit aut in Euangelio aut in scriptis Apostolorum non est inde illicitum sed ex se esse dicatur.

Probatur 3°
Quia per se et natura sua est licitum.

Obiicies. 1°. Christus apud Matheum Cap 5° dicit hoc fuisse præceptum veteris legis de iuramento, in noua vero lege prohibet iuramentum illis verbis ego autem dico vobis nolite iurare omnino, eandem doctrinam Christi repetit

Obiectio 1ª
Matthei 5° Et Jacobi 1°
Iuramentum prohibetur
Ergo est illicitum

Apostolus Jac:

Apostolus Jacobus Cap 1° Ante omnia fratres nolite iurare sit' sermo vester est non non, ergo cum in his locis prohibeatur iuramentum. Miretur erit in noua

1ª Solutio obiectionis

Respondent Communiter doctores & sancti patres Primo Christum dominum facilitatem & frequentiam iuramenti prohiberé quá est finis necessitate eius rum sit quod iuratur, eo quod sic iurare malum sit, quod Judæi putabant esse peccatum: qui tantum periurium vitabant, dicit ergo dominus Matth mato hoc esse id est à Diabolo vt græci patres & Maldonatus explicant, do enim aut non est necessitas, aut res est parui momenti ſ. Deum inhestem adhib

2ª Solutio

ire reuerentiam diuino nomini facies.

Responderi potest secundo & nalde ad literam, populus quos christus erudi tum ob Judæorum morem tum ob suam cecitatem non putasse teneri se iuramento creaturas, per templum verbi causa & per altare vt dicitur Mat 23 iuxta per has creaturas ex quacunque occasione iurare, & ideo nec se peccare etiam sum dixerint hoc modo iurando, ob id Christus ait nolite iurare omnino, quæ cula omnino non tollit simpliciter omne iuramentum vbi adest causa, necessitas causa: sed modos omnes & formas iurandi ubi non deest necessitas per cælum rum, terram, & alia quá ipsi iuramenta esse non putabant. Explicat ergo Christus id quod ipsi nesciebant, sicut & in similibus eodem facit dictum est non occides, ego autem dico vobis quod omnis qui iracitur reus erit iudicio &c non est noua prohibitio quia etiam in veteri lege id prohibitum erat, sed declara ipsi aut per negligentiam aut per malitiam ignorabant.

3 Solutio.

Responderi potest tertio Non vult nos Christus iurare facile etiam cum ceſsitas & alia non desint requisita ſ. rite deuotare potest iuramentum præſe in minoribus causis negotiis a quibus iuramentis labatur vt etiam sine necessitate in re falsa iuret, quomodo fuit etiam prohibitum in lege veteri Ne asuescat iurare os tuum, multi enim Casus in illa Ecclæ 23 & infra Vir multum iurans implebi iniquitate & non discedet à domo illius plagæ. Eodem modo solutus eus ex Sancto Jacobo allatus. Addit autem ibi Christus à malo esse iurare hoc nempe sensu quia profectum est quasi pœna ex peccato quod hominem p

habeant facil

adhibeant facile nostris dictis fidem. Notat D Thomas ex Sancto Augustino Greg: & Origene dum Christus ãnocat à frequenti iuramento etiam licito, consilium id esse non præceptum ita ut admoneio sit ut vitemus iuramentum, nisi ita necessarium ut sine peccato vitari non possit.

Obiicies 2do Imo etiam in veteri lege videtur esse prohibitum iuramentum, dicitur enim Oseæ 4 neque iuraverit dicit dominus Et Zachar 5° Omnis qui iudicabitur omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur, ergo est simpliciter illicitum iuramentum.

Respondes Per Oseam prohiberi infidelibus iuramentum per Deum vivum propter maius peccatum idololatriæ, fic. enim Idolum & saxum iurarent dagnoscerent vivum Deum, quod non est ita. Apud Zachariam vero est forte deiurante in nomine dei mendaciter ut ex contextu manifeste patet.

Obiicies 3to. Sanctus Hieronymus in 5m Math: cap: alyteni doctores Sancti dicunt permissum quidem esse Judæis iurare per Deum tanquam minus malum: neper creaturas iurarent. Euangelicam vero veritatem non recipere iuramentum. Tertul: etiam lib de Idololatria Cap 11 dicit taceo de periurio quando nec ira quidem licet. Clemens Romanus lib 6 constitu: Apostolicarũ Cap 13 Magister noster præcepit ut neque per verum Deum iuremus, vt sermo noster firmior credibilior ipso iureiurando haberetur, Ergo secundum horum sententiam nobis nõ licet iurare

Respondes loqui Patres de iuramento per Deum, & absque necessitate, quod maioris mali vitandi causa docent permissum esse Judæis, ne videlicet more Ethnicorum iurent per creaturas & Idola, dominus autem hanc permissionem sustulit recepitq; iuramentum ad tunc tantum quando res sine iuramento expedirii non potest. Ad id quod dicunt Tertullianus S Clemens & si qui alij simile quid dicant, dico quod agant contra eos qui putant bonum esse iuramentum tantum exceo Capite quia est prolatio Dei, & quæ ea am fidei eius protestatio qualem sancti sunt iuramento etiam in leni necessitate vel qui putant bonum esse iuramentum illi qui sibene invent tunc se bene credere existiment vt dicit Soto. Quod reverentiam Divini nominis continet, licet non sit adeo malum illicitum quia reverentiam iurare si res aliter expedirii & finiri non potest, tamen dicunt Sancti Patres id non licere quia satis consilium Christi est, etiam si non præceptum de talibus iuramentis vitandis.

2ª Obiectio
Per Prophetas prohibitum est iurare: ergo est illicitum.

3ª Obiectio.
Sancti Patres etiã prohibent.

Solvitur obiectio.

De vitandis iuramentis Christi consilium & nõ præceptum.

Obiicies 4to

Obiectio 4ª Sancta Concil. prohibet. Ergo est illicitum iurare. resolutio.

Obiicies 4to. Capite clericum 22 quæst 1ª Concil Carthaginen. cernit clericum per creaturas iurantem esse acerime abiurgatum, & si per creaturas excõmunicandum. Respondeo. Caput hoc loquitur de iurante per creaturas Ethnico tanquam per Deos quosdam. Similiter intelligi debet Innocencij 3ti & si Christus de fed de iuramento per creaturas dicemus infra.

QVÆSTIO TERTIA

Quæ requirantur ad hoc ut iuramentum sit licitum?

Ad iuramentum licitum tria sunt necessaria
1° Veritas
2 Justitia
3 Iudicium

Respondeo Vt licitum sit iuramentum tria debent intervenire, veritas iustitia, cium, ita D Thom quæst citata art 3, cum eoq; Theologi omnes Canonistæ in Cap uertendum 22 quæst 2 colligitur ex Jerem Cap 4 Jurabis viuit dominus in & in iudicio, & in iustitia. Vocantur à Canonistis comites iuramenti. Quid ho tes debint quomodo ue intelligendi, & an in omni iuramento requirantur, an su in sequentibus explicandum erit.

Dubitatio 1ª Qualis veritas debeat esse in iuramento?

Veritas Circa materiam.

Nota ex D Thoma eam veritatem in iuramento attendi ut id quod iuramento firmato sui non sit. Notat vero Glosa in Caput deiure iurando, in Caput & si christus duplex

Veritas duplex, altera rei, altera conscientiæ.

esse veritatem iuramenti, alteram rei, alteram conscientiæ. Veritas rei est quando se habet aut non habet prout iuramento asseritur aut negatur: Conscientia verba quando is qui iurat sit de rem esse ut iurat. Et potest has veritates distingui, ex nostum est quia potest res in se esse vera, & tamen ego quia falso eroneq; suades non esse veram, aut è contra potest res in se non esse vera & tamen mihi persuadeo esse veram, imo ita esse, verbi causa occidit Petrus Joannem quia bene sentio de Petro qui excusans se apud me dicit quod non occiderit ego ita esse, & postea sub iuramento affirmo cum non occidisse, iuramentum hoc habe

Veritas conscientiæ duplex altera vera altera probabilis

veritatem conscientiæ, non tamen veritatem realem rei. Potest item veritas entiæ esse duplex altera vera omnino & perfecta, altera probabilis.

Veritas

Veritas item rei etiam duplex altera realis, altera existimata, & huic rei duplici op-
positior etiam duplex falsitas, addit Tolet: hic Cap 21 tertiam quando ita dico
existimo esse. His positis dubium est qualis veritas requiratur in iuramento

Veritas realis duplex.
realis
altera
existimata

Conclusio I.ª Vt iuramentum sit omnino perfecte licitum debet in eo esse veritas
non consentiæ sive vera omnino ac scientifica, sive probabilis sit: tum etiam veritas
rei realis vel saltem existimata ita Tolet: hic Cap 21 & communiter doctores, hæc
conclusio facile intelligitur ex iis quæ ad initium huius dubitationis adnotauimus.
Ratio illius est quia non licet dicere aliquid ita esse aut non esse si nescio certo aut sal
tem probabiliter ita esse aut non esse, etiam si in re sit aut non, arguit enim hoc temerita
tem & falsitatem dicere ita esse aut non esse, quam nescio quod sit aut non sit; similiter
mendacium erit dicere rem esse quæ nec absolute nec secundum meam opinionem aut
existimationem est.

Qualis veritas requiritur
ut sit licitum iuramentum

Conclusio 2da. Potest etiam esse iuramentum licitum etiam si res in se de quo ad
veritatem realem sit falsa dum modo existimem ego esse veram & iurem veram, Vbi tamen
necessarium est adhibere diligentiam non levem in meaganda veritate rei ita Tol: loco citato.
Ratio est quia hic est veritas rei existimata & consentiæ: quæ prudenter de rebus
iudicando sufficit. Exemplum esse potest quod quis videat apud Pe-
trum aliam plane ita similem quo ad rem suã ut existimet esse suam, & adhibita omni di-
ligentia nisi cognoscenda ad hunc putat esse suam, si iuraverit esse suam non peccabit
adhibita omni morali diligentia ad hunc est in eadem persuasione, quia talis
diligentia in moralibus ad prudenter & licite agendum sufficit: Si tamen in tali
casu post dubius, & iuramentum faceret certum, illicitum esset hoc iuramentum.
Ita è contra si quis credit esse falsum quod iurat esse verum illicitum etiam est
iuramentum, etiam si ea res vera sit in se, vel etiam quod ego falsum quod credo
esse verum illicitum est iuramentum etiam si in re falsum sit. Ratio est quia hic
non est veritas consentiæ.

Sufficit ad veritatem iu-
ramenti veritas existimata.

Exemplum.

Conclusio 3ta. Illicitum etiam est iuramentum si quis aliud habeat
in corde sive aliter sentiat, & secret conformiter & aliter ore pronunciet, nisi cer-

Illicitum est iuramentum si
quis aliter sentiat & aliter
ore pronunciet.

tis casibus excu-

casibus occurrat, de quibus in sequentibus quæstis inquibus conclusio hæc magis elucet.

Sacerdos interrogatus de aliqre audita in confessione, potest licite iurare se non audiuisse.

Quares 1.° Si sacerdos rogetur ut dicat id quod audiuit in confessione, si neget se audiuisse & cum ei non creditur Vtrum possit iurare se nescire. Videtur non posse quia habet scientiam rei, de ergo tali iuramento veritas tam rei quam scientiæ erit ergo illicitum eius iuramentum.

Respondeo In hoc casu ita communis & rectius sentire autores confessarium interrogatum de re audita in confessione posse imo debere absolute & simpliciter respondendo se audiuisse nihil tale; aut scire quod interrogatur, id que iuramento confirmare, licet iuranerit ante se responsurum ad omnia interrogata; siue non, & hoc sciat interrogatur an hoc sciat siue an audierit in confessione, & ratio est quia ubi veritatem concedo peccatum committitur nullo modo illa veritas atendi debet, & se habet ac si nemo Ita veritas & rei & conscientiæ quam habet confessarius respectu interrogantis ei si non esset, at quæsita cum hac desit non illicite iurabit iurando se non audiuisse nec Ita docent ex Theologis Scotus in 4. distin: 21 quæs 2, Maior quæs 3 Sa. citatur Rychardus ibidem, & Nauarus in Cano: Sacerdos Num 175, Siluester, verbo Confessio 3 quæs: 19, & plures alij qui etiam docent, etiam si immineat periculum mortis confessio, non esse reuelandam confessionem.

Verbas cum peccato nunquam dicenda.

De Amphibologia et ambiguis verbis in iuramento

Quares 2do An liceat in iuramentis uti amphibologia & ambiguis breuiter ac quomodo, hæc enim videntur esse contra veritatem iuramentorum.

Quid est Amphibologia

Respondeo Multa in hac re dicere autores nos breuiter aliquod regulas ad id expedium & ad resolnendos casus dabimus. Sed illud in primis notandum amphibologia seu ambigua verba esse vel quæ possunt habere varium ac varium sensum quod diuersis capitibus prouenire posset, sed de his modo non disputamus: vel quæ non vtuntur ut communiter accipi solent in communi hominum vsu. Est autem duplex amphibologia alia verbalis alia mentalis, Verbalis est quando verba sunt ipsa vere & æquiuoca apud omnes & dare ambigua: Mentalis quando ad mittant sum alium & alium in nostram eam mentem quam ego illis do, & hæc duplex alia fundamento in re, alia ex mea libertate non tamen sine ratione æquiuoca sit.

Amphibologia duplex alia Verbalis alia mentalis

Verba æquiuoca.

His positis sit **Prima regula** Quia dantur aliqua verba quæ etiam

Tributo homi:

stituto hominum aliter & aliter significant (ut sunt quæ vocant Logici æquivoca, quale est ver-
ba caris qui ex instituto hominum carnem significant cælestem & marinum) talibus verbis
potest quis uti ut aliter significem mihi & aliud petenti iuramentum. Ubi tamen duo sunt
omnino attendenda, alterum est ut sint verba propriissime & ex natura sua æquivoca
alterum ut id fiat ex aliquo honesto fine, cum eo agatur qui iure non potest me adigere
ad responden dum sibi cum iuramento iuxta suam sententiam: quæ duo ita sunt neces-
saria ut si alterutrum absit utatur quis verbis talibus tantum temere & ad falsi-
tatem alterum. Vel si interrogatur ab eo qui habet nis interrogandi qualis est iudex aut
superior cui teneor respondere admentem ipsius tunc erit periurus. Et hinc solvuntur
multi casus. Verbi causa potest quis ob aliquem honestum finem nec in fraudem etiam sub iu
ramento dicere se natum esse ex his illis, etiam si ipse per hos & illos intelligat animum
vel animam, ille autem qui audit intelligat Patrem & matrem. Item si quis quærat a me
petrus domi & respondeas non est etiam si sit, sumendo, est pro comedit, si præsertim
bona fide & iusta causa velis occultare petrum, ita Glosa in Cap. neque 22 quæst. 2.
Hoc pertinet & illud quod adducit Sylvester si quis interroget an reus hac transiverit, etiam si nec transiit potes iurare non transisse hac designando locum pede vel ma-
nu. Habetur & in sacris literis talis iuramenti exemplum de Abraham o gen: 11 dixit
Sarram sororem esse suam, fuit soror vel non uterina prout Deus intelligebat. Ratio hoc
est quia quoces cunq; verba sunt significatione ambigua (unde cunq; hæc ambiguitas
proveniat) rogamur præter vel contra ius integrum esse uti eo sensu quem volumus & con-
cipimus illa accipere, licet alio sensu audientes accipiant dummodo ad sint illa duo de qui-
bus modo diximus. Neque refert quod alter decipiatur, habens enim iuram iustam causam
non peccat permittendo alium decipi, quia non tenetur homo vitare omnem deceptionem al-
terius quam venera. Ipse non facit sed alius seipsum decipit: sicut interdum licet face-
re aliquid permittendo occasionem peccandi quam alius accipit ego non do quando immo.

Secunda regula

Possum adhuc uti verbis mixta sensum proprium vel
faciendum alicui quem legitimam interpretationem intentum præsertim, si quis me interrogan-
te facit mihi iniuriam & peccat dum interrogat, dum enim respondeo accipio verba in
eo sensu in quo ille deberet accipere si me vellet interrogare non faciendo mihi iniuria

Verba intentiua in iuramento.

& non admit:

Verba ambigua immodo interrogandi non se tenendum iura.

Casus multi particulares.

Non admittendo peccatum. Est hæc regula quo ad aliquid similis præcedenti in cui fundantur quædam peculiares casus verbi causa promisit quis aut contraxit externo intentione promittendi, & interrogatur à Judice sub iuramento an promiserit. Pole licite negare, quia potest hunc habere sensum legitimum non promisi promissionem ligante ut sic Judex supponitur quærere. Ita enim deberet interrogare an promi promissione obligante & propterea habet legitimam causam sic respondendi, quia posit probare non habuisse se intentionem cogeretur ad id ad quod non teneatur Sta ri Caput Humanâ aures 22 quæst 5ª quæstiuncula 1ª & 2ª.

Alter Casus dereo interrogato à Judice contra ius de crimine patrato potest iurare non fecisse. Item accepit quis mutuo centum Ungaricos quos postea solvit, à quo postulantur in Judicio, si non potest probare se eum solvisse, potest iurare non se eos accepisse: Sensus enim erit vel non illorum accepisse post quam illos solvit probare copisse ut illos debeat, vel non ita ut aperire teneatur Sta Conar: lib 1º Cap 7 Similiter interrogat uxorem maritus de adulterio, potest iurare se non comisisse si se comiserit, sci inde damnum & periculum grave emineat, illegitime enim interrog Et eadem regula valet si quis interrogat aliquid quod non pertinet ad eius fo vel non habet ad interrogandum rudicium sufficiens, vel si interrogat Iacus Sacerdotem an Petrum vulneraverit vel occiderit quem vere vulneravit & occid

Similiter venit quis ex loco non infecto qui tamen falso putatur infectus, & inter tur an veniat ex eo loco potest respondere non se venire, imò notat Poletus quod etiam re veniat ex infecto loco dum modo nec ipse nec quid quam ex rebus quas habet fatet potest dicere se non venire inde quia non dicit contra intentionem eorum Sodum aut Gomo hoc intendunt an sit ab eo aliquod periculum quod in tali casu non est.

Similiter promittit quis latroni Tyranno. Hosti at ei qui eum iniuste vexat si iuxta hæ regulam æquinoce respondeat talis non erit periurus: quia vel in iuste interrogatur certe respondet vere prout iure interrogari possit, & sic dicta verba à se dictam prout sonarent & sonare deberent, si iure & iuste interrogatur; & hæc est ampliatio gia Mentalis habens fundamentum in re.

Dices Non apparet quomodo hic sit æquinocum quando verbi causa reus non secundum iura interrogatur de crimine patrato & respondet se non fecisse etiam se fecisse

Idem dico de si-

Idem dico de similibus modis loquendi in Capitibus huius regulæ positis.

Respondeo Esse ambigua æquinoca ex modo interrogandi: quia nudè supponitur interrogari (nec enim id aliter deberet facere) an fecerit ut dicat prout iuste requisitus dicere tenetur? si non fecit quando ad iustam interrogationem respondet se non fecisse.

Tertia regula Potest etiam accidere ut iam sit fundamentum iuris hoc quale diximus in secunda regula, & tamen necessarium sit verbalis vti qui prout proferuntur quæ non habent illam significationem in qua proferuntur ita ut verum sensum efficiant prorsus tantum ut pure dixi sonant, licet habere possint se ad directur mente restrictio & limitatio eorum illorum ad mentem sensum, & tunc uti talibus verbis licet aliquando. Vt si quis dicat non comedi talem rem intelligendo hodie vel hac hora etiam si comederit heri: Non habeo pecuniam, ut tibi dem intelligendo: Nescio hoc aut illud ut tibi dicam: Non feci hoc ut semper tenear tibi dicere, videtur enim par esse ratio omnium verborum, & non est cur solus Angelus credat hanc restrictionem mentalem in verbo nescandi & non in alijs. Hanc regulam docet Navar: in Caput humanâ aures dist. Caput inter verba Concluſ: 6 Corolaria 6ª num. 388 & in Manuali. Capite 12 Num 9 & 19, & Cap 18 Num 61 & Capite 25 num: 43 Item sentit Silue: verbo iuramentum 3 quæſt 2, & verbo 4 quæſt 1 Angelus verbo iuramentum 5 Num 9 inquantum docent non esse periculum qui coactus iurat aliquid faciturum nec intendit facere, aut alicui conceſſit ſi licite potuero vel ſi debuero aut aliquid ſimile. Dicunt enim non solum licere Num 42, Et idem supponunt qui affirmant mulierem quæ per excommunicationem cogitur credere ad virum quem certo novit non esse ſuum, propter occultum impedimentum dirimens matrimonium, & in eo nec mentiri nec periurare. Ita Angelus verbo iuramentum 4 Silueſter ſupra Fabrigena ibidem Num: 14, Armilla num 16 & alij, vide Soletum lib 5 cap 5ª num 3.

Probatur huius regulæ doctrina. Primo Quia in his caſibus oratio illa prolata exterius non eſt integra ſed completur ſitz una & integra cum illa mentali. Ergo non eſt ſolum quod dicitur verbis quia non illa ſola conficiunt orationem & explicant ſententiam mentis, ſed cum mentalibus quibus additis vera erit oratio & habebit verum ſenſum illum quem accipit is cui iuratur, & qui exterius fouat, ſed illum, quem integra oratione compoſita ex verbis prolatis & mente conceptis vult iurans explicare. Sicut quando profe-

Verba aliud ſignificantia in iuramentis aucta ſenſum proferentis qñ ſunt licita.

Verba ſola non ſemper conficiunt perfectum orñ.

Veritas iuramenti vnde.

rens oratiõnem

Ambigua verba in sacra scriptura.

Usus verbis ambiguis in iuramento non omnibus omnino licitus.

Amphibologia qui licita.

Respondere cum peccato ad mentem interrogantis illicitum est.

ferens orationem exterius non profert sed sub aliqua verba sensus dicentis non in quantum prolatis verbis innititur sed is qui esset si omnia proferuntur verba. Nec refert dicatis illa oratio quam ego subintelligo d uoces externa sint diuersi ordinis, atq; tamen tur posse coniungi in unam orationem, quia potest unum integrum signum alicuius rei comp sensibili & insensibili ut patet in sacramentis ex confessione & contritione Dei ex precibus libris & christo in visibili sacramenta constituuntur.

Probatur secundo. Similes modi loquendi habentur in scriptura, celebris est illa ut alios taceam Marci 13 De die illa nemo scit neque filius nisi pater, quam quidem de interpretes, attamen certum est ibi aliquid subintelligi non scit, neque filius scilicet, ut est homo, humanitate aut aliquid simile. Illud tamen hic notant autores Primo. Non adhibendas has restrictiones, sed subintelligendas tales quia verbis & materia de qua tractatur quomodo proportionentur & ex exemplis allatis constat: vel quia saltim sinoce exprimerentur & cum alia parte orationis prolata coniungerentur, congruum & verum sensum efficerent, cepta & conueniens responsio resultaret. Non tamen suadendus est hic modus vadi homo ficiat formare has amphibologias mentales.

Notant secundo Cauendum esse in usu harum amphibologiarum ne hinc homines fumant licentiam loquendi ita, vel iurandi, nam id sine dubio esset contra bonos mores & monis simplicitatem ad humanam societatem necessariam. Non est ergo hic modus talis amphibologia licitus, nisi exiusta causa & necessitate. Id enim omnino sentunt li autores & non aliud videntur velle Caietanus Sirdo: Alij qui putantur aliter in hac materia. Hinc illud est Ambrosij lib 3 Officiorum Cap 12 Unusquisq; simplicem nem proferat, vas suum in sanctificatione possideat &c. Sancti etiam Hieronymi in Cap ad Galatas doctrina est tunc solum licere uti hac amphibologia quando quis iuste & ne cogitur ad aperiendum aliquid & iurandum quod sibi non expedit revocare, quam tem quis vel iuste interrogationi respondet? vel ipse voluntarie se offert adloquendum pliciter loqui debet prout scit alium accipere.

Quarta regula

Quarta regula Nunc etiam possumus tertiam aequivocationem & verba meum sensum in iuramento, quando respondendo ad mentem interroganti peccarem, regula exemplum est illud de Sacerdote qui interrogatur de crimine audito in confessione quanquam etiam hic casus & per alias regulas solueri potest ut patet discurrendo.

QVæres Tertio *Accidit frequenter plerosq; homines iurare ad fidem alio-*
rum verbi causa iniungitur alicui iuramentum cum septem sociis qui frequenter non habent
aliam de veritate illius rei Tamen iurant eo quod rogentur ab alio, an in tali iura-
mento sufficiens sit veritas quam habent à principali.

Iurare ad fidem aliorum. 2 quæ licite potest.

Respondeo Casus hi frequentes sunt in nostris præsertim polonicis iudicijs, nec eos
adhuc resolutos hactenus inuenio, ad ferendum tamen iudicium de tali iuramento Dico
quod principalis homo est dignus fide ita ut prudenter quis ei credere debeat, Imo posquã
alij alij socij sufficienter informati possunt licite iurare etiam si accedat eum tñ
falso et cum fraude agere quod tamen latet eos quos ad fallit.

Homo principalis si est dignus fide.

Dixi si est dignus fide Nam alias si est suspectus ut plurimum etiam si tunc vere pro-
deret ipse quidem licite iuraret, illi vero septem non excusarentur, quia sequuntur fi-
dem consentiã ab homine habitam, qui ut plurimum falsere solet Exhoc ergo primo Ca-
pite non excusarentur hi ab illicito iuramento. Præterea si illi homines tales sunt ut
non parati iurare sine veritate sine falsum & parum curant tam rei veritatem quam hominem
dignum fide: sed tantum præcium (qualium non modica solet esse apud nos turba) ij illicite
peccant, & imitatiue essent peccati, & per accidens quo ad illos haberet se veritas rei. Videtur vero
illis esse sufficiens veritas conscientiã quã iuramentum licitum reddat. Illud denique hic
notandum quod si hi adscitici iurent se rem vidisse siue audiuisse quam tamen nec viderunt
nec audiuerunt, ipsos illicite iurare, tantum enim postquam sunt bene informati de re ab homi-
ne digno fide, & adhibuerunt diligentiam in ea cognoscenda tantum inquam iurare deberent
vera esse vel non esse, fuisse vel non fuisse, factam vel non factam esse.

Iurare ad fidem suspecti hominis illicitum est, etiã si ille verum iurat

Homines qui precium curãt non veritatem seu hominẽ dignum fide, peccant semper iurando.

Nota.

DVBITATIO 2da *Quid sit iusticia iuramenti quid item iudicium?*

Prima Conclusio Iusticia iuramenti est quando id quod iuratur licite & sine peccato ab
alio impleri potest, & quod fieri ab illo qui iurat non potest, & quod maioris boni impediti
non sit, & denique quod sit contra officia charitatis, benevolentiæ, pietatis, ac amicitiæ,
communiter Doctores Toletus hic, Iacobus de Graffis decisionem aureaeum parte 1ª
lib. 2. Verbi causa iurat quis se occisurum aliquem, vel furtum se admissurum, & ali-

Iusticia iuramenti qualis debet esse.

quam aliam

quam aliam rem malam, non restituturum se Catholicis templum, hæc & similia iuramenta omnia iniustitia, quare & illicita sunt omnia & non obligant.

Iudicium iuramenti.

Secunda Conclusio. Iudicium iuramenti est prudens discretio & dispositio necessarium adhibere iuramentum in hoc aut illo casu. Tum autem dicitur necessarium quando aut res omnino non potest aliter finiri confici & tamen confici debet: aut quando res est parua nec in eius executione multum est positum. Exempla primi casus facile occurrunt. Secundi ista esse possunt. Iurat quis se certo die amputaturum ungues, exturum dentem sinistro pede, hoc vel illo digito purgaturum aures, daturum se pennum pueris & his similia, in talibus iuramentis quia de se est necessitas illicita sunt inconsiderata precatoria protervitate aut gravitate materiæ, licet talia iuramenta obligent. Violendus Iacobus Griffis. Vbi docet in quibus casibus utilitas & necessitas hæc cerni potest.

DVBITATIO 3ta. *Vtrum tres hi iuramenti comites cuiuis iuramento in esse debeant?*

Ad omne iuramentum ut sit licitum requiritur 2 veritas iustitia et iudicium

Conclusio. Iam iuramentum assertorium quam etiam promissorium ut licitum sit debet omnino veritatem rei & conscientiæ qualis qualis ea sit ut licitum sit, idem dicendum de scientia. Ratio est quia ubi est falsitas in re sue reali sue existimata, vbi item ignorantia est illius, & peccatur contra iustitiam iuxta explicationem datam, & contra iudicium seu defectus sitas; & res cum peccato fiat, & illud iuramento confirmare aut promittere illicitum est.

QVÆSTIO QVARTA.

An unde et quæ sit obligatio seu valor iuramenti

Conuenit inter autores magnam esse obligationem iuramenti ita ut qui illud non seruat periurus censeatur, quia vero hæc obligatio multiplex est & varia & in aliquibus iuramentis nulla in humanimus, ideo unde iuramentum habeat suam obligationem: in quibus ea vim habeat quantam in sequentibus dubitationibus explicandum erit.

Dubitatio 1a

DVBITATIO 1ª An et unde iuramentum obliget.

Conclusio Prima Certum est iuramentum promissioni additum habere obligationem ad eam adfaciendum id quod promittitur ex quidem specialem ab obligatione promissionis. Sta- bitur hæc conclusio in scriptura Num 30 Catum promittetur illi qui seruat iuramenta Psalm 14 habetur, & in iure Canonico Capite quæretur, Capite tuonos, Capite debitores. Quod addit de especiali obligatione habetur in lege non erit, digestis de iure iurando ubi sic habetur Dato iure iuranco non aliud quæritur quam an iuratum sit remissa quæstione an debeatur, licet nullam supponat promissionem debitumq; ex ea natum, quæ per se ad aliquam obligati- onem inducendam sufficiunt Soa explicat Suarius de iuramento lib 2 Cap 1 Et D Thom. do- cet quæ 89 art 7 in corpore & ad septimum. Vide qui apud se promittit cum iuramento datu- rum se centum ungaricos Petro, tenetur exeni iuramenti quamuis id nesciat Petrus.

Iuramentum promissorium obligat ad executionem.

Iuramentum promis. in cuius ordine sit, obligat

Conclusio 2da Obligatur iuramenti ut se oritur ex ipsa attestatione diuini nominis licet promissorio iuramento oriatur etiam ex ipsa promissione, habetq; fundamentum fidei: Idabem sicut iuramenti obligatio ut sic ex ipsa religione prouenit. Dixi iuramenti ut sic quia potest etiam aliunde oriri obligatio implendi id quod iuratum est & non ex iura- mento, ex ratione nimirum scandali ut dicimus, & ex ratione nocumenti Verbi causa iura- uit qui Virginii ut eam deciperet matrimonium, fiebe tamen iuranit is ratione infamiæ & dis- cordiæ quæ possunt segui tenetur eam ducere.

Obligatio iuramenti vnde oritur.

DVBITATIO 2da Quale iuramentum hanc obligationem inducat?

Qualitas iuramenti attendi potest vel ex parte modi quo fit, vel ex parte materiæ circa quam fit. Ex parte quidem modi quia aut fit per Deum aut per creaturas, libere vel coacte, ut timeat metu extorsum, dolo, vel errore, fiebe vel sincere absolute, vel conditionate. Ex parte materiæ aut fit in opere seu in actu virtutis, aut in eo qui contractum secretalem, q; hominum concernit: aut in tali qui sine peccato exerceri non potest, aut qui potest. Vel de- nique de actu indifferenti: quæ materiam concernunt de iis sequentibus quæstionibus.

Qualitas iuramenti Ex parte modi, et ex parte materiæ cognoscitur.

PRIMA CONCLUSIO Si fiat iuramentum per Deum id quod pro Deo habetur, imo & per creaturam quatenus est quid Dei, vel qualenus in ea Deus residet sine prout ad Deum

Iuramentum ex parte modi inducit obligationem.

quomodocunq;

quomodocunq; Spectat ita ut nica Deus impluerte mu̅ creatur moueri hanc obligationem. conclusionem docet Suarius lib 1 Cap 5 n 36. Probatur Vbicunque apponitur Sacramonium ad aliquid promittendum, ubi ex religione oritur obligatio implendi, sed hic apponitur erg &c. Illud tamen iuramentum quod fit per falsos Deos non tam per se qua iuramentum Dij nec ex virtute religionis procedit sed tantum ex conscientia erronea, unde sicut infideles non obligarentur iuramentis suis quia deputa est conscientia erronea licet de rebus licitis quæ sine præiuditio fidei & religionis Christianæ seruari possunt, mo firma quo ad obligationem mysticia vel fidelitatis humanæ.

Iuramenti facti per falsos Deos quamodo dirat obligatio?

Secunda conclusio: Iuramentum factum per creaturas absolute spectatas ut lapidem barbam, & similes imo & per intellectuales non inducit obligationem, ita Bonaventura in 3 distinctione 9 art 2 quæs 2 Thurecremata Nunar: Cap 12 num 3, Rationes quia huic non inuocantur diuinus honor cum creaturæ sumantur per se non cum respectu ad Illud tamen notat Suar: si quis per Sanctos Angelos & homines cum christo regnantes iuret ex intentione sua iurans meorum auctoritate fecerit inde sermonis nempe creato quod absque posset obligare tale iuramentum non tam ex virtute religionis quam potius ex virtute ase tamen hanc considerationem methaphisicam notat idem autor. nam moraliter dum Sanctos fit iuramentum considerantur ut in ijs sit Deus.

Juramentum factum absolute per Creaturas non inducit obligationem.

Juramentu per Angelos vel sanctos, etiam absolute factu obligat.

Obiicies 1° Sanctus Augustinus sermone 28 Cap 12 dicit qui per lapidem falsum peierauerit est, loquitur autem de lapide ut lapis est sine respectu ad Deum Ergo valere iuramentum etiam si per solam creaturam ut creatura est fiat. Respondet triplicem esse loci illius intellectum, deque Suarius Cap 5 mihi placet illa explicatio quam tum ipse sequitur Sanctum eo loco tantum reprehendere eos qui tali iuramento debebant proximos, quod colligitur ex illis verbis hominis iuras ante lapidem sed non non ante Deum, non te audit lapis loquentem, sed potit te Deus falentem (non dicit peranten) ubi manifestum videtur non eos reprehendi à Sancto doctore ut rei peierij velit, sed tantum eos in mysticæ deceptionis, vel ad summum eos vocari reos peierij scandali, & quo ad apparentiam quia doloso iuramento abutebantur, quod adsciebant ut verum iuramentum. Quia putabant fieri per lapidem ut Sanctum, deinde lius iuramenti transgressio apparebat illis ut periurium, unde ratione scandali

Obiectio de valore iuramenti per creaturã

tractare poterat

trahere poterat illam maliciam d obligationem vt diximus, vera tamen illud sic factum non est iuramentum nec obligationem religionis in se ipsa inducit sed aliam.

Obiectio

Obiectio 2do Infidelles iurantes per suos Deos habent intentionem iurandi per verum Deum Ergo licet ipsi in hoc errent quod habeant pro Deo id quod non est Deus tamen intentione in vocationis testimonij veri Dei videntur valide iurare d exeni iuramenti obligare, Ergo etiam conversus gentilis tenebitur ad rem iuratam exeni iuramenti.

Iuramentum infidelium per falsos Deos obligat exintentione p verum deum.

Respondes Nego consequentiam, illa enim intentio est erronea conscientia erat vndecunque errore non pertinet ad honorem veri Dei vt iuramentum non violetur.

Dices Posset ne quis infideli suadere vt rem iuratam non servet si defiat promissio aut obligandi animus ad implendum. Respondeo Non posse quamdiu est in illa conscientia erronea illum esse verum Deum quem ipse intestimonium adhibuit a geret enim contra conscientiam.

Infidelis quamdiu est in conscientia erronea tenetur ad rem iuratam per falsos Deos

Quæres Si gentillis faciat Christianum iurare per suum falsum Deum obligabitur ne Christianus exeni iuramenti Respondeo Non obligabitur exeni iuramenti quia iuramentum per falsum Deum non habet obligationem, nisi ratione conscientiæ erroneæ, ac in Christiano non est talis conscientia ergo nec erit obligatio, nisi forte hic Christianus per conscientiam erroneam putet ligare iuramentum etiam si per falsos fict Deos tunc tenebitur præstare quamdiu non deponit illam conscientiam erroneam.

Iuramentum per falsos Deos non habet obligationem nisi ratione conscientiæ,

Tertia Conclusio

Tertia Conclusio Iuramentum cum libera ac deliberata intentione iurandi factum quatis ad peccatum sufficiat, moveit obligationem, ita communiter Theologi & Sylvest: verbo iuramentum 4 Quæst 9. Angelus verbo iuramenta 5 Num 8 Navar Cap 12 num: 1 Ratio est quia iuramentum est actus moralis & humanus, ergo vt efficax & obligatorius debet esse eo modo voluntarius quo diximus. Et hoc verum est quod diximus in conclusione etiam si non adsit intentio se obligandi iuramento ad implendi quod iuratur (potest enim accidere vt quis velit iurare & tamen firmum nolit ipso iuramento obligari) ita S Thomas quæst citata art 7 ad 3m & ad 4m Cajetanus ibidem, Soto quæst 1a Articulo 2 Covarruvias parte 1a § 5 num 2 Gutierrez lib 2 Canonic: quæstionu Cap 22 Sylvester verbo 3 quæst 2 Angelus verbo 4 Sequitur Fearius loco citato Cap 2 d probat ibidem fusissime. Non desunt tamen

Jura. cum deliberata intentione factum obligat

Juramentu & actus moralis et humanus

etiam grau:

etiam graues auctores, qui contrariam sequuntur opinionem & satis probabilis est, nobis tamen quod dicimus probabilius videtur.

Obiectio
Qui sine voluntate se obligandi iurat, nulla obligatur.

Obiicies 1. Non obligatur homo per proprios actus nisi sua voluntate, sed si voluntas resistit & non vult se obligare impossibile est oriri obligationem, sed hic desistit ergo, &c. **Respondeo** Duplices sunt actus hominis alij quorum substantia, quales sunt quibus contractus perficiuntur, vt Matrimonialis, Venditionis, Donationis, promissionis realis, voti &c. tales actus includi debent statim in ipso esse voluntate contrahendi ad hoc vt voluntas contrahens vel intentio contrahendi inducat obligationem. Alij sunt actus hominis quorum ratio non consistit in obligatione sed hæc ad illos sequitur tanquam effectus necessario consequens, talibus obligatur homo ad effectum etiam nolens, si vellit exercere actum

Duplices actus hominis in iuramento promissorio.

ja ex iniuria allata sequitur obligatio restitutionis, Ergo non potest quis velle iniuriam facere quia subiaceat obligationi restitutionis, & non potest quis iurare velle peccare Petrum habens hanc intentionem vt nollit obligari ad satisfaciendum, similiter quis habet habet voluntatem peccandi, non potest nolle pœnitere si vult liberare peccato, hi enim effectus ita consequuntur: vt non possint impediri posita voluntate eius, eo quo sequuntur: eodem modo potuit quod quis vellet iurare & non vellet nolle obligationem implendi iuramentum, & obligari se religione adueritatem iuramenti etiam si hoc intendat.

Obiectio
Qui sine intentione obligandi se iurat, fictæ iurat & non tenetur.

Obiicies 2. Qui non vult se obligare iuramento dum iurat vult non vult iurare vere & serio, sed tantum ficte & apparenter Ergo iuramento nō tenetur. **Respondeo** Nego antecedens, sunt enim distincta duo hæc velle iurare & velle obligare, & ides nolitio posterioris non destruit formaliter & per se volitionem prioris, imo potius prior actus destrueret posteriorem. Et si destrueret posteriorem iam alter casus esset fictum nempe iuramentum: nec haberet talis liberam certam voluntatem iurandi, nos autem supponimus esse determinatam & efficacem voluntatem iurandi, eamque non posse tare cum determinata voluntate nolle se obligare. Non necauerim tamen posse dari aliquos casus in quibus possit quis velle efficaciter, non se obligare iuramento etiam si vere & serio iuret, sed debet

Obiectio 3.

Obiciés 3to Iuramentum conditionatum non obligat nisi impleta conditione, at si quis ita iuret vero dummodo non obliger videtur esse conditionatum ergo esse non tale sit quamdiu non fuerit obligativus voluntas. Respondes Nego esse conditionatum tale iuramentum, quia conditio suspendit voluntatis assensum, at hic adest voluntas iurandi vere Ergo &c. Obligatio, non est Conditio

DVBITATIO 3ta. Vtrum per iniuriam extortu iuramentu obliget

Modus hic quo fit iuramentum sit ab extrinseco provenit iuranti & multiplex est ideo separata hac dubitatione examinandus Potest autem fieri iniuria metu, violentia, dolo, errore &c. Iuramentum per iniuriam extortu multipliciter fit

Prima conclusio Etiam iuramentum homini factum licet per iniuriam (qualis est metus gravis violentia) si absque peccato & turpitudine iurantis expleri potest, valet dum esse & meretur obligationem. Definitur est haec conclusio in Capite debitores in cap si vero &. in cap verum, Ratio ibidem redditur quia tales iuramenta sine discrimine debitis servari possunt. nec praeludunt viam ad statum perfectionem (quod ad dicendum infra) ergo cum sint iuxta res ille tali modo, tenet iuramentum. Quale iuram. per iniuriam extortum in ducit obligm

Haec conclusio intelligitur in his casibus, in quibus factum est iuramentum deliberata intentione faciendi iuramentum Caeduntur aliqui opus esse ut etiam se obligandi omnino ad impletendum factum sit hoc iuramentum, verum de hoc inferendum erit ex dicta praecedenti conclusione) dummodo non ambiguis verbis fiat, ne praeiudicemus dictis infra, Haec notant hic Iesus Suar: & communiter alij & notanda sunt haec dilegenter. Vnde qui iuxat se redituram ad carcerem etiam in iuris sum, tenetur redire gravis sciat se iniuste plectendum. Similiter qui prorediimenda vita promisit cum iuramento centum aureos latroni tenetur solvere, intellige ut dixi si deliberate hic ille & non ambiguis verbis iuravit Navar: tamen Cap 12 num 18 Caeduct pro se Fabiena verbo iurare. §. 10. Panormi: & plures alios, contrarium huic sentit imo censet primum illum si redigerit peccare eo quod in tali casu seipsum quodam modo occidit & vitam suam predicat, quod est illicitum; Verum hoc non urget, qui enim obligatam causam concit se incertum vita discrimen non censetur seipsum occidere aut vitam prodigere, alias militarium hominum animae periclitarentur: negre Iuramentu derelictu ad carcerem obligat. Contraria sententia.

Vero hom:

vero homo quouis euentu tenetur conseruare vitam suam sed si decore d[e]cum potest. Posset tamen quis in praxi secure hanc sententiam Nauari sequi cum suos autores, quod etiam notat Iesius lib 2 Cap 42 licet ipse hanc etiam teneat nos ut probabiliorem sequimur. Vbi etiam ex eodem Nauaro affert posse aliquem in carcere ministro fugere si potest, id quâ ex sententia horum autorum, non iuxta nostram sententiam non posset sine peccato si promisit & quidem enim iramento non fugere. Vbi tamen quo ad hunc dictum casum de redire ad carcerem ministrum notat Suarius valere hoc si dum iuraret proiudicit mortem secuturam quamuis ministram, nam si non proiudicit nec de ea cogitauit sed tantum iurauit se rediturum dummodo liber esse potest, posse illum excusari ab obligatione iramenti, si postmodum intelligit mortem secuturam, rdq; sine ministram fugam potest enim detentio in carcere esse iniusta & tamen mors sequatur detentus vita dille potest effugere ex carcere & hic non redire, etiam si præcesserit iramentum de non fugiendo & de rediendo. Nec refert quod si manisset in carcere, tunc subiret hanc pœnam si non iurasset, quare dicetur quod ille iurasset etiam si non iurasset, non refert ingnan, aliud enim est dicere quid fecisset, & aliud quid fecit, postquam enim iurauit non prouidendo periculum ita omnino interpretatus est eius intentio quod non cum illo periculo iurauit. Atque ita in confessione non debet sacerdos hortari neque opus suadere tali ut iuret relaxari sibi hoc iramentum, licet moneat ut dicit Suarius si relaxatio como de fieri potest ob cautellam non prætermittendam, saltem tantum quando iniusta mors sequeretur, nam si iusta necessaria est relaxatio quâ concedi potest. In his tamen omnibus meminerit denique Suares Caueandum esse scandalum præsertim Christianæ religionis. Verbi causa si iramentum datum sit infidelibus à christiano captiuo redeundi ad ipsos, non liceret ubi relaxatio ne, quia esset immagnum scandalum & in iniuriam religionis.

Obiicies 1° Promissio per iniuriam extorta ipso iure nulla est sed iramentum imitatur naturam actus & promissionis. Ergo cum iuro de rebi causa aliquam solutorum usuras, daturum latroni tuo aureos, rediturum meâ Carcerem iniuste non valet iramentum quia neque promissio valet, nullaq; est iure naturâ ac ciuili.

Respondeo Hoc argumentum tantum tantum probat iramentum non addere

obligationi

Potest fugere ex carcere cui se iurauit dummodo non proui debat mortem secuturam

Iuramentum Christiani captiui de rediturum ad infideles obligat

Obiectio

Quod iramentum promissorium per iniuriam extortum non obligat.

obligationem promissioni ipsi ut promissio habere solet suam obligationem implendi quod promisit, quare neq; etiam in tali promissione iuramentum inducit obligationem homini cui facta est talis promissio, sed inducit obligationem Deo ut ait D. Thomas 2 2 quæst. 89 art 7° ad tertium, id est habet suam obligationem non religionis sed ut ex iuramenti obligex post quam Deum in testimonium vocauit cum præsertim res promissa ut dixi seruari possit sine detrimento salutis & iuramento sit confirmata. Hæc hæc sententia fundamentum in doctrina Bartoli recepta si quis in lege proco. de fide instrumentis num: 4 Vbi sole iuramentum vocat introductorium obligationis ac per se stans. Illud vero quod præsupponit promissionem cum obligatione pactis seu fidelitatis sine iniuriam factam, vocat iuramentum confirmatorium, manebit ergo obligatio soluendi usuras & similia non exui promissionis quia nil in re extorta ac proinde nulla, non transferens dominium, & illicite acciperet etiam iurata esset: sed ex ui iuramenti, quam tamen se remittit ei cui iuratur cessat obligatio iuramenti quia factum est iuramentum quasi conditionatum, si nempe ille voluerit.

Iuramentum introductorium

Iuram. Confirmatorium

Obiectio

Obiectio 2do Si iuramentum in his casibus adhibetis obligaret rem nocuam inuehere & obligationem subijceret, nocium enim est accipere usuras pecuniam suam nec arceri iniuste &c et hic ex ui iuramenti iurans obligaretur ad has res præstandas. **Respondeo** Potest solutio usure & similium comparari vel respectu eius qui iurat, vel respectu illius cui fit iuramentum, Primo modo est actus virtutis religionis nempe, ut q; ad redimendam propriam vexationem, vel ad subueniendam propriè indigentiæ vt sit in usurarum casu, subuenire autem hoc modo sibi est opus caritatis: respectu vero eius cui iuratur est nocium, vi detur q; acceptata iam habeo, cui iurata est, sibi debetur illi, nec eam debere mihi fas est supposita malitia eius cui iuro, & mea propria necessitate, ita respondet Caiet: Mihi magis placet dicti fieri remuneratione virtutis religionis ex iuramento proueniendis. Illud tamen hic notandum est debitum qui soluit usuras repetere ab usurario, & à latrone sic datam pecuniam & ut docet D. Thom: nisi iurauerit etiam non se repeturum, quo casu totum hoc possit remitiari adhuc prælato id q; etiam si iurauerit inde non denunciando D. Thom: 22 art 7° ad 3m Doctrina hæc tam multiplex colligitur ex Capite adhestram & ex Capite quemadmodum. Idem dico si exigatur iuramentum ole non petenda.

Obiectio

Detrebus illicitis iuramentu nullius firmæ & illicita Ergo.

Actus usuræ duplex

Potest repetere usuram vel pecuniam ab eo qui iniuste accepit.

de non petenda relaxacione iuramenti alterius, ita docet Couar: dictum 1ª parte §. 3, Felinus in capite consultus.

Obiectio
Iuramentum per vim extortum non obligat

Obicies 3to In capite secundo de iure iurando, de quodam Episcopo qui per vim iuramenti bona suis spoliatus & iurare compulsus quod non repetet sic ablata, dicitur inquam ipsum Episcopum nullius iuramenti vinculo hoc posse constringi. Ergo non obligat iuramentum super vim & metum extorta. **Respondeo** Aliquos explicare illum textum loqui de bonis Ecclesiæ quia non erant Episcopi, non poterat iurare de non repetendis. Aliqui dicunt etiam si fuissent propria Episcopi tunc sensus est non quod non obligaret iuramentum de non petendo: sed quod non obligaret quin ille Episcopus posset recurrere ad Papam, ut remedium adhiberet prout expedire iudicare, quod ipsum non poterat iurare non facturum, quia hoc in præiudicium Papæ fieret, ad quem nihil impedire

Obiectio
Matrimonium et votum per metum factum non obligat Ergo neque iuramentum

Obicies 4to. Nec Matrimonium nec votum per metum factum recurrentem 7 obligat, ergo neque iuramentum. Videtur enim esse parvitatis huius & illorum. **Respondeo** Nego consequentiam, & est disparitas ratio, de voto quidem quia irritauit talia vota Ecclesia religionis; tum propter arduitatem potentitatem status, tum quia semel votorum difficile solvitur, quæ non reperitur in iuramento, sed de voto infra. Matrimonium est etiam est etiam quidam tractus ad hominum societatem ordinatus, & alias dicetur, includens præsentionem realem ad quam requiritur plenus consensus & animus obligandi sicut quæ desunt vinculi metus, alias autem est in iuramento ut infra manifestabitur.

Iuramentum fictum per se non obligat, sed per accidens.

Secunda conclusio. Iuramentum factum ficte id est non cum animo iurandi sed dicendi verbo dum fit iuramentum verbis ambiguis mente alia & quando aliter quis sentit & aliter profert verba) coram Deo non valet nec exinde iuramenti nouet obligationem, nisi iuxta mentem sensum verborum ubi grande sit ambiguis verbis, licet si non extorqueatur per iniuriam iudex procedat. Nemcat. Est communis & accipi ac intelligi debet mente dicentis. Ratio illius est quia tunc revera talis non vult, nec intendit iurare aut Deum testari

sed simulare &

sed simulare & fingere se iurare, sicut qui fingit se Matrimonium contrahere externis
tantum verba contracti pronuncians absque animo contrahendi, non obligatur in
conscientia contractum matrimonij. Et hæc doctrina communis est in his omnibus
quorum essentia ab intentione hominis pendet, ut sunt Sacramenta rum collatio pro-
missio, donatio & contractus omnes. Dixi ratione iuramenti non minus obliga-
tionem quia exc alio capite scandalum verbi causa potest oriri, sicut & ad damna
quæ parti extali iuramento obveniant taliter iurans teneretur.

Fictum matrimonium non inducit obligationē.

Ob scandalum vel damnū alterius etiam iuramentū fictum obligat

Obiicies In Capite quacunque **art 22** quasi: & dicitur Quacunque ar-
te verborum quis iuret, Deus tamen qui conscientiæ testis est: ita hoc accipit sicut
ille cui iuratur intelligit, Ergo cui iuramenti tenet iuramentum obligationem.

Obiectio

Deus iuramentum accipit secundum intelligentiam illius cui fit. Ergo etiā fictum obligat

Respondeo Sensus est Deum hoc accipere quo ad culpam, non quo ad effectum ob-
ligationis, id est quando quis dolose fecit & cum nimis leticia graviter peccat, De-
us autem accipit illa verba secundum iuris debitam significationem & intentionem
illius cui iuratur, & hic sensus colligitur ex sequentibus verbis, additur enim duplicis
esse hanc peccare quia & nomen Dei in vanum assumit: & proximum dolo capit.

Tertia conclusio Iuramentum dolo vel errore exortum, si
error quem dolus versentur circa substantiam rei, huc circa qualitatem.
non inducit obligationem ita Navar: Cap 12 Num 17 Sylvester verbo iuramentum 4
Sa. verbo iuramentum eam tesium approbat, Fecisti verbi causa contractum fi-
dei cum aurichalcum loco auri datum irritus contractus iuramentum nullum.

Error vel dolus circa substantiam vel qualitatem rei annullat iuramentum.

Similiter promisit quis puellæ, nuptias putans esse virginem, postea intelligit o
ipsam fornicatam esse, non tenetur iuramento. Sic iuramento quis promisit
emere domum alicuius quia putabat bonam & comodam, postea deprehendit
vitium in fundamentis, vel esse subiectam lemuribus, non tenetur. Item Soror
revocata dolo fratribus, renuntiavit cum iuramento hereditate paterna,
procerta dote. non tenetur si hereditas multo plurис valebat.

Error in Matrimonio promisso.

Denique vendidisti domum & iuramento promisisti stare contractui, postea de-
prehendis te graviter lesum, potes agere de suppletione præij, nec enim iura-
mento intendisti cedere iure tuo si deceptus es in præcio.

Exempla multa

Probatur con:

Promissio sub errore facto quàmòm obligat.

Probatur conclusio Nam quia promissio cui error vel dolus causam dedit etsi (quando non fuit error circa substantiam rei vel causam principalem & quasi formalem actum ipsum) per se obliget donec rescindatur, tamen detecto errore potest irritari revocari eò quod mentem non fuit consensus nec fuisset si non latuisset credendo ergo ita fecisse contractum ille qui iuravit tanquam non esse id quod merò apparet dolenti enim iudicio talis eventus censetur exceptus, quâ exceptio etiam accedente iuramento non tollitur, si quidem iuramentum non additur ut mutet actum sed ut illum firmum & ratum naturam consequatur. Hic dico nisi iurans expresse aliud intendat volens & scienter omnibus quæ accidere possunt libertatem adimere. Item quia Sylvester verbo iuramentum 3° quæst. 1ª docet iuramentum promissorium interpretandum notabiliter res non fuerint mutatæ, atqui non censentur manere in eodem statu si mutari quando postea aliquid se apparet quod ante habebat, paria enim sunt ire aliquid supervenire & apparere seu imperecognosci, sicut è contra paria sunt non esse & non apparere ut adjungitur lege 77 de contrahenda emptione, & quod de errore & dolo circa qualitatem dixi intelligi volo de tali quæ minime ad substantiam pertinet ut ex adductis exemplis clarum est, ac de ea quæ tollit voluntarium id est quæ talis est ut si venisset immutatum naturam suam tolleret voluntarium, quem communiter dicunt non esse illam conditionem seu qualitatem, iuravi verbi gratia Petro me daturum eleemosinam, putans esse coniecnem, & ipse est peregrinus postea colige hic enim censetur iuramentum tenere

In omni iuramento interpretatio iurantis attendenda.

Promissio eleemosinæ non quo ad personam sequo ad rem obligat.

QVÆSTIO V.

De materia iniqua iuramentum factum obligat.

Vtrum in omni materia iuramentum factum obligat.

Hic tantum attendimus solam materiam iniquam sunt iuramenta & quærimus an iniquæcunque materia ea fiant, quomodocunque alia se habeant, obligationem habeant ex parte rei non vel non habeant iuramenta. Multiplex autem potest esse materia, indifferens, licita, vel illicita, & quidem mortaliter, seu venialiter: legale

Multiplex materia.

mana vel divi-

mana vel diuina prohibita. Item possibilis aut non possibilis contractum concernens
sine q̃ validi sunt per leges & facta, sive non, item dubia aut certa loquor autem de iu
ramento facto homini, nam de iuramento facto deo infra cum de voto agemus.

DVBITATVR. 1ª Vtrum de actu honesto iuramentum obliget?

Prima conclusio. Iuramentum de actu honesto seu de actu virtutis quantum
est ex parte materiæ (si alia non desint de quibus supra) de se obligatorium est, dum-
modo non impediat melius bonum. Est communis.

Iuramentum de actu honesto si melius bonum non impediat obligat.

Quares. Quod si impediat actus ille iuratus bonum melius seu actum melioris
boni. Respondeo. Aut ille actus melior qui impeditur est præceptus alquo præcep-
to, & ille honestus qui est iuratus non est præcepto fiem atus tunc non valet iura-
mentum, necenim in hoc casu actus ille iuratus est bonus ochac circumstantia quia
impedit actum qui est præceptus, aut ille actus melior, est talis, qui tantum bo-
narie fieri potest, tunc iuramentum de illo actu honesto validum est & obliga-
torium si illum actum meliorem nolit facere, non loquor de actu melioris respec-
tu Dei nam hic intercederet votum, quod ut dicemus de meliori esse debet.

Actus bonus potest impedire actum melioris boni respectu hominis.

Secunda conclusio. Iuramentum promissorium factum homini si
potest honeste impleri obligat, etiam si melius quod posset fieri, nisi is cui promis-
sio fit vellit hanc cõmutationem fieri cum fit promissio, vt si iurem datturum me pe-
tro centum aureos, non possum illos cõmutare in Elemosinam alteri etiam si exerci-
tera rei melius hoc esset. Item iuramentum seruiturum alteri, non possum vero cõmu-
tare cõmutare seruiendo hospitali, & sic in similibus, vt tenet Sylue: verbo iuram: 1.
quæst: 20 & plures alij quos ibi citat, imo quod diximus in conclusione verum est
etiam si non fit vera promissio, dummodo vera fuerit iuramentum esset q, hic obligatio
ex parte iuramenti, hæc pars robur sumit habet ex dictis supra.

Promissio ḣ facta ḣ honeste impleri potest, non ḣt commutari in melius bonum ḣ sit.

Exempla multa.

Obicies. Et tamen cõmunis est doctrina etiam q̃ntus Sylue: loco citato quod si
quis voluit matrimonium cum aliqua vel aliquo posset postea intrare religionem liberè
esse ab illo priori voto ipso facto. Respondeo. Alia est ratio promissionis & iura-
menti quod impedit executionem absolute status perfectionis, & illius quod tantum impedit

Obiectio

Votum religionis anullat votum Matrimonij.

aliquas parti-

aliquas particulares acciones meliores earum q̃ dum, illa non impedient obligationem
nechant, & ratio est quia in prioribus ipsamet persona redditur inhabilis imperfectum ad
tam meliorem, & ideo non est verisimile iurantem voluisse se obligare cum tanto dis
dio maioris boni sui spiritualis, neque in eo sensu fuisset prudens ut rationabilis pro
sio ad impossibilibus promissionibus & iuramentis impedimentum, non est tam mani
nio est per accidens quia per se loquendo persona manet habilis non obstante premis
ne ad meliora alia opera ex alia similimateria præstanda, quod si talis materia dis
per accidens est & quo ad Deum potest compensari quo ad totam honestatem brevitatis per
ternum desiderium aut voluntatem.

Qui iuravit Sponsalia et postea vult ingredi religionem quid debet facere.

Quærunt hic autores vtrum qui iuravit Sponsalia vel matrimonium cum aliqua & postea
religionem ingredi prius debeat contrahere matrimonium & postea post Matrimonium rat
& non consummatum ingredi religionem secundum mra quã ad concedunt Et quidem Ped
Alexander & hanc quæstionem in Capite cõsuluit, tenere dum ait tucius esse iuramenti seruãta prius contrahere postea ante consummatum matrimonium religionem ingredi
Quam responsionem vary barre explicant & ad quæstionem respondent. Dico ego cum
Enarie loco citato Cap 13 eum qui post gram iuravit sponsalia vel matrimonium debet
modum ingredi religionem posse se expliciter in hoc genere vovere Primo contrahendo Matrimonium cum proposito non consummandi, secundo statim ingredi religionem ignorando

1

Infelix sponsa potest ingredi religionem.

Sponsa tale proponitum, & si licet aliqui talem censeant peccasse mortaliter, probabilius tamen est hic nullum intercedere peccatum, quia neq; fit iniuria religioni iuramento quin potius debetur fieri in eius favorem: neq; fit iniuria Sacramento matrimonij quia non obstante illo proposito Matrimonium est validum, neque fit iniuria sibi per se loquendo, concedit enim Ecclesia hominis contrahentibus Matrimonium,

Valor matrimonij.

Illud tamen notandum moraliter non consulendum hunc modum implendi iuramentum non quia contineat peccatum secundum quid habet moralem utilitatem, & debitor potest illusis sponsa, & posset aliqualem notam vel indecentiam ipsi inurere.

2

Conditio contractui sponsaliorum.

Secundo potest non contrahendo matrimonium ingredi religionem. Ita sanchez asserente & hic modus est omnino tutus in mixe enim adnectitur semper contractui sponsaliarum hæc conditio, nisi vellit ingredi religionem, ergo ex iuramento in hac materia adnectatur.

Fertur Sic.

Verbi gr. si postquam iuravit sponsalia & postea concepit propositum religionis, admoneat ea de re sponsam ut si illa velit impleri iuramentum quo ad matrimonium tantum iuratum se faciat, si nolit libere potest ingredi. Et hic quoque modus est tutissimus, & hoc tantum vult caput illud comunem, non enim vult teneri esse primo contrahere, nisi ea sponsa de proposito sponsi: sed tantum teneris de esse in eo de proposito & velit ea ut diximus impleri matrimonium, est ergo teneris ea admonere. Haec teneris non ex obligatione iuramenti sed ex quadam convenientia ad honorem & famam sponsi conoscit, unde indirecte ad pertinet ad venerem huiusmodi iuramenti. Quod si timeret per hoc impedimentum aliquod sui boni propositi melius erit statim ingredi nisi ea sponsa. Et hic locutus sum de proposito tantum religionis, nam si fecit votum ingrediendi, aliter dicendum erit, sed de hoc infra. Haec vero etiam illa regula (non frangit fidem qui in melius commutat) nostrae conclusioni data, est enim de ijs quae ad honorem Dei pertinent, non de ijs quae sunt respectu hominis, cui non debet fieri praeiudicium.

DVBITATIO 2da Vtrum de actu peccaminoso sine qui cum aliquo peccato implere potest, obligat iuramentum?

An iuramentum de actu peccaminoso facto obligat

Sicut duplex est peccatum, mortale aliud & aliud veniale ita duplices sunt actus peccaminosi, alij cum mortali alij cum venali commisti peccato.

Actus peccaminosi duplices

Prima conclusio. Iuramentum promissorium de actu qui sine mortali peccato fieri non potest nullam movet obligationem. Definita est haec conclusio in Capite fuiera 3m Capite cum contingat de iure iurando ubi dicitur iuramentum quod vetat impedimentum salutis alterius non obligare, omne autem peccatum mortale ea vetat Ergo &c.

Iuramentum de re mala non obligat.

Secunda conclusio. Stetum id quod iuratur cum peccato veniali fieret iuramentum non obligat. Haec conclusio habetur expresse in iure Canonico Capite quanto de iure iurando. regula etiam iuris 68 in 6to est, non est obligatorium contra bonos

mores &c.

mores præstitum iuramentum. Neque vero illa tantum iuramenta dicuntur non esse quorum adimpletio verteret in detrimentum salutis, sed ea quoque quæ simpliciter volunt aliqui id contra rectam rationem & quæ præcipi licite non possunt, vt cum docent autores, peccatum autem veniale huiusmodi est Ergo &c.

Obiectio 1ª
Ultimo iuramenti debet bona vel mala meneri peccatū

Obiicies 1.º Dicitur Iudicium 5.º Anima quæ iurauerit & protulerit labys suis vt bene quiet faceret vel bene, & id ipsum iuramento & sermone affirmauerit, obliuiscatq; postea intellexerit delictum suum agat pœnitentiam de peccato suo. Ergo indicatur obliuisci iuramenti de aliquo etiam malo faciendo peccatum esse.

Respondeo Sensum illius loci hunc optimum esse quem sequitur ibidem Abulensis, dari pœnitentiam pro peccato admisso quod nempe male iuramerit, Si autem bene iuramerit debet tamen agere pœnitentiam quia obligatus est implere.

Obiectio 2da
Iuramentum mo de trimentum proximi factū obligat

Obiicies 2.º Iudicum Vltimo filij Israel iuraverunt non dare filias in uxores filijs Beniamin, quod iuramentum factum videtur fuisse expressa pro intentione extinguendi illam tribum, atq; ita fuit de re illicita, illud tamen observarunt, ergo est iuramentum. **Respondent** aliqui peccasse Israelitas tali iuramento, vt Abulensis, alij dicunt fuisse illud bellum iustum & ita potuisse id in pœna fuisse peccato, vel certe fuerit id zelo iusticiæ non animo extinguendi tribum.

Obiectio 3ª
Iuramentum de re illicita obligat.

Obiicies 3.º Primo Esdræ cap. 10 duxerant Israelitæ alienigenas uxores & postea iurarunt se eas cum filijs proiecturos quod videbatur illicitum. **Respondes** fuit illicitum, eam enim conditionem obtulerunt populi illi ut reducerentur ad obseruationem legis, nec poterant habitare cum illis uxoribus suis ministra autem

Obiectio 4ª
Iuramentum de re prohibita factum, obligat

Obiicies 4.º Prohibuerat Deus ne faceret populus Israel fœdus cum Gabaonitis vt habetur Deut: 7 Iosue fecit Iuramento illud confirmauit quod de re grauis illicita quia prohibita, obligatorium fuisse ex eo patet quia 2 Reg: 21 dicitur Deus afflixisse populum famâ propter Saul qui occidit Gabaonitas contra fœdus iuratum. **Respondeo** Cum D. Thom: in 3.ª dist: 39 quæst. 1.ª art 3 q. 1.ª instrumenta 1.ª ad 1.m Iurare Gabaonitas à morte quod fecit Iosue, non fuit illicitum ex se, sed tantum ex legis prohibitione quam & prohibentis intentione, poterat

sue inspirat

sine inspiratione Diuina motus interpretari ita vel ita intelligendam. si hoc vel illud
caperet mutationis ex parte Gabaonitarum, atq; ita ex hac interpretatione poterat
se licitum fernare illos nec esse contra legem subponta in ipsis aliqua mutatione, vnde
iuramentum fuit de re licita non de illicita, ideoq; non mirum si Deus punivit transgres
sores iuramenti. Nec refert quod ex parte Gabaonitarum fraus intervenerit, rem
men iustam petebant, ideoq; iuramentum de illa peritum tanquam per se stans obliga-
re potuit, nec fuit deceptio petens substantiam rei, seu tantum in modo accidentali ju-
ramento ad maiorem personarum securitatem.

Obiicies 5to In Capite Cum quidam § illi vero de iureiurando dicit Pon
tifex absolvendos quosdam ab observantia iuramenti illicidi & contra rationem facti
sed absolutio est Superiore & re obligatoria Ergo potest iuramentum contra rationem
factum, & de re illicita obligare, quale est non loqui Patri au Matri Fratri aut Sorori &c.

Respondeo Missis quā alij hic dicunt verbum absolvendi ibi esse positum pro
dissolutione declaratiua nullitatis vinculi, non pro absolutione vinculi dissolutiua.
Et sensus ita verbo absolvendi attributus iuxta vt videre est in Capite audivimus
24. quæst. 1. vel certe intelligit quod si aliquis sit dubius de obligatione iura-
menti propter quietem maiorem & satisfactionem eius qui iuravit absolvendum
est a iuramento.

Obiicies 6to Facere aliquid contra leges & mores Ciuiles est aliquod
peccatum, & tamen iuramentum in aliquibus huiusmodi rebus est validum & obligatorium
ergo iuramentum de re quā cum pacto sit est validum antecedens patet quia iura
mentum a Canonico approbatur iuramentum contra leges facta, ut patet Capite cum contingat
de iureiurando & alibi. Respondeo Verum est primum peccatum esse agere
contra leges Ciuiles obligantes in conscientia, at sunt aliæ leges quæ non obligant in
conscientia. Illæ autem obligant in conscientia secundum Bartolum quā verba sua
dirigunt ad personas eis prohibendo vel mandando aliquid. Illæ sunt quæ ipsum
contractum annullant vel infirmant, vel illi formam præbent, hā quia tantum actum
ratificant vt non valeat vel iteretur si aliter fiat quam lex præscribit etiam si
non peccent qui illum faciunt, ideo iuramentum contra tales leges factum validum

est, & firma:

Obiectio 5ª

Iuramentū de re illicita contra rationem facti obligat.

Obiectio 6ª

Iuram. factum de re quā cum peccato fit, & ratio um

Leges ciuiles dupliciter obligāt.

est seruari debet in foro conscientiæ licet non habeat robur quo ad forum ciuile Posita iurat uxor durante Matrimonio alienationem bonorum dotalium, per leges non tenantur, alienantur tantum in conscientia. Vnde secundum leges ille cui alienata sunt potest eas obtinere, & tamen in conscientia ille qui iurauit debet eas dare, non petendo ergo licet fieri tale iuramentum, licet tamen talem contractum. Hanc alienationem loquor de iuramentis quæ sunt de ijs quæ sunt præcisè solum contra leges & bonos tantum ciuiles, nam si involunt illa etiam simul aliquod contra bonos mores naturales obligant: Naturales mores sunt illi qui consentanei sunt naturæ rationali quos ipsi boni Mores naturales et Ciuiles
stes vocant: Ciuiles vero qui ad commenientem statum & policiam reipub: pertinent.

Iuramentū circa materia illicitam, quo ad prohibitionem quando obligat

Quæres 1.° Sunt aliqua iuramenta illicita quo ad prohibitionem tantum extrinsecè ex aliqua nempè prava operantis circumstantia, & non quo ad materiam. Verbi causa iurat religiosus contra voluntatem & sine facultate superioris facturum se Sacrum pro aliquo, iuramentum est illicitum ratione prohibitionis, videtur executio eius licita, erit ne validum? **Respondent** Autores posse esse validum si materia est capax, ita Panormitanus in Capite Cum contingat de iuramento & Joannes quos citat & sequitur Suarez lib 2 Cap 24 Ratio est quia illicitum iuramentum non habet pro obiecto ipsam promissionem quæ est illicita, sed rem promissam quæ licita est. Cum enim spontanea facta non sit mala, nec erit mala ex iuramento inde illicito. Dices quod licet actus secundum se & spontaneus factus non sit malus tamen facere illum ex eo mala promissionis iuramentine illiciti erit malus quia tute approbatur promissio, & iuramentum illicitum prius factum. **Respondeo** Id tantum verum esse quando promissio est inualida, & iuramentum inualidum, alias promissio est valida iuramentum validum, licet dicto modo illicitum nempe quo ad prohibitionem & rationem aliquam extrinsecam tunc actus secundum se alias honestus tanen fiat erit etiam honestus si fiat exprecedente promissione illicita, aut iuramento

Iuramentum Clerici contra bonos mores Canonicos non obligat

Quæres 2.do Jurauit aliquid Clericus quod est contra immunitatem Ecclesiasticam, tale iuramentum est ne validum, videtur autem esse contra leges ciuiles. **Respondeo** Iuramentum tale esse contra bonos mores Canonicos verum tamentum animæ vt patet ex Capite Nimis, non ergo validum, grauiterque

Canones puni:

Cauones puniuntur vt patet ex Capite Si diligenti, quocirca cum enim iuramentum prima-
ret personæ vergit in detrimentum boni publici, vel est contra priuilegium communitati
concessum in validum est, quia non potest illis priuata persona derogare, Vnde tale
iuramentum est contra bonos mores naturales quia contra iusticiam, & in materia
Ecclesiastica videtur esse contra religionem. Ad extremum. Vnde hic notandum

Iuramentum de soluenda pœna si non seruetur contractus, quando obligat.

in prosolendis quam plurimis Casibus, quo ad hunc punctum posse fieri iuramentum de
pœna soluenda si non seruetur contractus, Cum posset ab illo contractu iuste vel
iniuste recedi, iniuste iuramentum est de re contra iusticiam & contra bonos mores na-
turales: si iuste recedatur à contractu tenet iuramentum.

Quares 3to. Quid vero sentiendum de iuramentis quæ fiunt in contractibus

Juram. in contractibus ciuilibus quando validum vel in validum.

ciuilibus: Respondeo De his fusissime Suarius lib 2 à Capite 24 ad 31 facile col-
ligi posse resolutionem ex dictis Dicendis, Semper attendi debet materia
qualis sit de qua contractus Item obligatio ac iusticia legum, tam licitus an illicitus
contractus: lege prohibitus an non, Item iuramentum posse fieri de contractu pro-
hibito lege, respectu boni commune, Tunc in validum est: vel lege respiciente bonum
priuatum & tunc aliqua sunt valida, sed excercenda circa his pensandus est valor
iuramentorum, non enim potest hac in re dari certa regula.

Juram. solvendi perditum ludo est validum contra leges Ciuiles.

Dices Juramentum soluendi perditum ludo est validum & tamen leges Ciuiles li-
berat ab hac obligatione soluendi. Respondeo Dici potest has leges respicere bonum
priuatum, licet enim hæ leges sint utiles bono communi ordinantur tamen ad patrimonia
singulorum conseruanda. Denique est attendendum an actus talium iuramentorum
quibus implentur iuramentum sit licitus, hinc dico licet non confirmetur iuramento res
quo ad rerum contentum sum, tamen confirmatur quo ad conscientiam, & ex virtute reli-
gionis manet obligatorium licet non expacto, & hoc quidem verum est etiam si per-
leges irritentur pacta, si enim nihilominus confirmentur iuramento, non quidem for-
maliter & ipse confirmatur, sed tantum vt loquuntur auctores materiale, quia quo ad
effectum illorum seu executionem quæ obligatoria est in conscientia, sunt valida
& ita implexi debent quasi essent ipse valida, Hæc obligatio oritur ex iuramen-
to dummodo actus executionis honestus & licitus sit in se. Dabsit dolus in in

ducente actum.

ducente ad iuramentum & similia de quibus diximus supra.

Juram. de actu indifferenti

DVBITATIO 3ta. Vtrum de actu indifferenti, item de omissione seu negatione alicuius operis sit validum & obligatorium?

Actus indifferens quid est

Actum indifferentem vocamus qui de se nec bonus nec malus est, sed mutata tantum circumstantia potest fieri vel bonus vel malus.

Juramentum de actu indifferente per se non obligat

Prima Conclusio Si iuramentum est de actu indifferente ut indifferens est, non obligat, secus si fiat de tali actu vel propter honestum finem vel propter utilitatem permi. Ratio primi est quia ut sic videtur esse peccatum veniale, ut multi sentiunt etiam si non esset ad huc sic factus nec operanti ipsi nec alijs est utilis, videtur nunc esse impeditivus maioris boni, qui enim iurat actum indifferentem, is videtur non facere actum honestum. Secunda pars ex eo patet quia ut sic videtur esse de eo q

Juram. de cauendo de actu cum peccato comm. de obli.

Secunda Conclusio Iuramentum etiam de cauendo actu qui cum peccato committitur obligat. Idem dico si fiat de negatione peccati, vt si quis iuret se non co do & cauendo furto tenet, & si peccet duplex committit peccatum, vtro quod & superioris conclusionis quo ad secundam partem, & sic etiam iuramentum ludendi est obligatorium, licet enim actus ludendi sit indifferens, tamen abstinendo illo valde est utilis de se. Idem dico de iuramentis quo ad res illas quæ multum

Juram. de rebus quæ à mere tant à spiritualib. obligat

tant a spiritualibus bonis, vt sunt mercaturæ, negociationes &c. Si autem fiat de tibus indifferentibus quorum priuatio impertinens est ad virtutem sicut opus, nep minat neque impedit, vt in homine non scribere vel non legere, talia non obligantur menta, non enim in talibus est materia obligationis, nam nihil meruntac thenticæ

Juram. de non faciendo bono opere, non obligat

Tertia conclusio De non faciendo bono opere super exregationis cum tum factum non obligat, ita docet D. Thom: quæst 89 art 7° ad 2m Cauta: ibi Solo docetur in Capite Si nero idem sentit Archidiaconus in Cap. Si aliquid 22 quæst 4ª. Casus conclusionis hic sunt Iurat quis se non ingressurum religionem: non sa rum Electionem: Non auditurum Missam die festo &c. Ratio conclusionis quia rei si iurata omissio etiam si mala non sit per se, nullam tamen bonitatem

Casus multi.

Juram. de actu indifferenti

Aliqui dicunt

& alioqui directe impedit maius bonum, atque ita ne obligationis quidem iste est capax, ne dum religiose, qualis est iuramento.

Quæres 1°. Iuravit pater filio, vel maritus uxori non facturum se Eleemosynam abundantem etiam licitam ut illis bona conservantur. Item queret famulus quis mihi non serviturum hospitali, ut mihi liberius serviat, hæc iuramenta obligant ne, ex una parte videtur esse in bonum proximi, & maioris boni impeditiva prohibitur id quod firmatum est iuramento, ex altera parte videtur esse de actu honesto qui sequitur hanc omissionem & contra quem est omissio iurata. **Rndeo** Dupliciter hæc & simplicia iuramenta fieri & habere esse possunt. Primo istere possunt in sola negatione operis studiosi & non includere formaliter aut virtualiter obligationem directe & proxime tendentem ad comodum proximi. Vt si parens faciat iuramentum de non faciendis Eleemosynis. Vel sit liber ad laudandum vel donandum amici superflua ad faciendos sumptus minus aptos, canes alendos &c. & sic non obligant, sunt enim contra bonos mores animæ. Secundo possunt fieri ita ut directe respiciant Veritatem, & sic quia non erunt directe de pura negatione actus studiosi, ut si ea intentione fiat ut moderatio fiat sumptuum propter iustas causas quæ sunt inducta in objectione, tunc iuramentum potest esse obligatorium præsertim talis casus esset ut is qui tale iuramentum facit de quo procedit quæstio esset in alio prendens & moderatus, in faciendis vero Eleemosynis nimis effusus validum procul dubio esset iuramentum. Quod si esset dubium quo fine fuerit de talibus omissionibus iuramentum, tunc prudenti iudicio standum, & in dubio si est vir bonus eligendum est quod poterat magis honeste ab illo intendi.

Iuram. non facere bona opera respectu privatam obligationem vel superiorum.

Quando invalidum

Quæres 2do. Iurat vir uxori quod eam super illo crimine ne de adulterio qui dem accusabit, obligat ne tale iuramentum. **Rndeo** Quæstionem hanc resolvit Innocentius decretalium, habetur in Capite Quemadmodum de iureiurando, dum dicit tale iuramentum non obligare, quanquam de adulterio dicit licitus esse propter iusiurandum de non accusatione ad divortium celebrandum licet eam possit denuntiare ad agendam penitentiam. Et si loquimur de illa accusatione incrimine quæ sub præceptum cadit aut fiat; est que pertinens ad commune bonum, prior pars responsionis vera est.

Iuram. à Marito Uxori factum quod eam super illo crimine accusabit

Quando validum.

Non obligat

Quod ad sec:

Quando obligat

Quod ad secundam aut adulterium tantum cedit in iniuriam primatam ipsi Marito est contra bonum commune, resolucio Pontificis intelligenda est in primo casu, nam in secundo non est obligatorium, non potest enim praemicere bono communi. Quod tamen intelligi si illa accusatio sumpta cum omnibus oneribus ordinata praecipue ad publicum bonum cadat sub praeceptum, vel si adeo sit necessaria ad bonum commune ut eam omittere repugnet Charitati vel Iustitiae legali, tunc enim vere ut dixi non est obligatorium. Verum illud nihilominus est, obligationem accusandi de adulterio raram esse, quia raro datur cum illis circumstantiis quas enumeravi eveniunt, tum quia per denunciationem fieri potest ordinarie etiam bono communi, atque ita bene etiam resolutio Pontificia in casu accomodari potest ad dicta hasce causas.

Iuram. de non faciendis rebus bonis potest seruari materialiter nō formaliter.

Quares 3to Peccat quidem qui facit iuramentum de non faciendis rebus bonis aut melioribus, Vt communis fert sententia & non est obligatus seruare iuramentum et non obliget, sed potest nec etiam seruare si quis vellit. Rndeo Potest seruare si quis firmavit iuramento, non exeni iuramenti quasi eo obligetur sic enim culpabile esset ex eo tantum posset seruare quia non est illa obligatio faciendi illud opus ingrediri iurum religionem. Dicunt Theologi iuramentum hoc posse seruari materialiter formaliter, cuius distinctionis sensus est quem dixamus.

DVBITATIO 4ta. Vtrum iuramentum non mutuandi, de item voto aut iuramento prius firmata sit obligatorium?

Iuram de non mutuā do quando obligat

Prima Conclusio Iuramentum de non mutuando tunc tantum obligat quando mutuari esset indetrimentum grave illius cui fieret mutuatio, Idem dicendum de fide iussoria Vel etiam si crederet mutuo como dum mutuantis & quidem magnum, Conclusio haec ab omnibus recipitur & est extra controversiam.

Iuramentum negatiuum de re prius iuramento promissa non obligat.

Secunda Conclusio Si fiat iuramentum de re aut voto prius obligato aut iuramentum inconsideratum, non est validum Exemplum primi est iemandus quam diem, iurat se rum se non facturum. Vel qui vouit castitatem, postea iurat se Sponsalia siue Matrimonium, haec conclusio habetur in iure expresse, ratio illius est posteriis iuramentum est de re intrinsece mala de non observando nempe voto diuino

to priori.

s priori. Et intelligi debet conclusio quando prius fuit votum siue iuramentum fuit validum, nec fuit, nullique iuri contrarium.

Obiectio 1ª Quod iuramentum posterius annulat priorem promissionem

Obiectio 1ª. Non obstante primo iuramento valet actus contrarius illi iuramento factus. Ergo & iuramentum priori contrarium siue iuramento siue voto valebit, verbi causa qui sponsalia priori, postea iniit cum altera matrimonium, Item promisit quis subuenturum se non daturum aliquid, & postea donat valida donatio, & certe cum iuramentum sit melior actus quam vlli alij si valet actus contra prius iuramentum, valebit iuramentum.

Responsio negatiua.

Ad 1. Verum est actum posteriorem non irritari iuramento priori vt docet communis opinio licet peccaminose id fiat cum peccato fiat, iuramentum tamen prius in validitate posteriores reliquas exceptis materie, quia nemirum actus oppositus priori iuramento & voto est tam inhonestus & illicitus quare non potest in illum cadere iuramentum, siue non potest valide confirmari iuramento quia enim vinculum iniquitatis, Et quod dico de iuramento contra prius iuramentum vel votum intelligi debet, ideo intelligi volunt autores etiam si fiat tantum contra priorem promissionem nuda

Promissio etiam nuda si obligat in conscientia irritat posterius iuramentum

tamen in conscientia siue exteriori, siue ex humana fidelitate, si quidem non implere promissionem simplicem est peccatum siue mortale siue veniale pro ratione materiæ, ergo & iurare non implere est iurare aliquod peccatum, atque ita tale iuramentum non obligat.

Obiectio 2ª Quando tantum praecessit simplex promissio & sequitur iuramentum de opposito circa eandem rem potest utrique satisfieri implendo iuramentum ut fundat

Obiectio 2ª

Quando praecessit simplex promissio et sequitur circa eandem rem de opposito iuramentum vtrique potest satisfieri.

satisfaciendo promissioni per aliquid æquivalens, Ergo validum erit iuramentum in tali casu.

Ad 2. Non est verum antecedens, nam in rigore conscientiæ loquendo tenetur quis implere quod promisit in ea specie in qua promisit, nec potest cogere creditorem ut accepet æquivalens.

Quares Quid si creditor sit contentus æquivalenti illo, tenebit ne & validum ne sit iuramentum posterius factum. Et videtur obligare ac validum esse quia est satisfactio promissioni sine peccato. Respondeo Probabilius cenſet Suarez non obligare etiam in tali casu iuramentum posterius. Ratio est, quia vel hoc iuramentum fuit absolutum vel sub conditione primum altera cedat huic suo vel sub alia simili, ut hic supponimus non fuisse ullam conditionem, quia loquimur de iuramento illicito: illud autem sub conditione est licitum. Ergo cum fuit absolutum, ergo quia illicitum non validum etiam erit. Confirmatur haec resolutio ex regula iuris 18 in 2º vbi sic habetur, Non firmatur tractu temporis quod ab initio non subsistit, hoc autem iuramentum ab initio non subsistebat, id est non

erat validum

erat validum, ergo neque tunc erit validum quando creditor consentiret in æquinotiam. Idem consel Panor: Vnde ex Capite quidam de conuersione coniugatorum, ex Capite cet colligit promissionem factam tempore inhabili, quia nulla est non connalescere tempore ab Vt si quis habens votum Castitatis promisit Sponsalia, licet postea dispensationem obtinu non obligatur sponsalibus, quia nulla à principio fuerunt Ergo idem est in præsenti ar difficultate. Si quis tamen voluerit sequi contrariam sententiam in hoc quæsito habet prose Nauar: Cap 12 Num 89. & Couarr: in 4°. prima parte Cap 4 § 1° num 10 rationes in contrarium à nobis factæ soluendæ erunt.

Promissio facta tempore inhabili, alio non conualescit.

DVBITATIO 5ta. Quæ sit obligatio iuramenti spectando personas

Quas personas obligat iuramentum.

Quæ in vniuersum personæ concurrunt in iuramento, quæ iurat, & cui iuratur, hi cum sui scribus tantum acquirit obligationem, ius aliquale ad rem ratione illius. Jam vera dif tas est de persona quæ iurat, vtrum illa ipsa obligetur tantum, an etiam alij pro eam? dan ces autem possunt esse qui ratione iuramenti obligari, aut non obligari videntur, Pro des, & illi quorum iurans est procurator.

Prima Conclusio. Ille qui iurat in se & prose certum est quod obligetur dum modo ad ea quæ diximus. Conclusio hæc est omnino certa.

Iuramentum per procurato rem sine per scripturam fa dum obligat principalē

Secunda Conclusio Potest iuramentum præstari etiam per Procuratorem, obligat non Procuratorem sed eum cuius nomine factum est. Desumitur hæc doctrina in Cap. Ver distin 63. Et in Capite Optatum distin 100 Vbi æquiparantur, iuramentum per scrip missum & propria subscriptione munitum, & præstitum per procuratorem. Et in Capi tuente 14 quæst 4. qua de re regula iuris est 68 in 6 potest quis per alium quod p facere per se ipsum. Ad hoc tamen necessarium esse monent autores, vt per expr suum iuramentum mandetur procuratori, alias si tantum Procuratori mandatum fu contractum faceret vel componeret litem, & non detur specialis commissio de iurand to vt iuret, tunc si Procurator iurauit vt contractum confirmaret, contractus dus est, at alter non teneretur iuramento, quia Procurator excessit potestatem, nitq; non consentiente principali, cuius requiritur consensus.

Iuramentum per procura torem quomodo debet esse.

Dices Quid si mittens procuratorem reuocet consensum? Nudes aut reuocatio pro

Si principalis reuocat mis sio procuratore iuramentu nullum in foro conscientiæ

ad Procurato

ad Procuratorem ante quam iuret, & tunc ipse nihilominus iuret, iuramentum nullum
quia de eo consensus, sicut etiam fit vt Matrimonium per Procuratorem: aut renocationi Matrimonium per procu-
secutum fuerit, sed postmodum, tunc in foro fori ligat id est habetur pro valida ratorem Validum.
firma, at coram Deo & in conscientia non: illius ratio est quia forum fori exteriora ap-
probat: huius vero ratio est quia vere defuit consensus, neq; manet vinculum in foro interiori
principali. Sicut enim verba ab aliquo prolata si fiant absque intentione iurandi non ob-
ligant ex vi iuramenti, Ergo & multo minus per alium prolata sine consensu. Si tamen
dominus qui renocauerit consensum postea ratum habeat iuramentum per Procuratorem
post renocationem factum, extunc quia censebitur iurasse cum præbuerit consensum
extunc fecerit suum, quod apparenter tantum, & ex tunc suo nomine factum fuerat
obligabit iuxta regulas iuris quæ 10, 16 de vari habitione & mandato,

Tertia Conclusio. Quando collegium vel Capitulum iurat, vt Collegium obliget Iuramentum à communitate
fuit necesse est vt iurent singuli etiam si non omnes voluit consentire & iurare, ac contradi- cum consensu etiam per vnu
cunt, dummodo maior numerus conueniat, validum erit iuramentum vtq; verum est factum, omnes obligat
nisi vellint ab vno nomine suo iuramentum fieri, & tunc omnes obligabuntur iuramen-
to qui consenserint, habetur doctrina in Capite Dilecto de Prebendis, Vbi decreuit
Pontifex non posse Canonicos numerum Canonicorum augere si statutum edixerint
sine iurando fore manserint se nunquam numerum aucturos, Vbi tamen additur si au-
xerint electionem firmam & validam, periuros tamen fieri Canonicos.

Dices Illi qui non iurarunt & contradixerunt sunt ne obligati? Respondeo si omni- Qui ex communitate con-
no non consenserunt & positiue contradixerunt teneri non quidem vi iuramenti sed tradicunt.
ratione pacti aut legis quæ iubet cos parere statutis partis.

Quarta Conclusio. Heredes non obligantur iuramento iurantis ni- Iuramentum alterius
si consenserint, ita D. Thomas quæ 98 art 2 ad 4m & plurimi alij quos citat Suar: non obligat heredem, si non
lib 2 Cap 31 ratio est, quia nemo iurat nisi propria voluntate, est qua personalis consenserit,
actus iuramentum, id est requirens personæ illius voluntatem, siue per se, siue per alium
qua debet obligari. Potest tamen heredem obligare ille qui iurauit ad præstandum Potest obligari hera-
eorum non tam ex vi iuramenti quam potius ex ratione pacti promissionis, quod ratione pacti nō iura-
si promissi. menti

si promissio in valida fuit, etiam obligatio iuramenti, imo omnis cum autore finitur

Quomodo cognoscatur voluntas obligandi se in iurante,

Quares Quomodo ego potero assequi in iurantem voluisse se obligare.

Rndeo Ad vel maxime colligendum esse ex ipsius intentione. Hinc enim quae ad forum scientiae spectat patet quomodo iurans iurare voluerit, sub quibus conditionibus circumstantijs, haec autem intentio aut cognoscitur aperte referente ipso iurante eam seu non aliam, aut certe interpretari debemus eius intentionem ex verbis quibus fit iuramentum & alijs signis, iuramenta enim quae ad forum conferuntur debent explicantur, si praesertim qui iurat sit vir bonus & bona fide agat, ita habetur Capite humanae aures 22 quaest. 5. Et quia in primo verba iuranti accipienda sunt

Iuramentum in multis casibus sequitur naturam actus.

ta naturam & conditionem actus seu contractus qui iuramento firmatur, qui iurat sponsalia intelligetur iurare si sponsa non fornicetur, haec enim est conditio salvanda, si enim fornicetur non obligabitur sponsus iuramento, & hoc de causa iuramentum, nam loquendo de obligatione aliquando iuramentum non sequitur naturam actus, potest enim iuramentum actus alias in validum facere validum.

Obligatio iuramenti quomodo interpretetur

Secundo Obligatio iuramenti stricte est interpretanda id est quam minima data tui obligatio si non constet certo, sed sumetur iuramentum ex interpretatione, ita cent Panor: in Capite cum Clerici & in Capite Clericus Sylue: Ange: & plures

Si est dubium circa iuramentum.

Tertio Si dubium est an aliquis iuraverit & quidem ita ut non posset probabiliter ferri, an emissum sit iuramentum (vocatur haec dubium negativum) tunc iuramentum non obligat ita Suar: lib 2 Cap 37 & idem tenet Soto, Medina & alij in Matth de voto & de censuris eadem enim horum videtur ratio.

Si per verba ambigua

Quarto Quando scitur iurasse aliquem sed per verba ambigua dubium quae est tentione iurantis, etiam iuramentum non obligare tenet idem cum Caiet: 22 quaest art 7°, in dubijs enim melior est interpretatio facienda. Neque in talibus Casibus aestimatur pars tutior quia haec est tutissima & certa, & secundum rectam rationem & interpretationem potest dici tutior quia magis periculum animarum incurreretur si tot bonis in Casibus dubijs eis miscerentur.

Dubium circa intentionem iurandi.

Quinto Quod si tantum dubium est de intentione iurandi an vel de eo intenderit iurare tum iuramentum censendum est obligare, ita Syl: verbo iuramentum 4 quaest

Presumendo:

Præsumendum enim est Iusse vere factum, tum quia hoc spectat ad reverentiam Deo debitam, tum quia non est præsumendum peccatum vbi de illo non constat. Et hoc quidem sine præiudicio tertij.

Sexto. Si tantum est dubium an impleverit iuramentum tunc faciendum est ut tolatur dubium formando probabilem constantiam quod sit impletum, quod si non potest formari manet obligatio implendi, neque tunc habet locum interpretatio favorabilis quia sensus obligationis iuramenti certa esse supponitur. Dubium an impleverit iuramentum.

Septimo Si tam dubium sit an fuerit derelicta an illicita factum, & positis omnibus præcepto impleri, tunc interpretatio est facienda quod sit factum derelictum ob dictam causam quinto. Quod si tam dubia sit materia iuramenti ut in illo sensu certa vel saltem probabilis sit posse iuramentum licite impleri, tunc non obligat, quia non debet impleri cum periculo faciendi aliquid illicitum. Dubium an derelicta.

DVBITATIO Vtra An iuramentum semper obliget, quando interiit eius obligatio, & quam diu duret? Obligatio Iuramenti.

Prima Conclusio. Positis omnibus conditionibus & requisitis ad iuramentum semper obligat. Hæc conclusio indubitata est, positaque est ad explicandas adhuc aliquas iuramentales conditiones, ad hoc ut iuramentum obligatorium sit, Certum enim est apud doctores in omni quantumuis absolute factum sit includi quasdam conditiones. Duplices communiter sentiunt, alia sunt generales & communes omni iuramento, alia particulares. Generalium prima est si potuero, nemo enim obligatur ad impossibile. Secunda Si licite potuero, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis. Tertia Nisi prælatus habens auctoritatem aliter disposuerit, intelligatur ex rationabili causa, & iuste utenda sua facultate. Quarta Si placuerit ei cui iuratur, vel si non remiserit, nam saltem virtualis acceptatio iuramenti requiritur. Quinta Si res non fuerunt notabiliter mutatæ, videtur contineri in prima. Conditiones iuramenti duplices, generales & communes. Generales sex. 1ª 2ª 3ª 4ª 5ª

Notat D. Tho: Quæst: 98. art 7° in corpore, posse esse iuramentum à principio cum dispositione factum & obligare, postea vero per notam mutationem fieri impossibilem implementum illius, & ideo non obligare. Sexta Saluo iure superiorum, videtur con- 6ª

tinere in se-

tineri in secunda differt à tertia, ibi enim tangitur dispensatio superioris, hic vero de-
um superioris intelligitur quod ipse habet in subditum eiusque acciones, potest enim fa-
aliquid promittere quod deroget iuris superioris: in cludit hâc conditio boni com-
et ius tertij. Jam particulares condiciones sunt illæ, quæ in singulis iuramentis
conditionem variarum Materiarum super quibus iuratur reperiuntur, et ex no-
rei meludunter. Vt si iuramentum fiat contractu reciproco aut muto, habeant
conditiones dum modo stet contractui, & sumam obligationem adimpleat. &c.

Particulares condiciones

Iuramenti absoluti et condicionati quando incipit obligatio

Secunda Conclusio. Iuramentum absolutum statim ac fit incipit ob-
re, Conditionatum vero quale est illud dabo Eleëmosinam si navis Giedano re-
tunc incipit obligare quando impletur conditio, defruntur in Capite peruen
re iurando, & hoc intellige de actu promisso, nam etiam ante impletam condi-
obligat iuramentum ad quandam animi præparationem implendi, & non resiligien-
à contractu Verbi causa iurato, vnde si quis post quam iuraúit ducturum
Margaretam si pater redeuns Gugano consenserit, ducat vero ante aduentum
liam, periurus erit, quod si iuramentum sit tempori aligatum obligat tunc quo
illud tempus incipit.

Iuramentum tempori aligatum quomodo obligat.

Tertia Conclusio. Obligatio iuramenti si non dispensetur cessat vel
trionem, vel tali aut tali tempore elapso in non nullis, vel etiam ex mutatione rerum
ferente sub intellectum conditionem necessariam. Hæc Conclusio communis est, nec habet
vllam difficultatem. An autem etiam elapso tempore iuramenti ducat inhibitam
obligatio infra cum De voto agemus.

Obligatio iuramenti quomodo tollitur.

QVÆSTIO VI.

De iuramenti irritatione.

Relaxatio seu irritatio iuramenti.

Quando iuramentum nec per se cessat nec impletur quomodo cunq; tunc multip-
ter potest relaxari seu irritari, aut per cõmutationem, aut per condonationem,
per dispen-

per dispensationem siue relaxationem. Loquimur autem de iuramento licito et obligatorio nam illicitum & nullum relaxationem non indiget, sed propria autoritate contra illud iri potest. Hic tantum agemus de cõmutatione, condonatione, et relaxatione iuramenti, nam dispensatio eiusdem pertinet ad materiam de voto, fit enim dispensatio in ipsis iuramentis per modum voti soli Deo fiunt.

Iuramentum illicitum nõ indiget dispensationem.

DVBITATIO 1ª. Vtrum cõmutatio possit irritari iuramentũ.

Cõmutatio fieri potest (in iuramento promissorio, de hoc enim potissimum agimus in hac et sequenti dubitatione) vel consentiente parte cui fit iuramentum, vel nihil curante sed libere ab eo qui iurat.

Cõmutatio iuramento promissorio quomodo fit.

Prima Conclusio. Non cessat obligatio iuramenti si quis sua voluntate faciat mutationem, vel id quod et faciat illud impleri per aliquid æquivalens si fiat cõsensu eius cui fit. Ita Panor: & Canonistæ in Capite Ad audientiam, & in Cap. Veniens. & alibi. Sylue: verbo iuramentum 4. quæs 20 & 21. Et in 5ª quæs 6. Ratio est quia cuicunq iuramenti obligamur facere verum quod iuratum est, atqui iurauit colere agrum alterius non facit verum si tantum solvat pecuniam, & redimat laborem, vel si laboret per alium, & iurauit se laboraturum per se. Confirmatur. Quia in tali iuramento includitur illa conditio si non remiserit, vel nisi aliter fieri voluerit. Ergo si cõmutatio hæc ipso inuito et non consentiente fiat non habet robur illa conditio. Ergo &c.

Propria autoritate cõmutatio non tollit obligationem.

Secunda Conclusio. Hæc consensus tamen partis fieri potest hæc cõmutatio, et iuramentum non obligat de re priori factum, id quæ sue fiat melius, siue æquivalens siue in minus, dummodo ut dixi pars in hac consentiat. Communis est doctrina omnium quia hic fit satis illi conditioni, si voluerit creditor.

Consentiente parte potest fieri cõmutatio.

Tertia Conclusio. Si autem subsit legitima causa potest etiam non consentiente parte fieri cõmutatio in æquivalens autoritate superioris. Probatur exc

Legitima causa non indiget consensum partis.

quia etiam re:

quia etiam relaxatio ac dispensatio hoc modo fieri potest ergo et cõmutatio, pero hac Conclusione infra.

Obiectio 1ª
De commutatione per æquivalens.

Obiicies 1º Iuramentum sequitur naturam contractus cui adiungitur sed promissio humana suffic[i]enter impletur per æquivalens ut ex multis legibus co Ergo etiam potest fieri consensu partis ab eo qui iurat fieri hæc cõmutatio, & dispe per æquivalens. **Rndeo** Falsa est minor propositio loquendo de foro conscientiæ Canonico, quidquid sit de iure et lege aliqua Ciuili.

Obiectio 2ª
De compensatione iura:

Obiicies 2do. Compensatio est quædam solutio per æquivalens, compensatio iuramenti licita est, et valida etiam sine consensu partis, et absque dispe tione superioris, vt habetur in Capite ex parte de Clericis. Et Ratio est. quia si pro tibi sub iuramento 10 florenos, et tu mihi debes totidem, quando hos remitto liber à iuramento impleo q[uo]d promissionem iuratam, Ergo etiam licita et valida erit so ac cõmutatio per æquivalens. **Rndeo** Si quis iurauit aliquid soluere nulla ta mentione compensationis, non posse ut liber sit à iuramento compensare, hoc enim e contra veritatem iuramenti quod etiam licite impleri potest. Si enim quis iurauit intentione reseruandi sibi potestatem compensandi vel remittendi similè debitum, potest compensare vel remittere similè debitum, ut ipse sit liber à iuramento, etiam si iura nihil expresserit præter formalem promissionem. Ratio est quia iurans in his Capitib non intendet at præcisam solutionem, sed extendendo illam vel ad compensationem ad remissionem æqualis debiti. Si denique iuret simpliciter promittendo tantum t niam verbi causa, nihil de reali traditione vel compensatione cogitans, potest tale c entia iuramentum soluere re compensationem faciendo, sed tunc (præmittendum prius bro) quando in eadem specie res debita ac promissa fieri potest, & raeonabilis causa terecedit ac debitum liquidum est, verba enim interpretanda sunt in sensu comodo u & absit turpitudo, sit q[ue] consentaneum rebus. Id quod dico in hoc tertio membro Ad compensationem necessaria est æqualitas rerum promissarum vel in specie, vel in quantitate.

Intentio iuratis attendenda.

Igenter est notandum, ne præcurrat conclusioni primæ, vbi enim absolute est dictum ta non licere id nisi adsint hæ conditiones.

Dixi autem debere esse

in eadem spe-

in eadem specie cum promissa, quod dupliciter intelligatur, Aut simpliciter, ut si promisi pecuniam, et alter debet pecuniam, salvo iuramento remittendo illi debitum, Aut materialiter, si sint res quæ inter se functionem recipiunt, id est quia una potest fungi vice alterius, quales esse censentur quæ in numero, pondere, et mensura consistunt, verbi causa promisi alicui decem amreos, et ipse debet mihi triticum vel oleum, quod non esset in casu licitum, si ego promisi equum, et tu debes pecuniam, hæc enim non recipiunt functionem, sicut si promisi equum non possum cogere ut accipiat pecuniam cui promisi equum. Dixi rationabilem causam debere sub esse qualis verbi causa esset compensio, iuramus tamen remittendo mihi rem debitam, quia tunc tacituram rei debitæ.

DVBITATIO 24a. *An obligatio iuramenti tollatur per condonationem factam ab eo cui fit iuramentum.*

De condonatione iuramenti.

Nota duplicis hic posse haberi rationem iuramenti, et illius quod fit homini aliquid ipsi remittendo, et illius quod Deo quidem fit, in utilitatem tamen hominis alicuius cedit eumque quodam modo respicit.

Duplex ratio iuramenti

Prima Conclusio Irritatur et annulatur iuramentum factum homini, si is cui iuramentum fit condonet, sive expresse sive tacita Est communis. **Probatur** quia tale iuramentum intrinsece includit conditionem si alter cui fit promissio fuerit contentus aut non remiserit, at hic remittit ergo &c. **Exemplum** tacitæ condonationis dari filiæ accepta dote cum iuramento renunciarunt bonis paternis, et postea intestato instituitur à parente heres, liberata est tacite à iuramento, condonanti, ei patri, atq; ita licite accipiet hereditatem.

Iuramen potest annulari ab eo cui fit dupliciter.

Secunda Conclusio Quod si iuramentum fiat de re aliqua intuitu Dei cum aliquo tamen respectu ad hominem, tunc in aliquibus casibus solvitur iuramentum coram homine, in aliquibus non solvitur. Solvitur si licet promissio iurata Deo principaliter sit propter honorem eius et propter Deum, actus tamen promissus omnino cadit in utilitatem hominis et beneficium eius est, verbi causa iurat quis dare se centum florenos pauperi Petro ut sic placeat Deo eumq; honoret, si Petrus nolit accipere iu-

Juram. intuitu Dei facti non semper tollitur condonante homine.

ramentum non li-

ramentum non ligat. Simile est in moralibus, iuraui Petro velle me dare eius filiam, si filia nolit non teneor iuramento etiam si Petro iurauerim et non filiæ.

Non solvitur vero iuramentum si licet fiat ingratiam hominis, non tamen ita utilli fit bonum vel obligatio, sed Deo et in honorem eius, quamuis fiat ad complacendum homini ergo non potest condonari ab homine, verbi causa promisit quis Petro ingressurus religionem, vel facturum aliquod opus etiam si Petrus remittat & condonet, iuramentum non solvitur nisi forte ea conditione facta fuerit si videbitur Petro et ei placuerit facere.

Qui coegit aliquem adiurandum, debet etiam ille cogi ad condonandum

Tertia Conclusio Et qui iurauit licet petere ab altero ut sibi condonet iuramentum, nisi iurauerit se non petere dum modo illa petitio non transeat in iniustam Est Communis. Illud hic notant autores si mulier, vi, dolo, qui coegerunt virum ut sibi aliquid iuramento promitteret posse iudicem Ecclesiasticum cogere ad condonandum, illa enim coactio tenderet ut ille à peccato excaet ad quod pertinet ad iudicem Ecclesiasticum ex Officio ipsius, imo et ad solam petitionem eius qui iuravit test hoc facere iudex : posset hoc idem facere et laicus iudex quando est res mere laicas, et materia etiam promissionis mere laica ac temporalis Docet Sotus de iureiurando Covar: in Cap Gramuis 2 parte §3 num 2. Mol: disp

Iuramentum soli hominis factum tollitur per tacitam condonationem

Quarta conclusio Si iuramentum promissorium factum fuit sine respectu ad Deum, vel aliquod opus pietatis sufficit tacita condonatio, et negando tollendo solam obligationem, et relinquendo alterum liberum ut non det, quamuis qui sic remisit, non invitus acciperet donum si daretur : Quod si fecit cum respectu ad Deum aliquid est iuratum, opus est ut postea remittat, et restituat intentioni nolendo plane accipere, verum enim tunc adhuc manet conditio illa intrinseca si vellit accipere beneficium . Et licet hic videatur quoque tollere iniuria, et fidelitatis orta ex promissione, tamen obligatio iuramenti, quatenus respicit Deum respectu eius orta est illa obligatio dandi donum, manet, quod non primo casu, quia ubi respectu hominis et homini factum est iuramentum.

Quinta Conclu:

Quinta Conclusio Quando iuramentum fit absolute in proprium comodum quidam dicunt posse ab eo ipso qui iurat condonari, probabilius tamen est non posse ab eo ipso, Conare: in Capite Quamuis, et Suar hic, licet enim possit cedere iuri suo et sua comoditati firmata iuramento, aut in iuramento hoc non habet locum, quia veritas requirit ut si consensum proprium adhibuit cùm iuravit, quod supponimus quia necessarius fuit eumque iuramento fixit, requirit magnam veritas ut ipse quam diu ipso est non mutet, hoc enim virtute quasi promissionem illam consensum non mutandi inclusit.

Iuramentum in proprium comodum factum, non tollitur per condonationem.

Quæres Si duo sibi aliquid mutuo iurent, possunt ne sibi in vicem remittere?

Iuramentum duorum quomodo tollitur per veram condonationem quomodo non?

Respondeo Varys modis posse hoc iuramentum fieri. Primo per modum promissionis in mutuam vtilitatem siue temporalem, siue Spiritualem, et tunc possunt sibi condonare, sicut potest unus cui tantum fieret, dummodo Spiritualis imo vtraq; principaliter ab vtroq; fieret respectu alterius. Secundo. Non conferendo sibi aliquam vtilitatem aut favorem per quod iuramentum, sed solum ad iuturtur Dei, pietatis, et similium iurent, non possunt remittere, verbi causa iurent duo ingredi religionem &c dum modo non sint conditionata, faciam si ceteris, tunc enim condonari non possunt iuramenta si non concernunt vtilitatem propriam, quamuis in hoc secundo casu neutrum obligabit dum alter incipiat, secus in illis quæ non sunt conditionata, ita Sylue: Angel: verbo iuramentum 6 Numero 2. Tertio. Possunt duo ex pietate ut vnus præcipue intendat ex pietate ut propter Deum alteri subueniat: alius vero solum intendat humanum contractum facere, verbi causa duo sponsalia contrahunt, vnus qui est dives promittit illa cum iuramento pauperi ex pietate, pauper vero etiam iuret id eam, tunc pauper si ita remittat ut nollit omnino Matrimonium perficere, tam iuramentum solvitur diuitis, quod si tantum remittat obligationem, vellet tamen si fieri potest perfici matrimonium, tunc iuxta dicta non solvitur.

DVBITATIO 3tia An et quomodo et a quo relaxari potest iuramentum promissorium homini factum?

Relaxatio iuramenti quomodo, et à quo fit.

Relaxare iuramentum non aliud est quam facere ut illud robur suum non habeat, nec ligetenus qui eo ligatus erat, et quoniam etiam per irritationem dissolvitur iuramenti vinculum

fit ut irrita:

fit ut irritare sit etiam quodam relaxare, et quia loquimur de iuramento obligante et hoc cum duplex sit alterum ex utraque parte tum respectu iuranti tum respectu exigentis, alterum tantum ex parte iurantis, habent ex parte alterius turpitudinem, dentur ergo dicendum sit.

Iuramenti duplex.

Prima Conclusio. Iuramentum prioris generis si conferatur altera regulariter loquendo non potest relaxari sine consensu partis, licet posset ratione boni communis. Primi est, quia ille cui fit iuramentum acquisivit ius quo non potest sine iusta causa privari. Dixi si conferatur alteri, quia si constet promissionem non esse factam homini vel non esse acceptatam, vel si facta est in absentia vel illam ignorat tunc in rigore fieri potest relaxatio iuramenti sine consensu creditoris, quia revera huic non est creditor, sed aliter tantum consideratur eius utilitas, quae in rigore non potest impedire relaxationem. Licet illud verum sit prudentis esse, ut si iuramentum sit factum sine turpitudine eius cui fit, ius utilitatem cedit, non facile relaxetur. Illud hic notandum tantum est etiam in hoc casu relaxationem ab eo tantum posse fieri qui independenter habet facultatem relaxandi non vero ab eo qui habet delegatam, et sine praeiudicio tertij concessam.

Iuramentum non potest relaxari sine consensu eius, cui est factum

Relaxandi potestas duplex.

Dixi regulariter loquendo, quia potest dari casus aliquis quo potest relaxari etiam sine consensu, quando nimirum superior potest subditum iuste privare iure suo, quando hoc non licite fieret nisi ob commune bonum, propter quod potest privata persona privari iure suo privato. Et hinc probata est secunda pars conclusionis.

Cui non consentiendo pacte potest relaxari

Secunda Conclusio. Quando iuramentum est licitum ex parte iurantis turpitudinem autem habet ex parte exigentis, potest relaxari in paenam et odium exactionis; haec doctrina habetur in Capite Abbas, et in Capite Si verum, varij autem sunt huius conclusionis Casus, vel enim committitur iniusta exactio vel extorsio pecuniae dolum, vel iurantis. Vel cum in usuria foeneratoria, bonique communis exigitur, vel aliquod grave damnum reperitur in exigente, quo merito hac ratione ab habente in eum, in materiam iuramenti iurisdictionem potestatem ac dominium fieri possit ad quem ferat ad iniurias vindicandas.

Iuram. habens turpitudinem ex parte exigentis potest relaxari.

Tertia Conclu.

Tertia Conclusio Hæc relaxatio fit vel quia subtrahitur materia iuramenti, si non fi- Relaxatio iuramenti quare fit.
mpotestate eius qui eam iuramento firmauit vt si vxor iuret se daturam de rebus mariti, filius
ero &c. vel prædando eum cui iuramentum fit iure suo, & dando debitori, vel imperando ut non
ffet quod iurauit, vel etiam soluendo pro altero, id quod cum iuramento promissum est.

Quarta Conclusio Relaxatio hæc iuramenti fieri debet à superiore habente po- A quo fieri debet relaxatio Iuramenti
statem vel circa materiam et personam iurantem, vel circa personam tantum cui fit iuramen-
um. Est communis. Et ita inprimis talis superior est Summus Pontifex, alter Episcopus circa su-
ita communiter iuristæ. Inferiores item pastores habentes Episcopalem iurisdictionem,
fessarij denique qui per Bullam aut priuilegia eam habent potestatem. Illud monendum est, Potestas relaxandi delegata debet per ex
et hoc per expressum ponatur, nam licet aliqui habeant super voto potestatem ex concessione pressum poni in priuilegio.
ssed societatis Confessarij, non tamen habebunt ni iuramenta nisi hic expressa ponatur. In-
les superiores nuncupantur et seculares iudices, quando promissio est pure ad alterum hom- Superiores seculares possunt relaxamenta velaxare suorum.
em, patres etiam respectu filiorum in bonis adparentes pertinentibus: Mariti respectu vxo-
um. Domini similiter respectu subditorum. Tutores respectu impuberum, sed de his pluri-
us in materia de voto.

Quares Quod si huius illorum esset non subditus alicui prælato vel domino, potestne Iuramentum subditi à non subdito.
ratione huius subditi hæc relaxatio fieri? Rndeo Certum est si iuramentum fiat sub
ditur à non subdito posse, imo et subditi factum non subdito, quia hic indirecte subditur
ctestati alterius propter iniuriam subditi illatam, potest eximere defensionis imi
am subditi à non subdito repellere, & hoc in foro conscientiæ.

QVÆSTIO .VII.

De præceptis et vitiis ad iuramentum pertinentibus ac formulis iurandi.

Diximus supra præceptum hoc secundum sint et alia similia, et negativum et affirmativum
est. quare et præcepta ad iuramentum pertinentia quod ad secundum pertinet præcep- Præcepta ad iuramentu pertinentia duplicia.
tum, duplicia. Illa affirmativa alia negativa, & consequenter vitia ac peccata in hac

materia occur-

materia occurentia, duplicia sunt, alia contra affirmativa, alia contra negativa pr
Et hæc vitia concernunt illum qui iurat vel non iurat, aut eum cui iuratur, aut
qui iuramentum quasi in sua manu habent; illud imperando aut vetitando. Singulis

DVBITATIO. 1. An detur præceptum affirmativum iuramenti.

An aliquando præcipiatur Iuramentum.

Id quod quærimus est, an detur aliquod præceptum quod iuramentum imperet, vel ta
get hominem aliquando ad iurandum. Potest quæri tam de præcepto quod ipsum
præcipiat; tam de eo quod formam, speciem ac modum quandoquidem hoc a negativa
us refertur quo prohibetur ut non iuretur male. Vocatur præceptum conditionatum

Natura præcepti affirmativi de iuramento

Prima Conclusio. De actu iurandi datur præceptum affirmativum, sed co
ditionatum, continetur in variis locis scripturæ. Deut 6 Dnum Deum tuum timebis, et il
li soli servies, ac per nomen illius iurabis. Vbi advertunt interpretes non intendi
Deum imperare suo populo obligationem aut necessitatem iurandi, sed solum præ
ut si iuraret per se suum, & nomen id faceret, non per falsos deos.

Obligatio ad iurandum unde proveniat

Secunda Conclusio. Obligatio ad iurandum potest provenire tu
humano præcepto vel ex sola naturali lege. Prima pars patet experientia, imponu
enim iuramenta et ab hominibus et a legibus tum Ecclesiasticis tum civilibus pr
buntur. Secundam partem docet Soto lib 2 de iustitia art 2. et 4. Navar
art 2. Vbi dicunt affirmativum præceptum iurandi in necessitate esse naturale
carere enim posset necessitas ad salvandam vitam inter prodimo, vel ad salvand
dum alicui in vita periculo existenti. Ergo tunc etiam si neque ullus homo, neque lex
humana præciperet ipsa certe ratio obligabit ad iurandum. Et qui omittit iura
tum sine immediate sine ex præcepto impositum peccat. Quale autem hoc sit præce
tum id est utrum contra veritatem religionis, an contra sit obedientiam, sive vir
am sive Caritatem Scholastici Speculativi Theologi disputandum relinquo. Ce
censent iuramentum esse actum religionis quo ad substantiam, dicunt esse contra
ligionem et Sacrilegium? qui vero tantum quo ad specificationem pertinere con
nti ego sentio cum Suario, non erit directe contra religionem, quia non præcip

Omittere iuramentum in necessitate peccatū

iuramenti

iuramentum proprie contra cultum Dei, sed aut ad veritatem cognoscendam aut confirmandam tantum. Ergo hunc actum dirigit religio non imperat obligatq; ad modum iurandi seu specificationem eius, vnde tantum actus in quantum peccant contra modum & specificationem erunt contra religionem vt dicemus.

DVBITATIO 2da An detur præceptum negatiuum de iuramento, et quæ ad qualia vitia in eo qui iurat in venire et accidere possint?

Prima Conclusio. Certum est dari præceptum negatiuum prohibens iurare cum defectu conditionum quæ ad bonum et licitum iuramentum præscribuntur et est illud. Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. Hæc conclusio constat ex dictis est que hoc præceptum diuinum et naturale. Prohibitio Iuramenti

Secunda Conclusio. Peccatum in materia iuramenti potissimum est periurium, cum quis aut falsum iurat, aut iurat cum defectu alicuius conditionis requisitæ. Quod vt intelligas Nota Periurium dupliciter ab autoribus intelligi, et committi posse. Primo latissime sumunt periurium pro omni incauto, temerario iuramento, et deficiente in aliqua conditione requisita, siue illa sit veritas cui opponitur falsitas, siue sit iustitia cui opponitur iniustitia, siue iudicium et necessitas cui opponitur vanitas, seu otiositas, et sic tripliciter opponitur periurium, falsum, iniustum, vanum. Secundo. Sumitur periurium stricte pro iuramento falso et incauto confirmatur iuramento, quod potissimum in iuramento assertorio nunc potest quamuis et in promissorio possit esse quatenus et hoc dici esse aliqua ex parte assertorium, et hoc modo proprie periurium intelligunt autores, cum de eo eius que materia loquuntur, cum ei nempe veritas de est: hæc autem veritas tam iuramenti assertorij, quam etiam promissorio vt promissorium est debita, accipi debet iuxta dicta supra. Atque ex his habemus de periurio magis proprie et magis stricte loqui debimus duplex erit, aliud cui sub est falsitas, aliud cui sub est infidelitas, quando id quod cum iuramento promittitur non impletur. Periurium dupliciter committitur

Tertia Conclusio Periurium cum falsitate etiam in materia leui est ex suo genere peccatum mortale, et valde graue etiam si sit de mendacio leuissimo, da D. Thomas quæ 98 art 3 ad 2 & communiter Theologi, cum dicunt periurium de liberatum semper esse mortale peccatu Periurium cum falsitate etiam in materia leui peccatū graue

solum q. pos

solumq; posse fieri veniale si per surreptionem et inaduertentiam accidat Ratio est q
mtali iuramento derogatur Deo primaq; veritati si intestem mendacij adducatur cham
uini. Hinc patet peccatum esse mortale iurare mendatum et rem falsam, etiam si fiat
ad defendendum innocentem, siue probonos priuato, siue pro communi, siue grauissima ma
te urgenti, siue ex malicia. Et hoc verum est etiam si non constet de certitudine et fal
ut certum iuretur, idque iuramentum siue fiat verbis claris & non amphibologicis,
etiam amphibologicis si eis protunc uti non liceat. Dices Quid si dubium sit an sit
licitum mentiri officiose? Rndeo Posse aliquando hoc occurrere verbi causa ego mentiendo
seruare possem vitam illius quam teneor seruare, et dubito an sit tum obligatio menti officio
se proseruanda vita hominis illius, et tunc considerandum est utrum eorum esset grauius
si utrumq; procederet ex scientia an permittere mortem hominis quem teneor seruare, a
mentiri officiose, et quia manifestum illud prius esse grauius quia mortale, quam secund
quia veniale. Fit ut teneatur quis mentiri si non potest tollere dubium, quia de duob
malis minus est eligendum, quando res est dubia, ita habetur in Capite Duo, distinc: 13
fit Graphius ubi etiam Solum citat et affert plura exempla.

Iurare mendaciter etiã in grauissima necessitate illicitum est

An quis dubitat an sit licitum mentiri officiose propter vilitatem proximi

Quarta Conclusio Qui iurat aliquid verum esse putans esse falsum, si
per peccat mortaliter, esse contingat rem ipse esse veram, et licet ille per exactam negligen
tiam putauerit esse falsum. Est communis doctrina & ratio est quia contra mentem suam
liter loquitur falsum ergo iurat. Quando vero aliquid in re falsum est, iurator tamen
ut verum quia tale esse existimatur, tunc si existimatio fuit cum sufficienti aduertentia, e
probabili existimatione veritatis: non est peccatum mortale, imo aliquando nullum. Ratio
est quia veritas et falsitas iuramenti attenditur ex conscientia et mente iuranris ut ha
bet D Thom: qui etiam sentit id esse verum quod diximus in secunda parte conclusionis, etiam
si quis habeat consuetudinem iurandi in caute licet illa consuetudo iurandi sit peccaminosa
idem tenet etiam Sylue: verbo iuramentum 2 quæst. 6.

Iurare contra conscientiam peccatum mortale

Quinta Conclusio. Quando vero iuramento adest veritas sufficienter
cogitata et cognita, de esque sola vel necessitas vel utilitas vel sola iusticia, imo etiam si

Iurare verum, et absq; necessitate illicitum

trunq; deest

tramq; desit dummodo sit veritas, nunquam inclinduc est peccatum mortale, si absit contemptus licet sit de iustitia exercem stanciis etiam possit esse mortale, si iniuriam tertij aut scandalum &c Est doctrina communis. Tantum ergo ex parvitate materiæ est peccatum veniale, quia est contra diuinam auctoritatem.

Sexta Conclusio.

Non implere promissorium iuramentum quo ad omnia obligans (iuxta dicta siue absolute siue proeo tempore progno obligationem induebat, quomodocunque fit factum, dummodo sit vere obligatorium) est peccatum mortale, nisi aliquid interueniat tollens obligationem. Huius conclusionis veritas patet ex dictis de obligatione iurandi. Dixi esse mortale nisi excuset materia leuis ita communiter sentiunt et intelligunt autores, et reuera durum videtur irretiri matres peccato mortali iurantes infantibus pomum quod tamen non arguuntur.

Non implere promissionem iuramentum quo ad omnia peccatum mortale

Septima Conclusio.

Iurare item exterius sine intentione iurandi ex se genere est peccatum mortale, sicut et iurare cum intentione iurandi et non seruandi seu falsum quod iuratum est, toq; in quacunque materia Est doctrina communis.

Sine intentione iurandi iurare peccatu mortale

Dices Aliqui maledicere sine animo maledicendi non est peccatum mortale. Praterea tales videtur non iurare sed fingere. Rndeo ad primum, esse disparvatio quia ibi non invocat Deum qui maledicit sed Dæmonem, at in iuramento Deum, et licet etiam in maledicendo qui advocet Deum, invocat tamen ad operandum tantum non ad testimonium, et idcirco in vocetur ad malum proximi minus malum est non ex animo invocare, neq; in eo intercenit grauis iniuria Dei aut proximi. Ad secundum. Verum esse, sed illa fictio est grauis iniuria Dei et perniciosa hominum societatem.

Octaua Conclusio.

Iuramentum promissorium simulatum si ab eq; iniusticia fiat, et exhonesta causa, non est peccatum mortale imo neq; veniale, quod si habeat admixtam iniusticiam poterit esse peccatum grauius aut leuius proratione materiæ. Est doctrina communis, et sequitur excludis de obligatio.

Iuramentum simulatū impromissione exhonesta causa nullum:

Nona Conclusio

Iuramentum promissorium rei incapacis obligationis est peccatum mortale ex genere suo. quamuis potest esse veniale ex leuitate materiæ. Et

Promittere rem incapacem sub iuramento peccatum mortale.

hac conclusio:

hæc conclusio patet ac sequitur ex dictis loco citato. Hinc colligitur primo iuramentum factum de veniali per se esse peccatum veniale, si tamen id quod quis iurauit exercebitur iuramenti peccabit mortaliter. Ratio posterioris est quia facere aliquid mali intuitu iuramenti est attribuere Deo maliciam, atq; ita peccatum est mortale. Colligitur secundo qui iurat peccatum mortale fore fit omissio fue omissio peccat mortaliter, consentiunt in hoc autores licet in assignanda huius rei ratione discordent Vide Suar: lib 3 Cap 19.

Qui iurat peccatum veniale

Qui peccatum mortale

Decima Conclusio. Pœna periurij grauissimæ sunt tam diuinæ quam humanæ et hæ tres Ciuiles tum Canonicæ Deus grauissime comminatur periuris Malachiæ 3° Ego est maledictio quæ egredietur super faciem omnis terræ, et infra veniet ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, et commorabitur in medio domus eius et consumet eam cum lignis eius et lapidibus eius.

Pœnæ Periurij

Item pœnæ Ciuiles apud varios variæ erant et sunt. Quoad Canonicas pœnas prima est infamia, et hæc si fit Ciuilis ac indelebilis incurritur per sententiam iudicis, in his tum iuramentis quæ humanæ pacta concernunt, quando illa violantur. Si fit Canonica omnibus periurijs habet locum, et si fit notorium delictum non est necessaria sententia ut ita communiter docent et explicant autores. Canonica tollitur per bonæ mutationem superiori: Ciuilis non sed debet accedere dispensatio superioris et habilitas.

Pœna Canonica et Ciuilis quando tollitur

Secunda pœna est priuatio beneficij accedente sententia iudicis idq; seclusa impunitate iudicio vel in solemni pacto et promissione. Possunt et aliæ pœnæ periurio imponi vt depositio, suspensio &c. leganture decreta 22. quæst 5ª de his pœnis.

Tertia pœna quia periurus non est inter testes admittendus, id videntur iura loqui de periudicio vel in solemni pacto et promissione.

DVBITATIO 3ta An et quomodo peccant ij qui de iuramentis alior disponunt.

Qui de iuramentis aliorum disponunt.

Dupliciter sunt qui de iuramentis disponunt alienum, alij qui imponunt et decernunt iuramenta, fue sunt iudices superiores quibus id exercitio incumbit, fue ij in quorum commodum fit: Alij qui dispensant et relaxant iuramenta.

Prima Conclusio Inducere aliquem ad iurandum modo in delicto

nempe fine ne-

tempore sine veritate iuret est peccatum mortale, vt vero sine necessitate aut iustitia veniale. ratione materiæ. Probatur quia inducere aliquem ad peccatum non licet, sed iurare sine perjurio et absque necessitate est peccatum vt diximus Ergo ad illud inducere nõ licet. Tota hæc decidere posset vt iuramentum fecisti non se non sit necessarium, et tamen quod præter exactionem licet, id est iurans non peccet iurando peccabit tamen ille qui induxit eum. Peccatum in iuramento ex parte exigentis

est, mihi simpliciter affirmanti non credatur, et ideo cogor iurare: quia expedit mihi vt iure aequitatis mihi credatur. Ergo non pecco, ille saltem venialiter, si faciat secundum præceptum etiam mortaliter peccabit.

Quæres 1°. Si quis induceret animum ad asserendum cum iuramento quod scit non ita esse: vel ad negandum quod scit ita esse, peccabitne? Rndeo peccabit, quia ad peccatum cognitum induxit. Inducere aliquem ad asserendum cum falsa ex vera peccatum mortale.

Quæres 2do Quid si petatur ab aliquo iuramentum affirmativum de eo quod ignorat factum esse: vel etiam negativum, quod nescit an sit factum, sine ut iuret determinate verum, vel factum esse aliquid de quo dubius est. Rndeo esse peccatum, in his enim brevitatis falsitas invenitur, hic enim iuratur determinate scire vel nescire aliquid cum non ita sciatur, atque ita mendacium iuratur. Idem dicendum de eo si quis sciens iure falsum esse aliquid, petit tamen iuramentum affirmativum, de veritate rei qui tantum reputat esse verum, nam respectu petentis illa exactio est ad tollendam falsitatem. Et quod ipse malum est, illa vero iurandi ignorantia non excusat.

Quæres 3to Quid si ab illo à quo petitur iuramentum non exigatur determinate vt hoc vel illud iuret, sed absolute ut iuret quod verum est vel prout ipse sentit, an liceat ab ille petere si certo opinor vel præsumo illum iuraturum falsum, etiam si ipse sit iurare verum. Rndeo Placet mihi hac in parte sententia Suar: lib. 3 Cap. 15 Licite iudex exigit à reo iuramentum etiam si sciat illum iurâtu falsum

tam personam publicam vt est index superior: quam primata persona posse tale iuramentum sine peccato exigere, dummodo adsint duæ conditiones altera est vt non petatur ab eo determinate vt iuramentum negativum faciat de ea re quam scimus aliter se habere Altera vt adsit utilitas et necessitas talis iuramenti, aliunde

similis causa,

similis causa, habeatque ius quo merito uti possit, nec illi tencatur cedere. Ratio quia exigendo etiam iuramentum ab eo qui falsum iuraturus est potest quis iure suo et intendere aliquod bonum sibi debitum ad quod uti potest ille iuramento, non ut falsum est. sed ut iuramentum tantum, et patet hoc in iudice exigente iuramentum vel teste, licet præsumat falsum esse iuraturum, nam si exigat secundum ordinem iuris non peccat, quia utitur iure suo et malo alterius ad hoc bonum, ut satisfaciat sibi et suo munere, & parti petenti, ac reipublicæ, debet enim procedere secundum probabilem scientiam vel præsumptionem, alioqui multo maiora mala in reipub: sequerentur. Illud hic monet Navar. Vt in iuramentis promissoriis raro hæc additio adhibeatur iuramenta fiat Et pontifex in Capite Clerici prohibet ne clerici ad alium quas concubinas propter cauendum periculum periurij, intelligitur ne facile exigat. Similiter inferunt etiam doctores imprudenter agere confessarios qui passim et tenere ac facile à pœnitentibus iuramenta exigunt vel de emendatione, vel de bellenda re vel de re simili, in his enim magna caritatis et iustitiæ regula prudenter seruanda habendaque ratio boni communis necessitatis ac Vtilitatis.

Confessario illicitum est exigere iuramenta à pœnitentibus de cauendis peccatis

Ex dictis colligitur in dicem etiam si certo sciat aliquem periuraturum posse impe re iuramentum & ad illud cogere non obstante scientia privata de malo animo iuran si procedat secundum ordinem iuris, nec adsit aliud medium finiendi litem, quæ decis infra.

Secunda Conclusio. Inducere aliquem ut iuret determinate per falsos Deos, licet forte in aliquo casu liceret id posse, ordinarie tamen id non est faciendum.

Ad iuramentum per falsos Deos mouere illicitum

Ratio est quia iurare per Deum certa causa intrinsece est malum Ergo etiam ad hoc mouere illicitum est. Dixi in aliquo casu id licere, quod tunc accidit quando quis scit se non iuraturum nisi per falsos Deos, nec se cognoscere alium deum præter unum, tunc poterit iuramentum acceptare, quia non in tenetur prohibitum acceptare posse ego non induxi illum actiue ad iurandum per falsos determinate, sed tantum ad iurandum, habet se ergo tantum cogens et petens in tali casu permissive.

Quando licet

et hoc quod

Et hoc quod dixi intelligi debet in casu necessitatis alterius. Neq; hic cooperamur peccato sed utimur malicia alterius ad nostrum bonum, ad hoc autem habemus ius et patet quia illa res esse bene fieri potest, si præsertim ille qui iurare cogitur habeat aliquam malitiam saltem confusam veri Dei, audiat aliquid de eo, alias si nec audiret quidquid gentilis de vero Deo, nec sit iuramentum habere fieri per verum Deum, quia talis posset iurandi esset illi impossibilis, ad tale iuramentum cogi non posset.

Tertia Conclusio Exigere et præstare iuramentum die festo in iudicio ipsi ad iustitiæ et piæ causæ ac grauis necessitas est illicitum, ita habetur in Cap: Conquestus de feriis. — Iuramentum die festo

DVBITATIO 4ta. An adiuratio sit licita, loquimur de adiuratione quatenus idem est quod obtestatio, qualis illa fuit Iosuæ Admorote per Deum viuum, Quatenus etiam sumitur pro imprecatione, cum ex aliqua parte hac ratione sumitur adiuratio iuramento, sicut enim iuramento ad faciendam fidem assertioni vel promissioni adhibetur autoritas rei sacræ ad dandam efficaciam postulationi aut imperare, cum enim ad iuramus aliquem per Deum vel aliquid ad Deum pertinens volumus illum monere amore vel timore Dei ad faciendum vel non faciendum. — Adiuratio.

Prima Conclusio Potest licite adiurari Deus per modum orationis hoc modo facit orans ut suam promissionem faciat vel propter semetipsum vel propter merita aliorum. — Quomodo Deus licite adiurari possit.

Secunda Conclusio Homines tam viatores quam Beatos imo et Angelos Sanctos possumus licite adiurare dummodo id fiat modo debito, ita D. Thomas quæst. 90 art 1°. Sic pauper adiurat diuitem per Deum per Sanctos ut fabri det Eleemosynam. Ipsos etiam dæmones adiurare est licitum modo debito, omnes communiter docent et praxis Ecclesiæ confirmat. Quo ad Dæmonem conditio est. Primo ut pellatur non ut cum eo iungatur societas, vel ut aliquid ab eo obtineatur, hoc enim — Quomodo Sancti et Angeli possunt adiurari. — Quomodo Dæmones

illicitum est secum.

Secundo vt id non petendo sed imperando fiat et cogendo. Tertio. Vt fiat
qui habet potestatem, non enim omnibus id regulariter licet.
Jam quæ ad homines siue beatos siue viatores prima conditio est vt non fiat finis
etur ad Deum. Secunda vt adsit iusticia veritas et iudicium, in rebus dictis de
Posse etiam admirationem fieri per creaturas non includendo respectum ad Deum
tantum spectando dignitatem eorum quibus deferre aliquid dignum est docenter

Creaturæ irrationales quomodo admirantur

Tertia Conclusio Creaturæ irrationales in se non possunt admirari
sunt tamen in actio seu per modum cuiusdam miraculosæ efficaciæ. Ratio prim
quia ipsæ ut se in se non sunt capaces imperij cum careant intellectu et ratione. Ratio
Quia cum hæ non nocerent nobis siue ordinatione vel permissione Dei. et sæpe etiam
monibus agitentur et moueantur ad, possunt fugari et abiici per adiurationem
vel Dæmonis, quod est admirari alium in actio Et sic orat Ecclesia Deum ut auertat

Exorcismi Ecclesiæ

clementiam ferris aut nubium aut nocentia animalia, sic solemus exorcizare salem aqu
Tertia pars de miraculosa efficacia pertinet ad Theologos disciendo, cum enim omn
natura subiecta est creatori suo, seu ut dicunt Theologi sit in potentia obediencialis, d

Sancti possunt imperare creaturis ut nè noceant

possunt Sancti fide firmati, cum id eis Christus promiserit imperare huiusmodi cre
ris ut non noceant.

DVBITATIO sta Quæ sunt formulæ et modi iurandi,

Formulæ iurandi sine intentione non efficiunt iuramentum verum.

Prima Conclusio. Potest iuramentum confici etiam si non adhibeatur pro
ria: et hæc etiam sola adhibita si sit intentio iurandi verum fit iuramentum.
Prima pars conclusionis habetur in iure Canonico. Probatur Quia nonnulla
sufficienter fit per verba quæ illam exprimant, sicut ad orandum non est nec
nere verbum peto.
Secunda pars etiam admittitur communiter. De se vero verbi huius iuro, et
intentione an habeatur iudicandum est ex circumstantijs. et nō proferendō

anteri

antecedente sermone et similibus.

Scotus 2a Conclusio. Ita formula per Deum, Deus sit, testis est Deus, testé Deminus vero, vivit dominus, Coram Deo, in præsentia Dei, vt Deum timeo, vt mihi Cæ- ros Deus, ita vt me Deus amet vel amet iuuet seruet, liberet, puniat, &c Deus be- dat Deus sit, in veritate Dei, Deus videt meam conscientiam, et similes inquibus Deus in vocatur, si adsit intentio invocandi ipsum ad confirmandum verum esse id quod dicimus, iuramentum reffert. Dixi si adsit intentio, quia ut docet Caietanus et Solus vbi deficerit, et solum affirmetur Deum verbi causa ista in tueri, fore de non erit iuramentum. Ista cõmuniter docent autores, Nauar Cap 12 num 3 Suar lib 1° Cap 13 Salzor lib 11 Cap 2° Addit Suar: si his particulis et formulis addatur comparatio verbi Causa, sicut est Deus veritas: continueri blasphemiam non tantum iuramentum, si tamen sit tanta est veritas in dictis meis quanta in Deo. Secus si tantum similitudinem quandam sonant. Hic colligere poteris quid dicendum de quibusdam formulis quibus vtuntur in tantem suis dictis ut plurimum nostri poleni adstruunt, ex quibus illa est. (licet eam tonere lingua qua efferri solet, si quidem et Polonis legimus, et non potest ita comode latine efferri) Dalibog est iuramentum si adest intentio, quia affertur ad confirman- dum aliquid cum Dei nominis assumptione. Vide si re falsa etiam loci utatur quis hoc modo hac particula erit periurus et peccabit mortaliter: licet non negem apud aliquos pertinaciam hanc habere locum interiectionis, non est tamen laudandus ipsius frequens vsus. Dalibog Pobyszgam boze non videtur iuramentum, tum quod per rem creatam non est intentio iurandi cum proferatur tum quia non fit per Deum nec per rem ad Deum relatam. Præterea neque Bitmoc quis hac particula vtatur ad rem confirmandam et vellit iurare dummodo deliberate eam ex quadam consuetudine præcipitanter faciat quamvis loco nominis Dei vellit hic alio nomi- ne vti, erit iuramentum, tum quia vult facere iurandi actum, tum quia per illum verbum iure quod hic adhibetur sufficit ad iuramentum.

Tertia Conclusio. Si quis vero in iuramento dicat infidelitea, per fidem meam, et Polonice Wiere, non est iuramentum si absolute pronunciantur, nisi intendat qui

Formulæ quæ maxime sunt in vsu

Blasphemia in iura- mento per comparationē

Dalibog cum intentione est iuramentū obligatorium

Pobyszgam boze qui est iuramentū verū,

Wiere.

intendat quis veram fidem Dei et Christianam) quia non nisi fidelitatem hominis viri boni inierunt: imo etiam si dicatur in fide Christiana non semper videtur iuratum, nam hic etiam potest fidelitas tantum ex circumstantia personae astrui, ac si dum de regia nobili viri &c. Ita docent Manar. Caiet. Sotus. Sylue. Molzer. et Sanc.

In conscientia, et per conscientiam meam

Quarta Conclusio. Particulam in conscientia mea, per conscientiam meam significare et iuramentum et non iuramentum. Iuramentum erunt quando per eam dicimus facere, &c. in ordine ad Deum, in quem resolvitur, prout nempe timico Deum, aut non timico, reuereor vel non, bonam esse in ordine ad Deum vel non, amissionem salutis significo, quanquam tunc est execratio. Si vero tantum referuntur ad meticiam meam, ex qua credit illud quod sic confirmo, non significant iuramentum, sed confirmationem veri, loqui nempe aliquem non ficte sed recta mentem, quales sunt dicte particule certe, de facto certissime, fuie dubio vere, in veritate mea &c. (Secus si dicas in veritate vel Christi.) Ita sentiunt Manarus, Sylvester, Panormitanus, Cajetan, licet contrarium sint autores preceribus illis particulis non esse facile intendum, quia communiter fiunt in ordine ad Deum. Idem iudicium est de illis particulis per coelum, per terram, nisi addatur aliquid quod has creaturas referat ad Deum. Illa etiam per barbam meam, per canum Capillum &c. autoritatem potius dictis à per sonae addunt quam iuramenta sint. In illis per veritatem Christiani et religiosi, intentio frequentia, et videntur semper pro quadam re sacra sonare, sicut et illa per habitum rectitudinem

Namenè vtavore y nasrwy wles.

DISPVTATIO II.
DE VOTO.

In hac materia quatuor explicanda erunt. Primum quod ad essentiam et substantiam voti intelligendam spectat. Secundum quæ materia voti. Tertium Quæ personæ vouere possint Quartum Quæ votorum obligatio, et quomodo soluatur, quæ omnia suis quæstionib. discutienda.

QVÆSTIO. I.

Quæ sit natura et essentia voti, et quæ ad votum requirantur, et quotuplex sit.

DVBITATIO. I. Quid sit votum?

PRIMA Conclusio. Votum est promissio Deo facta ita D. Thom. 2.2. quæst 88 artic. 1. et communiter doctores, vouere enim est aliquid Deo sanctæ promittere. Hæc promissio fieri potest non tantum verbis, signis, et nutibus verum etiam sine vllis verbis aut signis externis, sed sola tantum mente cubus concepta.

Quid est votum

SECUNDA Conclusio. Ad substantiam et essentiam voti requiritur ut pro- Ad substantiam voti quæ missio sit deliberata, libera, cum intentione obligandi, quæ quomodo ad substantiam voti sunt necessaria. requirantur, et quæ alia præterhæc in sequentibus explicabitur.

Dubitatio

DVBITATIO II. Verum ad ratione et essentiam voti requiratur actualis promissio.

Quod quærimus est an ad hoc ut aliquid dicatur, et sit vere votum requiratur actu promissio fiat, an vero solum propositum voluntatis et promissionis sufficiat. Desunt multi autores qui censent hoc ultimum sufficere ad hoc ut votum sit et objectum probant id ex multis iuribus de quibus infra.

An ad valorem voti requiratur actualis promissio

Prima Conclusio. Solum propositum voluntatis faciendi aliquid meritorium Dei quamvis absolutum sit non sufficit ad essentiam voti, sed requiritur actualis promissio. ita D. Thom. loco citato art. 1° dubb. 1° de inst. tia quæst. 1ª art. 2° Sylvester de voto votum 1° quæst. 2. Angel: et alij Summist. Navar. Cap. 12. Num. 2. Habetur in iure Capite qui bona, et apud Conar: in Capite Quamvis pactum.

Propositum et voluntas non necessaria.

Probatur. tum quia nemo obligatur sine voluntate se obligandi, sed qui habet propositum aliquid faciendi non habet actum voluntatem se obligandi. Ergo, votum enim non sine obligatione, tum quia à contrario decernit pontifex in Capite literarum qui proposuit mutare statum, si ulterius non processit non peccare nec frangere votum etiam si propositum mutet. Ergo sicilian proposuit vovere et se obligare nodum vouit et

Promissio duplicitèr posse fieri.

Secunda Conclusio. Hanc promissionem posse fieri vel mentè sola vel signis exterioribus, verbo scilicet vel scripto. Probatur ex differentia inter Deum et hominem cui quia cor non videt non potest fieri promissio nisi voce aut signo externo. Deus autem cum videat interiora potest se illi homo sufficienter obligare solo actu interiori.

Obiectio

Quod solum propositum sufficiat ad rationem voti

Obiectio 1° Mutatio boni propositi ex perfecta deliberatione concepti non fit sine aliqua culpa saltem venialis, in ea enim animi levitatem, Et habetur hoc in Capite qui bona Ergo etiam solum propositum faciendi aliquid in cultum Dei habet rationem voti obligantis. **Reddo** Non esse peccatum ex aliqua obligatione veritatis proveniens aut ex veritate fidelitatis, si quis amittat bonum propositum, quidem

quidem ex vi talis propositi non sit assertio futuritionis rei sed tantum propositum habitum et declaratum, sed tantum potest se illud propositum habere sicut actus ocursus.

Ad illud quod affertur ex Capite Quibona cumait Pontifex eum qui operando bona proposuit meliora et non exequitur cadere etiam si in bono opere perseveret, late et per exaggerationem usus est verbo cadendi prout significat non attendere aut non lucrari id quod potest aliquis, non vero intelligit de casu qui significat culpam, quia tota illa amissio maioris boni potest contingere sine culpa.

Qui faciendo bona p. mittit meliora et non exequitur

Obicies 2do Si quis suscipiat habitum ordinis alicuius religiosi, et peracto probationis tempore, scienter licitum sibi esse egredi maneat tamen intus et faciat omnia religionis, quamvis non faciat professionem, tam illum teneri manere, sed hic non fit promissio nisi solum propositum Ergo.

Obiectio 2da

Qui post probationem non egreditur ex religione, tam tenetur manere

Confirmatur primo ex Capite Consuluit de duobus religiosis dicitur unum fuisse cruce signatum, alterum desiderasse signari, Vterque subditur teneri

Confirmatur secundo. Christus Luce 9 dicit nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro aptus est regno Dei, perquæ verba solum propositum significatur, Et tamen in illo non perseverare est aliqua culpa quidem talis redditur ineptus regno Dei.

Dico Si fuit tantum nudum propositum horum de quibus tum in ipsa obiectione tum in prima confirmatione dicitur non esse obligatos iuramento ergo loquitur de proposito firmato per explicem promissionem explicitam vel implicitam, sta censent Panor: Soto. Sylu voce religio 3 quæst 19 & 5 quæst 8 sequuntur Theologi. Idque verum est loquendo de vero consentiente, siue hoc propositum firmatum tali promissione (vocatur à multis votum simplex mittendi votum) emiserit ante susceptum habitum, siue susceperit etiam habitum tradere enim profteri, quanquam in foro Ecclesiæ eum tantum iura obligant qui iam suscepit habitum eo quod eum dimittere et violare votum, quia res tam est publica et nota Ecclesiæ non permittitur libere talis persona sine legitima causa recedere à proposito, et sine transitu ad aliam religionem saltem laxiorem, quando votum fuit de religione in genere.

Votum simplex

Secundam confirmationem dico permittentem manum ad aratrum intelligi eum qui propositum et voluntatem deliberatam ostendit velle se Christum sequi, si iterum iam se

quens Chri:

quens Christum secularibus se implicat, reprehenditur.

DVBITATIO 2da Verum promissio voti debeat esse deliberata.

Deliberatio quid est & quotuplex.

Res deliberata dicitur quando cum sufficienti animadversione et indicio intellectus. Et quia est duplex deliberatio, alia omnino perfecta in qua omnia considerantur quæ sunt impellere ad votum vel retrahere ab eo: Alia imperfecta in qua non considerantur quidem omnia, at tamen adverbit tunc homo quid faciat: Hac item formali, et de his alia, est difficultas quæ deliberatio necessaria sit et sufficiat ad votum, quæ præmediat, unde cognoscatur, an sit aliqua ad votum, aliqui dicunt priorem esse necessariam, posteriorem sufficere.

Qualis deliberatio ad votum sufficiat.

Prima Conclusio Sufficit ad votum posterior deliberatio ita Scto lib. 4. dist. 38. quæst. 1. art 2. Sylvest verbo iuramentum 4. num 4. verbo votum 4. quæst 13. Navar. Cap. num 24. et 25. Antoninus 2 part titul 11. Et alii sumiste qui censent eam deliberationem sufficere, quæ sufficiat adhoc ut aliquis actus dicatur esse humanus, id est proveniens ab homine agente modo sibi debito, deliberate nempe et cum dominio suarum actionum.

Probatur hæc doctrina 1o. Ex Capite Iudum de conversione coniugum ubi dicitur votum factum colore iracundiæ quæ non abstulit usum rationis validum fuisse, et tamen talis iracundia impedivit plenissimam et exactam illam deliberationem: alibi quoq; dicitur votum esse votum Terosolimitana peregrinationis in puerili et tenera ætate à quodam factum sed tanto potius quam arbitrio ejus rectionis, & cum semper peregrinatio huiusmodi computata fuit ab Ecclesia inter gravissima onera, et tamen ad eam non requiritur illa prior deliberatio, sed sufficit secunda, certe ad alias quoq; promissiones sufficit.

Terosolimitana peregrinatio omne votum impuberis ætate factum, est validum

Probatur Secundo Quia de essentia voti solum est quod sit actus humanus & sufficienter talis, sed adhoc sufficit talis deliberatio quæ ad peccandum mortaliter & ad alios contractus humanos satis est, Ergo illa etiam sufficit ad valorem voti, qualem etiam diximus sufficere ad valorem iuramenti, & ad culpam periurij.

Secunda Con.

Secunda Conclusio Haec deliberatio ad votum necessaria debet formalis esse votum praecedens, & si haec praecesserit tunc postmodum sufficit virtualis. Vt haec doctrina intelligatur Notandum deliberationem formalem esse quae habetur in se et explicite? virtualem vero esse quando aliquid volumus et deliberamus in causa, vel si post quam volumus semel aliquid explicite, postea consequenter tempore manet eius virtus, verbi causa deliberavit quis ingredi religionem, & votum non emittit, tam vero dum illud emittit, discedatur ab illa deliberatione, censetur manere virtualis deliberatio, non est enim retractata. Similiter suscipit quis ordines, & votum non deliberat de hoc continentia quod simul etiam facit & obligatur, manet tamen deliberatio virtualis quae voti adnexi ordinibus sacris, quia praecessit deliberatio suscipiendi ordines.

Deliberatio formalis Voto praecedens, dat valorem virtuali.

Quia si praecesserit formalis postea sufficere virtualem propter illum actum vovendi aliquid dum est ebrius, dicunt enim communiter autores quod quando quis ebrius vovet aliquid quod ante praeviderat, sed ante ebrietatem non habuit formalem deliberationem se obligandi dum ebrius vovet non esse votum: si autem dum praevideret, formaliter deliberavit obligationem, tum si ebrius vovet manet virtualiter seu virtualis deliberatio & votum tenet.

Votum ebrii si qu validum

Tertia Conclusio Haec deliberationem ad votum sufficientem impedire possunt plures, vehementes aliqua passio, ac perturbatio, ignorantia autem tollens cognitionem rei et voluntarium Est communis, Tantum superest explicandum qua ignorantia id faciat, quae non perturbat, & passio.

Quae profer

Nota 1.° Ignorantiam hanc posse se teneri primo ex parte conditionum, & proprietatum substantialium voti, & haec imperfecit valorem eius, nisi vovens non obstante tali ignorantia vellet promittere tali modo quo alij promittunt.

Ignorantia ex parte Conditionum et proprietatis substantialium voti

Casus primus esse potest. Si quis voveat et non vellit se obligare ex quod existimet vovere non se sibi obligationem imponere, neq; votum habere hanc vim, hic non vovet si tamen velit facere cum ignorantia illa, prout in se vel ex natura sua votum est, vel prout alij faciunt, vere non erit votum.

Casus secundus. Si quis ignoret votum fieri Deo, licet absolute dicat vovco me hoc facturum, non est verum votum, quia non promittit Deo, nec enim potest promitti alicui per:

Votum Deo fieri debet.

alicui per:

alicui personæ sit illa ignoratur, Unde in tali casu potius erit affirmatio constare voluerat non voluit.

2°
Ignoratia ex parte materiæ voti.

Secundo potest se tenere ignorantia ex parte materiæ si sit circa eius substantiales conditiones, vel circa res adeo graues, vt moraliter existimentur pertinere ad rei substantiam, & hæc quoque impedit votum, vta Sotus 1° de iustitia quæst. 5 art. 2 dub. 2 ante art 1° hoc. prima parte Cap 5°.

Materia voti debet esse possibilis et licita.

Primus Casus est Per ignorantiam censet aliquis hanc materiam esse possibilem et licitam quam vouet, post modum innotescit esse impossibilem et illicitam votum nullum est, quia involuntarium propter ignorantiam, & quia in materia meretrici.

Error in circumstancijs voti, nullu facit votum.

Secundus Casus est Potest esse materia capax obligationis et futuræ esse capax iuramenti tur tamen eius aliqua ex grauissimis circumstancijs, verbi causa si vouerel qui peregrinationem Jerosolimitanam existimans fine nauigatione perfici posse, aut ire Romam existimans parum distare, et tutum esse iter ac facilia, postea hæc innotescunt, illique facienda magnam difficultatem, votum non tenet, talis enim ignorantia tollit propriam voluntatem vouendi cum nihil sit magis contrarium consensui quam error qui hic intercenit, abeatur enim hic obiectum quo ad illam conditionem quæ ad rei substantiam pertinet, sic qui vouit ingressum certæ religionis: Decimus quinus putans esse pauperem, si certo rit esse diuitem non pauperem, si item videat rigorem minimam illius religionis quam vouit ignorabat, est simpliciter liber à voto, nec aliam religionem tenetur ingredi. Quanquam in his et similibus attendenda est intentio vouentis, si enim vouit absolute, et etiam si cognitæ fuissent hæ circumstancia quæ modo cognouit, et tu vouisset, tenetur

3°
Ignorantia circa causam voti.

Causa voti duplex.

Tertio Potest se tenere ignorantia circa causam voti, et si ignoratur causa propria finalis voti, & quasi retro formalis mouens intuli materia ad illam Deo promittendam impediret votum? et si fuerit ignorantia tantum occasionis seu causæ secundariæ mouentis, non impediet. De hac materia plurimis infra. Ratio est quia præcipua causa tinet ad substantiam voti, qualis verbi causa est diuinus honor. Posterioris ignorabilis occasione, et dere secundario mouente, datur exemplum quod habetur in cap. Exparte de conuersione coniugum, vbi definitur votum fuisse validum mulieris bonentis Castitatem

tantis marit:

tantes Marietum esse leprosum, in quo decepta est. Servandum autem nic hic loqui de voto simplici nam de solemni infra.

Nota 2do Solere hic distingui ignorantiam aliam invincibilem et vincibilem ac crassa, aliam antecedentem et concomitantem. Et in primis certum est non esse necessarium ut sit ignorantia invincibilis, nam etiam cum aliqua ignorantia vincibili potest non esse votum verum si quidem contenetur quis hic et nunc, ad hoc vel illud, in hac materia examinando eum: si tamen sit ignorantia affectata (quando nimirum quis vult aliquid ignorare) potest esse verum votum, hac enim ratione vult talis cum qua cunque conditione se obligare cum nollit cognoscere etiam ea quâ possit impedire. Quanquam si ex aliquo mero actione simili respectu proveniat voluntas ignorandi tunc potest quis non habere intentionem se obligandi, nec erit votum. Deinde ignorantia concomitans (nam antecedens non habet difficultatem) illa est quando homo ita est dispositus ut velit talem ignorantiam non haberet idem esset facturus quod nunc facit. Verbi causa vovet peregrinationem Jerosolimitanam, nesciens eam navigatione perfici, imo existimat non ita per fici, et voverit illam etiam si non haberet eam ignorantiam quod non perficiatur navigatione votum est verum. De perturbatione quæ impedit hanc deliberationem, et voluntarium ni sequale dubitatione.

Ignorantia quotuplex, et quæ nullum facit votum, quâ verò non.

Ignorantia concomitans non tollit obligationé.

Quarta Conclusio. Modum cognoscendi de insufficienti perturbatione varia ex signa dat, in primis Sabrena verbo votum 1°. Angelus ibidem, Supplementum, dicunt si facto isto, cessante passione, statim pœniteat, verum hoc signum est quidem sufficiens coniectura sed non infallibile, potest enim quis melius adigi vt tempestate aliqua vel periculo ad votum, ita per rationabilis causa pœnitere, et tamen validum et verum erit votum. Comodius aliqui dicunt prudenter ex prudenti arbitrio an fecerit in illa perturbatione ratio perturbata ita vt non fecerit deliberationi necessaria, si enim tanta fuit passio ut homo non attenderit quid age ret, non fuit deliberata fuit actio.

Quæ perturbatio et passio annullat votum.

DVBITATIO 3ta. *An votum debeat esse liberum et voluntarium?*

Quæ requirantur ad valorem voti ex parte voventis principaliter.

Requiritur deliberatio voti prout liberum opponitur coacto, et ei quod fit exvece sitate, hinc quod primus præterea est an ad votum requiratur ut voluntas velit voluerit ue verbum illud

facere, et qui-

facere, et quia multa possumus velle in voto vouere, obligari, implere. Videndum an hæc omnia substantiam voti ita requirantur ut sine his non sit votum, sicut et illud quæ dicuntur deprimere libere inducere aperte consequens est votum impedire.

1° Libera voluntas vouendi

Prima Conclusio De intrinseca ratione et essentia voti est ut homo libere velit vouere. Ratio est quia ut dixi votum debet esse actus humanus, ad hoc autem opus est ut sit libere

2° Voluntas etiam intentio seu obligandi

nere. **Secunda Conclusio.** Et voluntas seu intentio vouendi et se obligandi omnino necessaria est ad substantiam voti: voluntas vero implendi ad hoc tantum requiritur ut honeste et sine peccato fiat, est sententia quo ad omnia fundata magis communis, eam docet S. Thom verbo uiramen: 4 quæst 2 Angelus verb votum 1° Num 7° Fabiena verb Votum num Antonin: 2 parte titul 11 Cap 2, Navar Cap 12 num 27 et 28 Prima pars exp

tet quia cum votum sit promissio spontanea, nisi se ad illam inclinet voluntas debet exp in eunare ut intentio sit promittendi. **Secunda** pars ut intelligatur Nota duplicitur

Votum sine intentione se obligandi nullum.

ficta intentione vouendi posse de esse intentionem se obligandi 1° Primo exigo rantia quæ ignoro et ignorando eam requiri, vouco sine obligatione (quod addo quia sint dixi vouen pront alij vouent vel iuxta naturam voti, etiam si habeam ignorantiam obligationis non ria (verum erit votum) hoc modo certum est votum non valere. 2° Secundo potest fi intentio obligandi quia actus efficaci voto non esse eam, id est quia nolo efficaciter me gare, in tali casu non esset votum etiam si vouendi ostendam intentionem, ratio est quia non est efficax intentio vouendi, sed tantum ficta sunt enim ille duo voluntates repugnan tes volo vouere, nolo obligari, nec possunt stare, ergo posterior destruit priorem si itaque quis dicat interius aut exterius voneo hoc aut illud et nolo obligari, verbo illo tantum fictam intentionem servant. Dixi si est efficax voluntas nolendi me obligari

Vouere iuxta naturam voti, est validum sine omni exceptione.

quia si tantum sit noleitas ut sit quis dicat nolem obligari volo tamen vouere, tenet vo si præsertim sciat voti materiam multo magis tenet si quis sciens naturam voti vouet cum tentione vouendi non cogitando non cogitando explicite de intentione obligandi, quia vult nec potest velle ut sic illud alterum repugnans. Loquimur autem hic de foro inter ri cum dicimus votum sine intentione hac invalidum esse, nam in exteriori foro præ mitur esse veri

nitur esse verum votum, & Ecclesia possit ad illud cogere teneturque is illi parere ex præcepto peculiari Ecclesiæ de hac re. Tertia pars Conclusionis ab omnibus ferme recipitur.

Obicies Juramentum factum cum animo jurandi etsi ne intentione obligandi tenet et obligat, ne q3 huic intentio non obligandi est repugnans et tollens intentionem jurandi ut supra dicimus Ergo etiã votum idem erit, at q3 ita votum sine intentione obligandi tenebit dum modo fuerit intentio bonum di. Est disparitas, quia juramentum ut sic dicit attestationem alicuius rei confirmationem à divino testimonio et hic iam perficitur juramentum ac inducit obligationem religionis etiam absque promissione, quæ est extra rationem juramenti ut sic et quã inducit aliam obligationem affinem vel fidelitatis: at votum intrinsece claudit promissionem quã etiam intrinsece habet obligationem fidelitatis aut iustitiæ.

Obiectio
Juramentum est validum sine intentione se obligandi. Ergo ut votum.

Conclusio 3ta Metus proveniens ex causis naturalibus (quales sunt gravis morbus naufragij periculum &c) etiam si gravissimus sit non officit libertati in voto requisitæ ita Suarez Cap 7 licet Soto lib 11 Cap 15 dicit votum factum mortis metu ire Ecclesiastico irritum esse, probabilius est quod dicit Suarius irritabile de facto autem validum. Ratio est quia talis metus non tollit voluntarium.

Metus etiam gravissimus non tollit voluntarium, quo ad essentiam se valorem voti.

Obicies In Capite Gonsalvus 17 qual 2 refertur in infirmitate fervore passionis præsumptus Gonsalvum promisisse se fieri Monachum non tamen se tradidisse Abbati aut Monasterio nec promissionem fecisse sed beneficium quod habebat renunciasse, respondet Sanchez ex resti-tutum illi esse beneficium, sentit ergo promissionem mortis metu factam nullam fuisse.

Obijcitur contra.

Rsco Ibi tantum Pontifex intendit declarare hunc non fuisse religiosum neq; constitit probatum, ex nullo ostendi eum professionem fecisse propter quod inhabilis esset ad beneficij: nihil autem dicit de valore voti, præterea non dicit ibi de metu mortis, sed de fervore passionis quã potest esse sufficiens ad nullitatem voti.

Conclusio 4ta. Metus proveniens ex actione inmoderata aliorum, sive ad extorquendum sive ad non extorquendum votum, iure naturali et divino validum facit votum. Secunda pars est communis sumitur ex Navar: loco citato num 21 et patet ex praxi de votis Christianorum factis ab ipsis dum inmoderate detinentur à gentilibus.

Metus ex actione inmoderata etiam non tollit voluntarium

Prima pars.

Prima pars est quidem controuersa at negatiuam partem tenet Soto 1° de iustitia quæst. 2 arti 1° ad 2dum. Glosa in Capite 1° et in Capite Abbas Angel. verb metus num 1°. Nau. 12 num 84. Affirmatiua tamen sententia quam nos sequimur est Syluestri verbo metus 8. Aragonâ quæst 88° art 3° Soto in 4° distinct 29 quæst 1° art 3°. Ibidem de Matrimonio, Idem in Matrimonio sentit sanchez lib 4° disputa: 17 num 2. Henr. 1° de Matrimonio Cap 9° num 1° et 2°. Medina 1ª 2dæ quæst 6 art 6. Caiet. habet doctrinam Nauar Cap 22 num 81 de Matrim: Ratio est quia in his non impedit quæ non à Deo sit, neque de est voluntarium in hoc casu sicut neque in primo, aliquod voluntarium interueniat cum efficaci voluntario. Falsum enim, etiam non accedat talia vota dummodo adsit voluntarium. Nec valet de Matrimonio nam fortasse et hic irrita accedente tali metu graui, uice tantum Ecclesiastico non diuino, ole quamuis in his

Matrimonium maiore libertatem requirit quam votum.

Quanquam adhuc est differentia quia matrimonium est uinculum perpetuum, habet quia onera, ratione quorum fortasse ex natura rei postulant integram libertatem. Sic talia vota ni valida sint uice Ecclesiastica multi quamuis disputent tamen probabilius hi videtur non quidem de facto ab Ecclesia annulata talia vota simplicia, sed posse ri et annulari ac per dispensationem tolli si præsertim metus sit grauis,

Quædam iura in contrarium.

Dixi simplicia quia solennia irritauit ut patet ex Capite Perlatum. Solent contra hæ diximus afferi quædam iura in Cap Dilectus. Votum per metum factum dicitur obligare, non fuit talis metus qui caderet in Constantem virum. Ergo si caderet non obligaret. Dicendum est adhoc non valere argumentum à contrario ad leges irritantes ut patet quia ubi etiam est sermo de iuramento, sed id in iuramento non valet. Ergo ratio In capite etiam Abbas inprimis est sermo de alijs contractibus non de voto, cuius ratio alia est ratio quia hoc est Deo, alij contractus inter homines fiunt à quibus fit minuria. Deinde ubi tantum ostenditur habere hanc sufficientem causam cur possint irritari non ipso uice esse irrita In Capite denique cum locum de Sponsalibus dicitur non habet locum consensum, non loquitur absolute quia habere certum est etiam ubi adest metus, sed large loquendo non habere, propter periculum moralem Ubi enim est metus facile quis fingit se

quis fingit exterius, licet non consentiat interius.

Quod dicimus de votis et promissionibus simplicibus cum tali metu factis, idem dici volumus de voto simplici religionis, hoc enim ab Ecclesia non est directe annullatum sed tantum consequenter, quatenus veritatis professionem religiosam si ex metu processit, consequenter fit simplicem, etiam promissionem faciendi talem professionem veritatis, quatenus nimirum professio ex illius promissionis fit, quia si fiat ex caligine nouae voluntatis alius est actus: et hoc quod dicimus verum est si metus iniuste adhoc incussus induxit, nam si nec ab eo qui cum iniuriam facit, valet. Vnde si Maritus uxori adulterae minetur mortem nisi religionem voueat, ipsa vouet valide. Similiter si inimico persequente fugiat quis ad Monasterium, et superiore nolit latebras concedere nisi voueat fieri religiosus, si vovet votum tenet. Erant hic aliqua dicenda de metu cadente in constantem virum, verum haec pertinet ad Materiam de Matrimonio: Illud dico breuiter vt metus dicatur cadere in constantem virum duo praecipue requirere, alterum ut malum quod timetur grane sit ita ab prudentum, alterum ut grani seu probabili ratione timeatur tanquam imminens.

Votum simplex religionis per metum factum est validum.

Qui fugit ad monasterium.

DVBITATIO 42. De votorum diuisione et differentia.

Diuisio et differentia votorum.

Nota duobus modis diuidi posse votum Primo ratione modi tenendi Secundo ratione materiae circa quam fiunt.

Prima Conclusio Votum factum Deo, est quod sine omni respectu ad alium fit ipsi Deo: votum factum sanctis est quod fit Deo in honorem alicuius Sancti. Quod ut intelligas Nota diuum si certum sit apud Theologos votum soli Deo fieri, posse tamen dici ea fieri etiam sanctis ut Deus habitat in illis, quod tribus modis accidere potest. Primo promittere aliquid in honorem Sancti, et iterum de nouo promittere Deo et se obligare ad illud implendum quod in honorem Sancti promissum. Secundo solum sancto promittendo non tertia posteriori promissione. Tertio vt vere ac proprie soli Deo fiat promissio, omnis id quod promittitur cadat in cultum et honorem Sancti, sicut qui vouet Eleemosynam facere nulla sit promissio pauperi sed soli Deo etiam si actio promissa exercenda sit circa:

Votum Sanctis factum quatenus in eis Deus haec seu habitat.

ecenda sit circa pauperes. Distinguere hic rationes formales voti proprias ab eis impro-

Votum perfectum

Votum imperfectum.

Secunda Conclusio. Votum perfectum est in quo seruantur perfecte omnia, quæ ad votum necessaria sunt, seu cui nihil de est de integritate voti. Imperfectum cui aliquid de est siue desit quid essentiale, quanquam tunc non est votum: siue aliquid accidentale, vt si defuit perfecta deliberatio quamuis ad peccatum ciens, similiter si fuit grauis ignorantia alicuius circumstantiæ licet non impedit de quibus rebus iam diximus. Hi defectus non quidem tollunt votum, dant tamen cau cilis dispensationis.

Votum absolutum et Conditionatum.

Conditio apposita actui promissionem nullam facit

Apposita materiæ promissio est valida.

Tertia Conclusio Votum conditionatum est, quod sit cum conditione suspen ligationis, donec ipsa impleatur: absolutum vero illud quod sine conditione et impl Potest autem condicio apponi vel ipsi actui vel materiæ, si primo modo apponatur non fiet promissio sed assereturfaciendo a verbi causa si Petro dixum fuerit promitto tatem, hic nulla promissio, et ideo etiam impleta conditione si is deinde non promi non obligabitur. Si secundo modo apponatur materiæ nempe facta promissione presenti, suspendit obligationem seu executionem ipsius donec impleatur, manentq rum votum et eius obligatio, verbi causa si Deus mihi dederit bale beneficium fundabo iam pauperum, ratio discriminis est inter hæc duo genera votorum conditionatum, qui bi suspenditur ipsa promissio pendens intrinseco a consensu alterius cui tenetur promitte sic autem non sed tantum executio obligationis suspensa manet. Illud hic notent autores conditionem hanc debere esse contingentem, nam si fuerit necessaria censeturiam profita, cum in tali casu intelligeretur addita ad designandum tempus obligationis vbi quis ha at si solo iuriatur eras hoc faciam, perinde est ac si promitteret crastina die hoc faciam. Notand illud, licet omne votum includat aliquas conditiones, nam communiter omnia vota hæc tres generales in si potuero, si mihi licuerit, si superior non abstulerit obligationem, verum hæ non faciunt propriam tum conditionatum cum non suspendant voti obligationem eiusque executionem, sed præ nantur potius ut votum debito modo fiat.

Condiciones generales in omni voto.

Quarta Conclu

Quarta Conclusio. Votum internum seu mentale dicitur vel quo ad actum vo-
ndi tantum, vel quo ad actum promissum tantum, vel quo ad utrumque, de hoc voto solum in foro co
gnitionis iudicari potest, nam ratione quoque materiæ non cadit sub externum iudicium, etiam si con-
staret vere sensibile fieri, quia Ecclesia constare non potest an illud observet nec ne, vt si voueam in-
terdum aliquoties dolere de peccatis

Votum internum seu mentale

Externum vero est quando et est de aliquo externo et sensibili faciendo aut vitando, et promissio
ipsius externi fit, ita vt hominibus innotescere possit, vt autem hoc votum verum sit debet in
tentum intendere alias fictum erit. Externum item votum aliud solet statui tacitum ali-
ud expressum, soletque dari diuiso hæc de solo voto solemni: expressum quod fit verbis de-
terminatis: tacitum quod per habitus susceptionem significatur vel alias circumstancias.

Votum externum duplex tacitum et expressum.

Quinta Conclusio. Votum solene est quod susceptionis status immutabilis co-
nstituit, quale est illud quod ad necessitatem est ex Ecclesiæ decreto susceptioni ordinis sacri per
quem immutabiliter dedicatur quis statui Ecclesiastico: Et illud quod continetur professione
religionis approbatæ iuxta explicationem dandam.

Votum Solene

Simplex vero votum quodcunque aliud quod non habet hæc quæ diximus de solemni dicemus.
Tenant autores votum solemne debere omnino habere duas conditiones et si alterutra exhis
deficiat non sit proprie et in rigore solene. Prima est vt sit omnino absolutum et consequen-
ter de se perpetuum. Alia est vt persona reddat inhabilem vel ad Matrimonium vel ad
alios contractus suæ materiæ repugnantis, deficiente prima conditione etiam si ad sit se-
cunda votum non erit proprie solemne absolute sed simplex. Exemplum potest dari de vo-
to nostræ Societatis quod quinis emittit post biennium probationis peractum, hæc enim
reddunt etiam personam nostræ Societatis (licet his tantum votis ligata sit) inhabi
lem ad matrimonium contrahendum, et contractum dirimit iuxta determinationem Gre
gorij 13. et tamen hæc vota sunt simplicia, licet vocari soleant simplicia solemnia, quia
post emissa in religione approbata faciunt verum religiosum et invalidant contrac

Votum Simplex

Conditiones voti solemnis quibus in validum est.

tum Matri-

tum Matrimonij, quia tamen ab his liber quis potest fieri et mutare statum Vbi fuerit ab
tus, non sunt perpetua atque ita non absolute solemnia: loquor de votis nostrae confed
plicibus, nam habet religio nostra alia vota solemnia absolute quae professi emittunt.
Sylua omnia vota siue in religione emissa exceptis solemnibus, siue extra religionem re
fectum duarum conditionum dici sunt simplicia.

Votum reale, et personale

Sexta Conclusio. Votum reale est quo promittitur pecunia vel aliqua res
nia estimabile. Personale quod solum est de aliqua actione persone vouentis cons
hendendo sub actione omissionem seu priuationem, licet verum sit aliquando votum hab
se esse de re pretio estimabili, vt si quis vouerat manibus suis in aliquo hospitali labora
lla enim actio potest redimi precio iudicio prelati, magis tamen denominatur personale ab re
uet, quia fit ab eo cui virtute equiualet, quod necessario distinguendum et cognoscendum, quia
datur facultas commutandi vota personalia etiam tale votum sub hac conditione claudere fer
Solet in hac diuisione addi his duplicibus votis adhuc votum mixtum quod praeter alte
hominis etiam sumptus tales includit. Possunt autem haec vota mixta dupliciter fieri.

Votum mixtum duplicitur fit

Primo quod qui vouet exsua tantum voluntate actionem coniungit cum aliquo sumptu
ligna alia re, vt hinc sunt in re duo vota, alterum reale alterum personale.
est mixtum ex natura actionis postulantis sumptus vt est Peregrinatio, et haec est omnino p

Secundo

Votum malum triplex

1m

Ex parte materiae praua

Septima Conclusio. Votum malum est quod fit circa materiam prau
et in capacem, nec est verum votum sed tantum apparens ut dicemus infra.
Est et aliud votum malum, quod licet sit de materia bona et capaci, sit tamen ex ma
intentione vouentis, male nempe fiue ipsius actus, qua de re etiam infra.

2m

Ex parte intentionis vouentis.

Votum bonum est quod huic priori opponitur. Multo alias votorum diuisiones quae o
passim occurrunt, et hic aliquid in se continent difficultatis.

Quarti:

QVÆSTIO II.
De materia voti.

Duplex solet assignari materia voti, alia proxima, alia remota. Proxima est ipse actus faciendi vel non faciendi: Remota, res ipsa quæ voto obligantur. Nos potissimum de actibus ser de materia proxima agemus, quia vero actus sunt etiam de aliquo obiecto intrinseco, simul quoque hic intelligemus quid de materia remota sentiendum sit. Triplices autem possunt esse actus qui obligentur voto, mali, indifferentes, et boni, de singulis videndum an materia voti esse possint, et an omnes.

Materia voti duplex proxima, et remota

actus triplices qui voto obligantur.

DVBITATIO I.ª An de actu malo potuit esse votum.

Actus malus duplex

Actu duplicem posse esse actum malum, alterum ex obiecto quia est circa rem in se malam, idque aut venialiter aut mortaliter, alterum ex fine vel alijs circumstancijs, dum modo et finis hic et circumstancia teneant se ex parte materiæ et non tantum voluntatem bonestis inficiant. Possunt etiam aliquando interuenire aliqua circumstancia turpes cum actu honesto, et de his omnibus est difficultas in præsenti.

Votum de actu malo non potest esse.

Prima Conclusio. De nullo actu malo potest esse votum est communis. Probatur tum quia nemo obligatur nec obligari potest ad peccandum, tum quia votum debet esse de re per quam colatur Deus, sed opere malo non tam colitur quam potius irritatur Deus. Ergo, tum quia materia voti debet placere Deo, sed actus malus non potest placere Deo Ergo.

Jefte Vouendo et occidendo filiam peccauit

OBIECIES Votum Jephte de occidenda filia videtur fuisse de re mala, et tamen fuit validum ac seruatum cum enim hic fuerit vir sanctus vt patet ex Epistola ad hebreos Cap 11 procul dubio cognouisset se fecisse rem illicitam cum dixit. Rŭdeo Non desunt qui dicant Jephte non occidisse filiam, sed eam inclusisse more sanctimonialium ad seruandam Castitatem Verum dicendum hic respondeo bm in terre scripturæ, et communior est Sanctorum patrum Sententia eum vere immolasse ex voto filiam. Docet ergo D Thom: hic cum alijs Jephte tam bonum non inuolando peccasse, neque eius votum fuisse verum, nec refert quod ad Apostolo ponatur in Catha-

tur in catha-

ture in Cathalogo sanctorum, nam ponuntur ibi et illi qui aliquando peccauerunt ut patet de Iosue, Gedeone, Dauide, &c. potuit autem Iephte penituisse, poterat etiam ignorasse fore sibi licitum, si quidem inter Iudæos erat communis sententia quod necesse esset quecumque votum seruari, deducunt id ex multis scripturæ interpretes.

Votum de re bona exparte finis mali nullum.

Secunda Conclusio. Votum de re in se bona, mala autem ex fine tenente se ex parte materiæ non est validum. Decus si sit tantum finis malus afficiens ipsam voluntatem vitiatis. Verbi causa Casus primus est. Si quis voueat diuinum concursum ad occidendum inimicum. Ratio est quia huic finis reddit ipsam materiam malam quæ non placet Deo. Casus 2.ª est. Si quis voueat ingredi religionem ut aquirat pingues Abbatias ex qua habeat vnde viuat decenter, voueat Eccliæ suam vt occidat inimicum. Ratio est quia huic rei finis peccatrix. Excipiuntur quædam

Votum religionis propter bonum primatum est validum

ei potest, etiam si peccet ille qui mala voluntate motus est, habeatque hæc res finem bonum, acceptat ergo Deus illam voluntatem eiusque bonitatem, non quam habet ex fine malo sed ex ipsa materia. Sed quod diximus in conclusione docent communiter Theologi in 4.° dist. 39 Rychar: art. 1.° Durandus in 3 distinc: 39 quæst. 4.ª. Sumitur verbo votum. Suar tom. 4.° Illud tamen notant autores si illud motivum malum, et circumstantiam malam primario

Si voyens principaliter intendat circumstantiam malam, votum nullum

intendit voyens, nec voluisse obligari ad efficiendum illum actum bonum propterse, sed propter talem finem, sic quia talis circumstantia et talis finis exprimaria intentione voyentis per modum vnius obiecti indiuisibilis cum illo actu, et quoniam redditur materia mi caparo bona votum nullum erit. Quod si secundaria fuit tantum intentio finis mali vel circumstantiæ prauæ vero actus boni, tunc procedit doctrina conclusionis.

Votum perse bonum, propter malum finem validum.

Ex dictis colligitur primo, si quis tale votum faciat daturum se Eccliæ suam aut discipinam votorum si hoc aut illud peccatum admiserit, validum esse votum hic enim res bona vovetur promittitur. Colligitur secundo etiam tale votum validum est, huicque simile dabo. Eccliæ suam si filius mihi nasceretur ex meretrice, dum modo conditio hæc non intendatur perse, sed tantum per accidens, tenetur illo modo promissio ad actum turpem, ita docent Caiet. Syluest. Nauar. Cap. 12. num. 32 et 32. Probatur quia hic non esset ordo perse ad actum turpem, sed illo supposito esset ordo ad effectum eius qui bonus est, neq; vero hic vovens intendit Deum facere autorem

actionis.

dinis, neque vult per votum auxilium obtinere ad illam, sed cùm alius supponat se facturum
dem actionem cupit obtinere à Deo ut ex ille turpi facto tale bonum eliciat. Idem dico si
el votum ingratiarum actionem pro aliqua re turpi obtenta dum modo in materia sit ca-
ci esse, nec ratione illius circumstantiæ sit illicitum. Verbi causa vouit quis Missam pro
storia iniusta ram parta, neq; enim hic pro suo peccato agit gratias sed pro effectu conse-
uto. Unde separatur hic bonitas ipsius effectus ab ipsa malicia. Et hoc intelligi debet
undo manet inde aliquod bonum et honestum, ut si quis ex eo quòd in duello occidit alterum
ibi abstulit honorem, & cum ipso occiso recuperat. Si item Rex iniuste intulit alicui
ellum, regnum tamen acceptum iuste obtinet, tunc non agit per votum gratias pro illo medio
hane nempe, sed pro eo quod per tale medium assecutus est, quod quia honestum et bonum
t, potest pro illo votiva gratiarum actio fieri. Secus esset si Rex iniuste inferetur bellum & in
per potiretur acceptum regnum. Venere etiam aliquid ad sui incolumitatem cum addi-
ne dictum verbi causa, vel aliquid periculosum iniuste susceptum, valet votum si quis sepa-
ad tutum in columitatem ab eo quod est per tale medium illam assequi et victoria iusta & prohibita.
Colligitur 3to Si Meretrix verbi causa faciat votum faciendi Eleemosynam si habuerit
ertinam, verum erit votum. ratio ex dictis colligitur.

Votum ingratiarum actionem prorsus iniustæ, est damnandum, supposito etiam intentione circumstantiæ mala.

Votum meretricis dare Eleemosynam ex re quæstor est habendum.

DVBITATIO. 2da Vtrum de actu indifferenti possit esse votum:

Conclusio. De actu indifferenti ut indifferens non potest esse votum: potest tamen poterit
m, sed ad aliquem finem bonum ordinetur. Ratio primi est quia id quod vovetur Deo debet
placere ut dicimus, actus autem indifferens ut talis est non placet Deo. Ergo.
ia 2di est quia ut sic deponit actus ille indifferentiam induit que rationem boni, verbi cau
quis vovcat non transiturum se hanc vel illam plateam, ut non habeat peccandi occasionem.

Votum de actu indifferenti quando potest esse et quando non.

DVBITATIO 3ta Vtrum de actu bono sit votum.

Multiplices sunt actus boni. Primo alij quos præceptum imperat, alij quos consilium. Secundo
sunt actus boni seu bonitas ipsorum sumi comparative, ut alijs sint minus boni, vel magis boni
ve meliores. Tertio sub his actibus bonis potest et illud sectari sint ne possibiles vel no. de singulis dicemus.

Actus boni possunt esse materia voti, eque multiplices sunt.

Prima Conclu:

Votum debet esse de actu meliori, non respectu boni, sed mali.

Actus præcepto imperati possunt esse materia voti

Actus præcepti simpliciter sunt liberi

Maritus aut Uxor habens votum castitatis petendo debitum peccat petendo debitum.

Prima Conclusio. Certum est materiam voti esse actum bonum et honestum, ita communiter omnes et sequitur ex dictis. Dices docent communiter autores votum debere esse de meliori bono Ergo non simpliciter actus honestus et bonus est materia voti, sed ille tantum qui est ad opus bonum, sed ad oppositum bonitati, ad actum nempe malum Vt bene notat Toletus libro 4 cap. 17 num 6 et alij communiter.

Secunda Conclusio. Actus honesti præcepto imperati possunt esse materia voti ita D. Thom. hic cum suis. Durandus in 4° distinc: 38. quæst 1ª num 6. Antoni 2ª parte tit. 2 § 1° Sylue verbo votum 1° quæst 2ª Nauar Cap 12. num 25. et alij sumitur. Contra Tabienam verbo votum 1° num 2. Supplementum.

Probatur Conclusio Primo quia actus præceptus licet aliquo modo sit necessarius simpliciter est voluntarius et liber Ergo secundum hanc rationem potest esse materia voti. Negue refert quod fit minuria diuinâ aut humanâ legi quasi non sentiatur esse sufficiens ad obligandum, enim potest fieri vtramentum de rebus lege imperatis Vt patet in Capite Ego N. de mentis Capite Cum in Ecclesijs et alibi, et tamen non sit præterdicium legibus ergo Vere enim lex est inse sufficiens ad obligandum licet dici possit insufficiens facto ut dicunt Theologi, id est ad extorquendum actum hominis, solet enim homo resistere legi et plerumque alia vincula, Vt maxime si plura sint.

Probatur 2do Quia alias Uxoratus habens votum castitatis petendo debitum non peccaret, et religiosus siue Sacerdos fornicationem admittens, non peccaret contra votum licet concedantur ab autoribus contrariâ sententiâ, absurda tamen sunt 3ª multis existimo hoc esse dogma censetur. Imo ex legibus Clarum est habentes votum castitatis fornicationem maliciam contra religionem præter violationem præcepti admittere Vt patet ex Capite impudicas 27 quæst 1ª, Et Capite Virgines. Et censent autores hanc circumstantiam esse explicandam in confessione an sit facta fornicatio contra votum castitatis. Nec refert quod aliquando in meretrice vsus concubinæ in Clerico vocetur fornicatio, ita vocatur excessus ille, ad distinguendum eum ab adulterio et à bigamia ut notant autores

Solus ebr

Notus etiam hic notat non omnino expedire vota de rebus præceptis facere si quidem ad hoc sint vota vt fremiores efficiantur in bonis operibus, cum igitur ex lege diuina simus iam obligati, non videtur expediens nouis vinculis nos adstringere ad occasionem peccadi procurare.

Tertia Conclusio. De actu libero id est de eo qui præceptus non est potest fieri votum. Probatur. Votum est minus bono oblatum, illud autem vel maxime est minus quod est indebitum, id est quod potest homo facere vel non facere. — Actus liber potest esse materia voti

Nota quod huiusmodi actus liberos esse duplici differentia, nam alij non solum bene fieri possunt sine impedimento maioris boni, verum etiam sunt de se aptissima instrumenta ad consequendam perfectam bonitatem et honestatem, vt sunt abrenuntiatio temporalium, custodia castitatis, et obedientiæ professio vocantur Consilia Euangelica. Hæc sunt præcepta materia voti. — Duplex differentia actuum liberorum

1 Qui disponunt ad statum perfectionis.

Alij actus sunt qui licet non tam peculiariter ad statum perfectionis tanquam propria eius instrumenta, quam potius ad communem statum virtutis pertinent, quia tamen de se non impediunt maiora bona, sub hac ratione operibus super erogationis annumerari solent, quamuis etiam sint bona aliquomodo præcepta. Talia sunt Ieiunare - Eleëmosynam facere &c. Et de his etiam certum est posse fieri votum: denique actus sunt non impedientes quidem maius bonum, non tamen vt sic ad statum etiam communem virtutis spectantes, sed tantum ad corporis et præsentis vitæ commoditatem pertinent, vt sunt comedere, bibere, quando opus est ad conseruationem naturæ, de his est dificultas an possint esse materia voti.

2 Qui ad communem virtutis statum disponunt.

Quarta Conclusio. Si huiusmodi actus vocantur quo ad specificationem, tenet votum, si quo ad exercitium tantum, propter aliquem tū finem, vel sub motiuo aliquo ratione consentaneo, regulariter non tenet votum. Vt hanc conclusionem intelligas Nota 1° Quis actus vocetur quo ad specificationem, quando sic vel sic exercitus vocatur, verbi causa si quis vocat ludere non absolutè, sed si luserit, honeste luere; quo ad exercitium vero quando ipsum exercitium actus vocatur verbi causa vocat ludere seu Comedere absolute. — Actus liberi dupliciter vocantur et quando obligant.

Nota secundo.

Omissio an excusetur actus voto firmati sit cum maiori gloria Dei et comodo animæ semper attendendum.

Nota secundo. Dixi regulariter de voto hoc modo facto, circa huius modi actus tenere, nam ut teneat duo requiruntur, alterum est ut finis propter quem talis actus capitur possit sub votum cadere. Verbi causa. Venco comedere hunc vel illum cibum quatenus confert ad vires augendas pro maiori obsequio Dei: Alterum est ut ordinatus ille actus ad hunc finem sit magis conducibilis ad diuinum obsequium animæ spirituale, quam eius omissio, nam si eius omissio sit cum maiori gloria Dei & cum maiori bono animæ, iam hunc votum non tenebit etiam de exercitio actus nisi forte aliqua alia circumstancia interueniret hanc materiam, nam potest accidere ut licet recreatio verbi causa fiat in leuamen tantum naturæ, quia tamen ipsa est talis ut recreationem illa ipsi procurare sit valde rationi consentaneum eo quod sit digna, vtilis. Siquæ multum sit posita, hoc ipso iam votum deseruit actione faciendo ab ipsa susceptum est vatidum, atque licet etiam omissio recreationis sit ad maius Dei obsequium, & ad salutem ipsius animæ magis conducibilis exercitium actus qui vouetur, tamen ex hac circumstancia persone huius votum tenebit. Confirmatur quia potest eo deuenire hæc circumstancia persone, vt etiam sit præceptum faciam sit illi persone exercere illum actum. Ergo potest absolute in hac persona esse materia

Actus impedientes maius bonum non sunt intra votum.

Dices. Quid si illud leuamen naturæ possit alio remedio obtineri, et non illo actu voto, tenebit ne votum. Respondent autores tenere, si quis tamen aliud adhibeat remedium illum finem consequendum, voto satis facit, nec iam ad illum actum obligabitur. Ita Suarez.

Ex dictis colligitur primo. Actus qui sunt maioris boni impeditiui non posse esse materia voti, dummodo ita impediant vt personam reddant inhabilem naturæ sua ad operameliorem, quale est votum de voluntario matrimonio meum oc: nam sunt aliqui actus minus boni qui non impediunt hoc modo, sed tantum ex ea parte quia quam diu sunt, non possunt fieri meliores, poterunt tamen postea fieri, vt studium impedit orationem, de fabbus votum tenet, hi dicuntur impedire meliora, actui illi aptitudine. Dixi votum de matrimonio voluntario esse invalidum nam potest aliquando accidere ut matrimonia possit esse materia

Matrimonium quando possit esse materia voti.

Primus Casus est. Si sit periculum incontinentiæ, quando cum persona est fragilis

Vitandum Co

Qui ed periculum incontinentiæ

tandem carnis lapsum, iudicio prudentum melius sit illi nubere quam uri, tunc propter hunc
non emissum votum tenebit. Ita docet Caiet. Manar. Cap 12. num 43. Lopez 1ª parte Cap 44
Sotto de Sponsalibus dispnt 4ª num 7º. Illud tamen monent autores quod non obstante
dicto fere semper est licitum illi qui tale votum emisit ingredi religionem, & tentare alia
media quibus innetur ad seruandam continentiam, atq; ita omittere vel suspendere talis voti exe-
cutionem ratio etiam patet ex dictis quia assecutus est finem intentu aliis mediis vel saltē assequi potuit.
Dixi fere. quia si melius et securius est illi nubere quam religionem verbi causa ingredi vel
alia seruari ad seruandam castitatem, tunc votum determinate obligaret ad matrimonium, nec
posset tutiore licitum esset.

Secundus Casus esse potest in quo matrimonium sit materia voti si votum ducendi aliquam 2º
ratione misericordiæ vel pietatis, vt cum quis voueat ducere meretricem ut eam a statu malo ab- Ratione misericordiæ
dicat vel pauperem cuius integritas periclitatur ut ei subueniat. Ita tenet Henric vel pietatis.
lib. 2 de Matri: num 6 Cap 5º. Vbi tamen notat tale votum non obligare ad exercitii-
um actus quasi is sit obligatus in re matrimonium, sed tantum quo ad specificationem, id est
si velit Matrimonium talem velit & debeat ducere uxorem.

Tertius Casus est Quocies cunq; Matrimonium est sub præcepto potest etiam esse ma- 3
teria voti. Posset autem esse sub præcepto ex duobus capitibus, tum ob necessitatem generis hu- Quando est matrimonium
mani tum propter commune bonum et pacem alicuius Regni vel prouincie, tum ad legitimandos sub præcepto.
filios ex Concubina genitos; & illius honori consulendum, vel obreparandum nocumentum ali-
cui persone maxime si ad fuit promissio ducendi illam. Ratio horum est quia tunc votum
non impediretur maioris et melioris boni, si quidem supponitur homo sufficiens ex impeditus
non posset altiorem assumere statum, & ita hypotesi hac facta, tale votum redundaret in
maius bonum boni. quia confirmat illum in bono quod facere tenetur. Quæ ergo
dicta posset fieri votum de rebus præceptis in alia materia, potest etiam fieri in hac.

Quæstio
Vouere religionem laxam obligat ne votum.

Quares 1º. An vouere possit religio laxa. Ratio dubitandi quia ex una parte est status
melior, ex altera reddit hominem inhabilem ad meliorem statum perfectiorem verbi cau
religionem. Dico, tale votum validum esse et licitum quia vouens amat illa est bona &
melior quam eius oppositio; imo etiam melior quam alius qui emq; bonus status, licet de iure alius multo
to melior.

to melior, nec enim requiritur vt votum sit de maximo bono.

Quæstio
Votum non suscipiendi Clericatum vel Episcopatum an sit validum.

QUARTO 2do An votum non suscipiendi sacri ordines siue Episcopatus sit validum. Ratio dubitandi est, ex vna parte videtur teneri quia bonum est fugere honores: ex altera parte, est status perfectionis, quem remediare non videtur honestum, videtur etiam esse impedimentum maioris boni. Rndeo Quo ad votum de non suscipiendo dico non teneri, tum quod status hic est res sacra, tum quod habeat votum castitatis annexum. Ergo omissio illius non potest esse melius bonum, ille autem honor qui hunc sequitur non exponit periculo suscipientem. Quamuis si status Clerici haberet ecclesiam curam animarum, vel etiam beneficium satis pingue, tunc ob pericula quæ hinc quandoque spectata natura personæ non posse esse materiam voti, omissionem ipsius consulerem tores. Quod ad Episcopatum attinet S. Thom: 22 quæst 185 art 2 ad 3 docet

Votum contra bonos mores nullum.

le votum fiat de non suscipiendo Episcopatu vel alia simili prælatura, etiam si Pontifex aliis qui possit præceptum imponere vel præcipiat, tunc votum est nullum quia contrarium Si autem votum fiat de non procuranda prælatura aut Episcopatum, vel etiam non

Votum diseretum

cessando donec is qui potest præcipiat, sic votum discretum esse Sanctum Sotus quia desse est valde utile ad spiritualem profectum, occludit enim viam ambitioni nat affectum honoris ac dignitatis, vt non impedit aliquod maius bonum Contra Quia licet Status Episcopi dicatur perfectionis, quia supponit vel requirit perfectionem

Status Episcopalis multis expositus periculis.

eo qui tale munus assumit, non est tamen adeo aptus ad comparandam propriam perfectionem quin potius desse multis est expositus periculis. Notant nihilominus autores si ad communem sorte industria talis esset vt ad bonum communis expediret eum fieri Episcopum, tunc eum non teneretur de non suscipiendo Episcopatu. Ex hac ergo doctrina inferitur negativa ris boni, quod neq; est in consilio, neq; in præcepto etiam posse esse materiam voti, quia actus ille in se sit bonus et honestus, quia tamen est impeditivus maioris boni, ideo omissio erit materia voti incapax, ut est votum non nubendi non tudendi &c.

An votum de vitando peccato omni teneat.

QUARTO 3tio. Vtrum votum non peccandi teneat. Rndeo Varie hoc fieri posse vel de vitando omnino peccato omni siue mortale siue veniale sit vel omnes mortalia omnes Ratio quia est de re impossibili, impossibile enim est vitare omnia peccata

diam ex surreptione id q⁹ quamuis adsit gratia ordinata, nisi adsit speciale privilegium, ita
Suar. Dotus et communiter omnes. Quamuis Suar. hic lib 2. Cap 3 dicit enim qui tale votū
fecit quamdiu non commutatur vel non dispensatur de illo obligari ad vitanda omnia pecca
ta deliberata vel saltem mortalia, quā hæc pars obiecti illius videtur esse possibilis, non
tamen se connexa cum alia parte impossibili, vitare nempe omnino omnia etiam illa quæ ex sur-
reptione obveniant, atq; ita supponit Suar. hoc votum aliqua ex parte quatenus nimirum
possibile, tenere? licet etiam illa Navari doctrina practice et secure quis sequi possit.

Votum de cavendo omni peccato quatenus possibile tenet.

Votum tale facile impletur per gratiam Divinam.

Secundo esse votum de vitando omni mortali. Tunc tenet votum, quia licet hoc sit im-
possibile per naturam, at possibile per gratiam. Notat tamen Navar: facile dispensandum in
voto, neq; esse consulendum regulariter quia parum utile est, potest esse occasio grauis
peccandi: quoniam rari sunt homines qui ita gratiæ Dei cooperentur ut nunquam mortaliter
peccent. Dixi regulariter quia in homine constante et qui auxilio divinæ gratiæ ex
modo est poterit esse utile et temeritati carere.

Potest tertio esse votum hoc de vitando omni veniali deliberate, et hoc quoq; tenet, ob e-
andem rationem quam diximus de omni mortali: licet illud verum sit adhuc minus consulen-
dum quam primo, minusq; expedire illud facere, quia plus potest obesse quam prodesse ut
ita dicimus. Potest denique fieri de vitando omni veniali etiam ex surreptione, et votum
istum est quia de materia impossibili. Patet ex dictis.

De vitando omni veniali deliberato votum tenet.

De venali ex surreptione nullum.

Quæres. Quid dicendum de illis votis quando additur materia possibili, seu
potest non das impossibilis seu illicitus. Exemplum primi est vovet quis peregrinationem
ad limitanam flexis genibus cum mendicatione. Exemplum secundi est vovet quis eandem
peregrinationem nude incedendo.

An votum exercendi actum aliquem per modum illicitum teneat

Secundum Suarezum obligare nocta id quod est possibile, nisi principalis ratio
moveat fuerit pravitas illa vel impossibilitas, vel nisi fabula conditione voluisse se tenuit
se obligare: constet, quod ex ipsius intentione est cognoscendum, si enim noluit se obliga-
re nisi illo modo, nulla est obligatio, atq; ita nec ego teneatur ire. Neq; enim hæc ar
gumentia est materia ipsi accessorio, sed videtur esse principalis respectu motivi et intentionis.

Istatale vote intentio attendenda, circa quid principaliter fuit

Quæres. Quid si sit dubium de intentione. Rideo tunc faciendum libertati voventis,

In dubio de intentione quid faciendum.

nisi materia sit talis ut ostendat illum modum accessorie se habere, quod non potest comodè re explicari, facilè tamen in particularibus casibus id cernitur.

QVÆSTIO III.

De personis quæ vouere possunt.

Prima Nota. Triplicem personam posse considerari de qua disputaretur an possit vouere Diuina, Angelica, Humana. Et ex hominibus alij sunt viatores quia adhuc in mortalitate degunt, Alij comprehensores qui cum Deo in cælis regnant. Jam quo ad viatores attinet eos multiplici differentia esse in bonio, quantum ad præsens spectat, alij sunt omnino liberi, nullius quo ad dispositionem rerum suarum sui iuris subiecti: Alij subiecti alijs. Hi omnes spectari possunt vel antequam habeant vsum rationis vel post quam vsum rationis habeant sufficientem.

Secundo Nota Tria nos de votis harum personarum inquirere posse Primo An licite Secundum an valide et cum obligatione Tertium an possit irritari votum ab eis emissum, et à quo. Verum duo tantum priora persequemur tertiũ sequenti quæstioni remittentes.

DVBITATIO I. An Deus et Angelus vouere possint et vouerint.

Prima Conclusio. Deus ut Deus vouere non potest nec vouet. Ratio est quia non habet se superiorem cui cultum exhibeat. Vnde tantum Deus promittit in beneficium gratiam adiicens, non autem in obsequium et cultum. Dixi ut Deus, quia diuina persona in assumpta natura creata (ut de facto est persona christi domini) certum est quod possit vouere emittere, Vita christus dominus potuit votum facere licet an de facto fecerit incertum sit. Ratio primi est quia quo ad naturam humanam subiecta fuit Deo, et ita licet voluntas christi vnionem naturæ humanæ cum persona et natura diuina fecerit firmatam in bono, quia tamen tum non solum fit propter firmandam voluntatem sed etiam propter ipsam honestatem ex obiecto actus, potuit omnino ille de ordinaria potestate etiam facere votum, sine arguitate

Deus vouere non potest. quia maiorem se non habet.

Christus exparte humanæ naturæ potuit vouere.

Ratio

ne paupertatis.

ne perfectalis, sue obedientiâ, non quidem homini prestande id enim non decebat, sed Deo, & maximè hominum procuranda salute, et offerendo se in sacrificium pro Ecclesia sua, cum præsertim semel firmata voluntas in bono possit ad hæc alio titulo et alio modo firmari, ut pluribus titulis et modis Christus nunquam faciebat votum
debeatur Deo. In vero emiserit Christus dominus Votum in certum esse dixi, ita communiter docet
autores et colligitur ex D. Thoma 2, 2 quæ 88 art 2 ad 3 vbi dicit Christo non competebat vo-
uere, id est non fuit necessarium, nec refert quod scriptura quædam quæ applicantur Christo
nominent vota eorum quasi ab eo facta sint. Notant enim patres id ideo fieri quia Christus gessit e-
nim vt sacramentum religionis satis facere videretur, ita loquitur Hylarius in Psal: 131

Secunda Conclusio. Etiam Angelus capax est faciendi vota, de potentia tñ Angeli, et anima beator sunt capaces ad faciendi vota.
ordinaria illud non emittit, idem dico de spiritibus alijs seu animabus beatis.
Ad primi est quiet subiecti sunt Deo et libertatem habent necessariam, nec desunt quæ promittat
fiue sint opera seuere erogationis, siue quæ sunt sub præcepto verbi causa diligenter custodire ho-
rum verbum incarnatum adorare &c
Ratio secundi est, quia naturalis iam nunc conditio Angelorum, & spiritum beatorum non ti-
detur accomodata ad vouendum faciunt enim omnia et facient immutabiliter, caritate fer-
uent, non indigent excitatione & maiori obfirmatione.

DVBITATIO 2da An qui sunt subiecti alijs vouere possint,
et quomodo se eorum vota habeant.

Tripliciter potest esse aliquis subiectus vel quo ad se, vel quo ad aliquid sui, vel quo ad vtrumq; Subiecti alijs quomodo teneq; vouere
Quod se totus voluntas sit subiecta alterius voluntati: quo ad aliquid sui seu ratione materiæ an possint, et quando teneatur
sibi quæ possunt cadere in votum, sunt etiam sub voluntate alterius: in aliquibus vtroq; est sub Votum.
ditum. Primo, tertio, modo subiecti sunt religiosi et filij impuberes. Secundo modo ser-
ui, vxor respectu mariti sui, Hi possunt esse subiecti vel quo ad omnia vel quo ad
aliqua tantum.

Prima Conclusio. Potest quinis subditus etiam ille qui ad voluntatem alteri sub- In materia licita votum
ditus aliquid vouere in materia licita ita D. Thom: 2ae 8 ad 4 quem sequitur Cajet. Sub iecti, est licitum.
de Nazar Cap 12 num 67 Syl ver votum 3° quæst 3. Contra richardum in 4 distinc
38 art 1 quæ 1°. Palud. quæst 3 art 1°. Angelum & Rosellam.

Ratio conclu:

Ratio conclusionis est quia non est cur non liceat, et cur prohibitum sit ut filius impubes ... ut castitatem et religionem sine licentia parentis. Cur item uxor non possit uouere modicum ... orationem ac similia, idem dico de seruo et de religioso iuxta eosdem autores. Ergo ... et valide uouebunt, licet non sit firmum eorum votum, potest enim a superioribus ... irritari, validum tamen erit quamdiu non irritetur. Antecedens patet, necenim ... ius naturæ, uouere rem sibi licitam præceptum enim nullum supponimus esse positiuum, ... nans et prohibens huius modi personas à uouendo. Confirmatur quia non est ratio ... non possit religiosus saltem ea quæ ex regula tenetur facere, vel quæ ex præcepto diuino, uouere ... Vita pluribus titulis offeral se deo, et sibi obligatus.

Obiicies 1. Capite Monacho 20 quæst. 4 dicitur, Monacho non licet uouere ... sine consensu Abbatis, si autem uouerit frangendum esse. Idem in Capite Manifestum 33 ... quæst. 5ª de uxore dicitur. In Capite etiam significatum de regularibus num. 3 dicitur ... votum religionis ante pubertatem emissum non obligare uouentem. Idem habetur Cap. ad ... feras. Ergo non ita se habet id quod diximus in conclusione.

Rñdeo. Quoad primum caput non habetur inter Canones Ecclesiasticos licet illud ... Mart. alleget tanquam sit Canon Concil. Agatensis, error videtur esse, nam in hac concil. ... non habetur hoc caput, sed aliud in quo nihil est. Illud autem Caput videtur sumptum ex ... Basilio, qui non loquitur de voto ut constat ex sermone 2. de institutis Monachorum, et ... constitutionibus Monasticis Cap. 28. Sensus ergo ipsius est ut religiosus dedatse post ... ita obedientiæ, et omnia, etiam laudabilia opera non faciat sine sententia superioris. ... Quod si alicubi idem doctor dicat non licere religioso quidquam facere sine ambitus sen- ... tentia, non loquitur de præcepto sed de perfectione vel illud sine sententia idem est ac si illo ... contra sententiam. In capite de uxoribus agitur de voto in materia de spondendi ... voluntate Mariti quod eo minuram illa pertinet ad uis Mariti vel cedit in præiu- ... dicium fieri auferatur. In Capite significatum sermo est de voto religiosorum, ... de ipsa nempe professione ut patet.

Obiicies 2ª. Ad votum requiritur voluntas, sed religiosus nec de ...

nec uolle su-

nec velle sunum habet. Ergo non potest vlla vota facere valida sine facultate superioris.

Rides Minoris non est is sensus quasi ita non habeat sunum velle et nolle, vt nihil possit licite validè velle nisi quòd ille positiue ordinatur aut conceditur, neq; enim hoc religiosus vouit, neq; id esset conueniens, imo neq; humano modo possibile. Sed quod nihil possit licite et valide velle contra voluntatem superioris, neq; ita posse proponere ad agendum vt non sit paratus ad omittendum illud etiam bonum si superior vellit. Vbi tamen peccatum non intercederet in imperio. Et ita intelligi debet quod agit sanctus Basylius cum nec ad punctum temporis habere potestatem sui ipsius.

Obiicies 3to. Ecclesia statuit vt omnia vota ante professionem emissa per professionem religiosam extinguerentur propter vitandum periculum transgressionis. Ergo non potest religioso imponere sibi noua grauamina propria auctoritate.

Rides hoc ideo Ecclesiam statuisse de votis præteritis quia commutantur in votum melioris religionis. Sit non sequitur non posse alia postmodum fieri si quidem cessat hæc ratio commutandi in melius, supposito quod iam sit facta professio.

Ex dictis colligitur 1°. Quæ vota religiosorum et de quibus materijs sint valida, quæ irrita, quæ fierent in materia necessaria præceptorum, quæ in essent dirimendis horis vel non mentiri, valida essent et tenerent donec irritarentur. Notant tamen autores quod licet in vouente hæc quæ diximus non sit necessaria illa conditio si superior approbauerit, est tamen necessaria illa si et quamdiu non contradixerit, non quidem ipsi actui legi imperato sed vinculo ad illum actum. Deinde idem dicendum de votis circa actus et res, lege et regula religionis imperatos. Præter ea idem esto iudicium de votis circa res alias bonas et honestas, quæ per regulam nec prohibetur nec præcipitur.

Quæres Estne necessarium vt aperiat se cum tali voto superiori, adhuc nil solidi.

Rident autores, id decernendum exinstitutis cuiuscunque religionis: si tamen ad id faciendum opus promissum non erat necessaria superioris scientia, votum obligabit, licet enim religiosus possit imperfecte agere quo ad hoc quia se non aperuit superiori, votum tamen non est causa huius imperfectionis. Nec refert quod fortasse superior resisteret quia id non est certum, et ideo obligatio non est ablata cum materia non sit prohibita.

Si vero pro:

Si vero prohibitum sit ne opus fiat sine licentia tunc votum non est etiam in bali
etiam si fiat sine licentia, licet non obliget ad actum quoad executionem nisi peto
cultas 3ta D Thom. in his omnibus art 8 ad 3 & 4 Cajet. ibidem. Manar. Sco
Monet Cajet. obligari in hoc casu religiosum ad petendam facultatem faciendi opus
quod intelligi debet quantum est ex se, quia si voluerit habuit expressam intentionem
se obligari ad petendam licentiam, sed solum ad opus faciendum quoties conjug
clari licentiam, tunc non obligatur petere. Quando autem absolute vovet id
quod faciendum requiritur facultas, tunc videtur obligari ad petendam facult
quod si eam negat superior liber est à voto, nec opus est declarare promissionem
Illud hæc votum religiosi transeundi ad strictiorem religionem simpliciter et absolute
dum obligat, independenter à superioris consensu. Ratio est quia tale votum est
oribus, quod per regulam prohiberi non potest, nec est contra vim regulæ sed supra regu
Illud tamen adnotant autores ex ordinatione juris debere in hoc casu peti facultatem
Quod si Pontifex ob aliquam rationabilem causam hunc transitum prohiberet tunc non
garet votum.

Denique votum religiosi de actu prohibito per regulam, nullum est, nullamq; inducit ob
onem, etiam si post modum superior dispenset in regula, ita docet Suar. lib 3 cap 6 et deducit de

Ex dictis colligitur 2do. Quid proportionaliter dicendum sit, de quibus cum
aliys subditis, quæ vota eorum, & in quibus teneant, nam in primis quia uxor verbi gratia non
nnibus actibus, nec in omnibus rebus subditur viro, sed tantum in ijs quæ ad usum Matrim
lem externam familiæ gubernationem, de illis rebus valent uxoris vota, atque ali
te incepienter à Marito: de his minime nisi sub conditione si Meretus voluerit ve
senserit. Hinc deducit D Augustinus non posse eam votum abstinentiæ facere nec
aliud si debita aut necessaria conjugij obsequia & onera impediat, actu rebet, quo d inte
debet juxta dicta nisi consenserit. Idem dico de Marito in ordine ad ea quæ pertin
juri uxoris. Sic habetur in Capite Gaudemus: licet enim in aliquibus vir sit
uxoris? at in ijs quæ ad mutuum obsequium efficiunt, pares sunt, ut habetur in eodem
pite.

Ex dictis col

Ex dictis colligitur tertio. Filios quoque familias seu puberes siue impuberes sint
em seruos respectu dominorum, quia quo ad aliqua sunt sui iuris, quo ad aliqua non sunt, po-
aliqua vota licite et illiciter? valide et invalide facere, secundum quod aliqua
sui iuris vel non est. Illud notandum impuberes posse quidem facere votum simplex re-
nonis, et valere donec irritetur, non tamen solemne, id est non possunt professionem fa-
re ante annos pubertatis quos determinauit Concil. Trid. sessione 25 Cap 15 ad an-
m 16 completum, ante hunc qui profiteretur in religione professio nulla, et potest re-
re ad seculum, omnia alia vota personalia incipiunt post illos valere annos, realia
m nisi post 25 annum in nonnullis prouincijs.

Ex dictis colligitur quarto. Episcopos non posse votum suscipere quo vinculo
er quod suis Ecclesijs addicti delegati sunt, dicimatur, quale est abdicare se Episco
atum, esse religiosum, peregrinationem non longinquam per quam diu possunt ab esse a suis
Ecclesijs, non possunt firmiter, possunt enim licite et valide sed a Pontifice consequi, neq
quidem tunc votum nullum. Si tamen quis antequam eligeretur in Episcopum vouit
religionem, compellitur voto ingredi at se abdicare Episcopatum, quanquam et ad hoc debet
petere facultatem, et si dispensauerit cum tali Pontifex tum firmum liber erit. Notat Syl.
quando Episcopus vouit longam peregrinationem, debet soluere impensas, laborem vero pere-
grinationis vrgutys ac ieiunijs ac alijs pietatis Officijs compensare, verum id facto consilij tan-
tum et perfectionis iuxta dicta supra, si quid tamen reale admissum est, est obligatio illud mi-
nuendi dicimus. Eleemosinas vero et alia pietatis Officia bauere possunt firmiter, quibusqui
non cedit in detrimentum suarum Ecclesiarum.

Quares Quid de Prælatis Canonicis Parochis dicendum. Rndeo Ho
stiensis, Abbas et alij docent posse eos licite et valide vouere religionem eamq; suscipere
dit D. Thom. 2-2 quæst. 189 art 7, id eis etiam Episcopo contra dicente concedi, sed
n tamen facultate quamuis non obtenta. De voto peregrinationis sexto limitanda est ad
veram sanctam. Idem docent eos non posse illud facere firmiter sine consensu Ponti-

fcis aut Epi

ficis aut Episcopi, quod deducunt ex cap. Fraternitati, de Clericis non residentibus.
Colligitur quinto Eos qui usum rationis habent et liberi sunt, suae quo ad personam: suae quo ad res et bona sua, posse vota licite valide, et fructifer facere.

QVÆSTIO IV.

De obligatione voti.

Duo potissimum de hac voti obligatione inquiremus, alterum an, et an semper de omne votum obliget. Alterum quomodo et à quo eius obligatio tolli possit.
Quo ad primum multa facunt difficultatem. Primo qui obligentur voto. Secundo de omni materia et causa, et in quanis materia factum obliget. Tertio quo tempore obliget et an si cesset causa voti cesset et obligatio &c.
Circa secundum etiam varia occurrunt explicanda. Omnia haec in sequentibus.

DVBITATIO I^a An et quos obliget votum?

Votum inducit obligationem in consequentia vt fiat quod Deo promissum est vt ibi dicit loco citatis. Et quodlibeto 3 art 12 vbi dicit opposituum esse Hereticum cum scriptum enim apertedicit vouete et reddite. Psal 75°.

Secunda Conclusio Votum personale non tenetur quis implere per alium si per se ipsum non potest, et hoc siue non possit per se siue culpa sua siue cum culpa, nisi aliud vouerit; secus de realibus. Est sententia communis docent eam Theologi in 4 d 38. Paludanus ibidem quaest 3 art 2 et reliqui sumistae ac Canonistae in cap fraeel de voto. Anton 2 parte libr 11 Cap 2 §° Sylvester verbo votum 1 quaest 10. Angelus votum 3° num 2°
Prima pars probatur. Quia votum personale, est de actu et opere vouentis sed opus alterius non est opus vouentis. Ergo ad tale opus non obligat.

Secunda pars.

Secunda pars probatur quia hæc vota non tam sunt de actibus directe intrinsecum respectum ad bonentem, quam de rebus et actionibus quæ per alios possunt executioni mandari, vel est votum Eleemosinæ non quod debeat et obligetur petere ut alius ex suis bonis faciat, quia enim est factus pauper non tenetur, sed ut ex propriis bonis quæ reliquit fiat per alium illa Eleemosina.

Dices. Quod si votum fiat mixtum et personale nempe et reale?

Rndeo Duplicater potest fieri mixtum votum Primo perse et quasi intrinsece requirens sumptus, vbi est peregrinatio. Sumptus enim hic sunt de se requisiti, tunc cessante obligatione personali cessat realis. Secundo potest se reale habere per accidens vbi quis vovet visitare Sanctum Jacobum, et ibi tot missas, Eleemosinam vel lampadem argenteam, offerre, tunc licet non possit implere votum quatenus personale est, tenetur tamen quatenus reale, id est mittere illa quæ promisit. Idem dico si quis vouit se daturum Eleemosinam propriis manibus. ædificari item templum suo labore, ad reale tenetur non ad personale. Aliud esset si intenderet non obligari ad secundum si non possit implere primum quatenus nempe personale.

Tertia Conclusio. Votum ita solum bonentem obligat ut non possit obligare alium obligatione religionis vta communiter doctores. Dixi obligatione religionis quia ex alia obligatione potest obligare etiam alium vt dicam.

Dices Quid si alter offerat se, et suscipiat in se obligationem? Rndeo licet in tali casu obligatur materialiter, id est ad exequendum illud idem quod alter ex voto debebat, tamen formaliter illa obligatio non nascitur in hoc secundo ex voluntate prima, sed ex sua voluntate, atque adeo ex ipsa promissione, et dicetur hic quodammodo transire aliud votum. Hinc sequuntur vota parentum offerentium filios religioni, vel ad aliquem alium statum, non obligare filios in ætate adulta, vel quando aliquis offertur ad aliquem finem non obligatur nisi consentiat, et tunc quasi renouat illud votum.

Quarta Conclusio. Realis voti obligatio transit ad heredem siue heredi tario cum hereditatis acceptæ. Est etiam communis. Ratio e, quia per votū

reale.

reale sit homo debitor Deo illius rei in quam votum cadit, sed bona defuncti sunt obnoxia solutioni debitorum. Ergo heres ad illa tenetur. Illud tamen monent autores haberi etiam rationem aliquam onerum in illis bonis, et virium hereditatis. Præterea non gratio non est ex religione, sed ex iustitia ratione rei acceptæ. Multo magis id habet locum si hoc præcipiat testator, idque quo ad realia vota, potest enim hoc onus ipsi imponere heredi testator: Imo si etiam suscipiat ultro heres qui voluntarie illi succedit facere satis personalibus votis defuncti, tenebitur ex fidelitate quia libere ita accepit, et voluntarie ipsi bona non debita, et hac conditione ei dantur, ac ea suscepit. Una est testi tali heredi onus hoc, etiam si ipse non præmiserit venienti testatori, imponi, et tenetur facere. Quale onus non potest imponi heredi cui iure debetur hereditas, si quis dixerit. Quæ omnia intelligi volo si fuit voluntas testatoris ut teneat obligatio votis etiam post suam mortem, nam si declaravit se ea suscepisse morte extinguetur heredes ad nihil ex iustitia tenebuntur.

De votis mixtis defuncti an transeant ad heredes, et quomodo dicendum proprie naliter mixta dicta.

QUARES Vota à communitate facta quomodo obligant alias personas privatas.

RESPO. De hac re iudicium faciendum mixta dicta in materia de iuramento infirmitatis difficultate.

DVBITATIO. II. An omne votum obliget:

Varia possunt esse vota, tum si materiam, tum si modum quo fiunt, tum si motiva quæ ducunt ad vovendum, tum alias consideres circumstantias. Verum in quibus modis vota facta obligent constat ex dictis quæstione secunda. De votis etiam quæ tenus ex quibus dam motivis provenerint, quæ sint valida egimus quæst. 1ª dubitatione 1ª et 2ª, ubi etiam de modo faciendi vota, et quæ obligent hoc aut illo modo facta, diximus. Duo ergo hic tantum explicanda superfunt, alterum de votis conditionatis, alterum de dubijs.

Prima Con-

Prima Conclusio. Votum proprie conditionatum tum primum quo ad executionem incipit obligare cum fuerit impleta conditio. Ratio est quia conditionalis nihil ponit in esse quamdiu conditio non ponitur. Dixi quo ad executionem, nam revera stricte atque factum est, cum fit vere votum habet obligationem implendum ubi fuerit impleta conditio.

Quares Licet ne impedire conditionem ne eueniat?

Respondent autores cum distinctione multis modis posse se habere conditionem in voto vel cum effluere apposita quod sit tum in voto poenali vbi si committero peccatum hoc aut illud, ingredi religionem: tum in voto gratitudinis et gratiarum actionis vbi si non committero et vitare voluero hoc aut illud. Et in his certum est licitum esse impedire conditionem, nec cedit contra votum, etiam si fiat pure ad vitandam voti obligationem. Ratio est qui enim sic vouet, prae se intendit vitare peccatum, tum in voto pure conditionato quale esset si Sacrum dicere vole offeram, non enim facio contra votum omittendo voluntarie sacrum.

Confirmatur. Quia si ita alicui promisi, si veneris domum meam et me invenies dabo tibi hoc aut illud, et postea iuvenis illum venire exeo ne me invenat, non sum infidelis quia non promissi expectare. Ergo idem ibi valet, quamvis esset infidelis si quis diceret alteri si non steteris domi meae dabo tibi hoc aut illud, et interim nubet occludi domum, videtur quia in pacto tacite inclusum videbatur esse ne hac fraude eluderetur.

Hic tamen omnibus locum habet intentio vouentis, et ea spectanda est, vel secundo pendet contentio à libero consensu alterius, vel à prudenti consilio, tunc esset contra votum impedire per dim et fraudem illam conditionem, licet non sit contra votum moraliter et omnibus modis procurare ut non ponatur.

Casus primi est quia intentio vouentis constituit vt obligatio pendeat ab alterius consensu et electione. Ergo ab hac non debet impediri.

Casus secundi est quia hoc fieri potest salva libertate electionis et consensus.

Dicendum potest fieri votum sub conditionibus pendentibus à causis naturalibus, et tamen non obligatur vovens ad eas non impediendas, licet obligatur ad procedendum

bona fide.

bona fide et non utendum extraordinarijs medijs illicitis ad impediendam conditionem
verbi causa potuit quis ingredi religionem si Deus ipsi salutem concesserit, is ex voto ob-
ligatur ad eius observationem. Cauendo a speciali cura impedimenta salutis, unde fe-
cit potest comedendo & aut bibendo sine dolo et fraude non peccat contra votum, licet
contra salutem, aliud esset si eximentia faceret hoc.

Secunda Conclusio Quando quis post moralem diligentiam
manet de voto emisso, et non potest ferre probabile iudicium quod illud emiserit
obligatur ad eius observationem. Ratio est quia in dubijs melior est conditio possidentis
quod vbiq; valere dicunt iura vt patet in Capite Iuuari 65 de regulis iuris. Nec
foro etiam exteriori sinon probatur quis voto obligatus non cogitur illud seruare
res manet dubia, cum enim obligatio voti onerosa sit, restringenda a fit non ampliand
Illud autem axioma in dubijs tutior est pars eligenda, consulit est non præcipit
autores docent, verum de hoc axiomate pluribus in materia de matrimonio

Tertia Conclusio Quod si constet de voto facto, dubium tamen
valore vel duratione voti, tunc pro ratione impedimentorum valorem impedien
licandum est. Hæc conclusio explicatione indiget. Inprimis ergo si dubium fit
tentione vouendi et se obligandi, verba eorum; proprietas attendi debet, quæ
brigua sunt: benignior interpretatio sequenda. Quod si non constet verba a propri
nificatione esse detorta, præobligatione voti iudicandum. Preterea si tantum sit du
de dispensationis, tunc si fiat defectus vsus rationis ratione ætatis, votum nullum, quamuis
tant autores posse aliquorum vota simplicia ante septennium facta esse valida: quod
accidenti, iudicandum iuxta dicta quæst 1a dubio 2o Conclusione 2da.
Quod si dubium sit de materia licita vel illicita, tunc probabilius est votum obliga
ita habetur in Capite Magne De voto, Capite Noluisti. Docet Nauar Cap 12 num
Anton 2a par titul 11 Cap 1o licet verum sit posse tunc materiam subijci iudicio
rioris, et antequam is determinet, exceptionem suspendi posse, protunc enim non
Denique potest esse dubium an quis impleuerit votum, et tunc certa non est libertas
quia debitum est certum, et solutio incerta.

Quarta Conclu

Quarta conclusio Solet aliquando esse dubium in voto de circumstancijs quibusdam, tenentibus se aut ex parte persone cui fit votum: aut ex parte rei, tum quoad substantiam, tum quo ad qualitatem et quantitatem: aut ex parte loci, temporis et finis. Horum resolutionem dari solent aliquod regulæ.

Prima est regula. Attendendam esse voventis intentionem, secundum illas enim et ad illas tantum obligabitur quas expresse intendit, et si illæ omittentur votum violabitur. Unde si circumstancia à voventi principaliter intente impossibiles sint, cessat obligatio voti, etiam si alias impleri possit id quod est voto promissum. Dixi principaliter, quia si accessorio et accessorie, non cessat principale cessante accessorio. Exempla sunt obvia. Qui religionem in tali monasterio determinate, ad aliud tantum tenetur facere ut intratur, si non est possibile, liber est à voto. Item votum virgo virginitatem si tanti sit violationem negare clauseti, a nihil peccat obligatur ea semel amissa, secus si immaculationem omnium actuum libidinosorum, tunc enim manet voto obligata.

Secunda regula. Si intentio nullas expresse circumstancias determinavit, sed simpliciter in ipsum actum, et rem quæ vovetur, tunc ista exigentiam materiæ in recendum est de substantione voti, et circumstantiæ determinande sunt prout materia eas postulat. Voventes virginitatem absolute nihil determinando tenetur eam servare, etiam si semel eam amiserit. Jejunium, servare debet ut communiter servatur, et præcipit Ecclesia servari, et confessores approbat.

Tertia Regula. Quod si hæc duo adhuc non sufficiunt, tunc vt dubium tollatur ad verborum proprietatem recurrendum, quæ accipienda in favorem voventis, et si ambigua, in favorem libertatis. Interpretandi regionis illius exigua est persona voveus interpretanda.

Quarta regula. Quod si ex nullo horum possit haberi certa determinatio, tenetur voens votum aliquomodo implere.

Exactus colligitur primo. Si neque ex verbis neque ex intentione voventis satis determinari potest ad quod votum obligel, datur optio voventi eligendi ea de quibus dubitat vel incertitudo æqualis est. Secundo quis Rosarium vocatare in die

et dubital.

et dubitet an per Rosarium intellexerit integrum an tertiam partem, potest tertiam partem eligere. Item vouit quis castitatem et religionem simul, possitate dubitat an vouerit castitatem sub conditione, si fuerit susceptus ad religionem et non ad vouendo ad votum castitatis adiunxerit religionem. Vt facilius primo voto satisfaciat in posteriori enim casu obligabitur ad primum etiam si ad religionem non susciperetur, primo non, et tamen ubi si non recipitur liber erit a voto, si non posset se determinare certo ad vnam partem. Sic vouit quis non nubere, vouit castitatem. Item causa alia intentione ex verbis tantum obligat ad non ineundum matrimonium, ita Verbo votum et Tolet. lib. 4. Cap. 12. Vbi docet posse dispensari ab Episcopo, et in bilcis: hoc videtur de castitate absolute in omni statu procedere, et non tantum quando est illicitum non seruare castitatem: licet aliqui dicant si probabiles quis habeat coniecturas, ex quibus probabile posset ferre iudicium non ad æquatam fuisse inclinem vertis, sed se tantum castitatem vouisse vel in materia illicita, vel etiam licita dum erit in Matrimonio, non sufficit ergo in his omnibus sola incertitudo dirimere vt favorabilem eligat vouens partem in dubio, sed requiritur vt habeat probabiles coniecturas ad decernendum quod non se voluerit nisi pro hac parte obligare. et in illo exemplo dubium hoc eodem modo resolui, verbi causa venit quis religionem, et dubitat an solum ingressum an vero etiam per seruantiam: illud esset si quis religionem, et dubitat an aliquam in particulari, an vero in communi, nam deberet verb. vot. 3. ita se hunc gerere debere ac si religionem vouerit in communi, ad quam ad missitur in vna, debet potere a dimitti in alia, licet aliter sentiat in hoc et proximi casu Nauarrus.

Colligitur Secundo. Etiam quando non constat de determinatione quantitatis rei promisse, et illa et hæc relinquitur arbitrio vouentis dummodo bona et sine fraude ac dolo substantiæ et verborum voti faciat. Est doctrina communis. Sinc docent Nauar et Caiet. quod qui vouit religionem aliquam non satisfaciet si locum vbi non viuitur religiose, nec professio seruatur.

Item si quis vouit orare et postea eligit Ecclesiam quam si inveniat clausam impeditam, non excusatur, sed tenetur aliam quærere locum.

Dubitatio ter

DVBITATIO 3ta Quando voti obligatio incipiat, et vtrū semper ac omni tempore obliget.

Prima Conclusio. Votum negatiuum absolute factum statim ac sit exti suæ formæ obligare incipit, semperque ac prosemper et perpetuo obligat quantum materia patitur, nisi ex intentione limitetur, est communis et sequitur tale votum naturam præceptorum negatiuorum. Negatiuum, quia affirmatiuum licet statim etiam obliget ac sit, imo de se et prostatim non semper, id est non in omni differentia temporis. Addo de se, quia potest etiam ex fit inde determinatio temporis et oportunitatis. Quid sit votum obligans semper et prosemper Theologi inter se discrepant.

Secunda Conclusio. Quando Voens præfigit tempus implendi votum vel præfigit ita ut sit tempus finiendæ obligationis, cessat votum tempore trāsacto sine culpa, nec sine ea non impleatur votum, et Voens solum ad præsentiam non tenetur ad relationem tenetur: si tantum fuit non differendæ obligationis, ex transacto non cessat obligatio. Est doctrina cōmunis indiget tantum explicationem. Cāet. agit duplicater posse præfigi determinari tempus, Primo quando actio intenditur aut imponitur tanquam obiectum illius diei qui designatur, vt audire Missam, Sabbatho, seminare feria secunda.

Secundo Quando dies præfigitur ut ad illum possit differri impletio non autem vltra illum: Sic primo modo, est tempus faciendæ obligationis: Si secundo est tempus finiendæ obligationis. Vtro autem horum modorum præfixum sit tempus pendet et constare debet ex parte intentionis Voentis aut ex aliquibus alijs circumstantijs tenentibus se ex parte materiæ vel ex parte verborum &c. Potest enim ita inducere animum obligandi ad certam diem, ratione alicuius mysterij. Priori modo præfinire tempus Voentis quamquam hoc non semper in aliquibus datur, nam potest quis votum facere iejunandi religionem diæ festo alicui B. Mariæ V. non cessat enim obligatio illo transacto, dicitur enim tantum secundarius finisse respectus ad illum diem, ab hac tamen hic etiam ab intentione Voentis.

Quæres. Quid

QUARES Quid si præfinito priori modo tempore præuideatur impedimentum pro illo die est ne obligatio anticipandi executionem voti?
Rndeo Non esse nec valere: secus si fuit tempus posteriori modo præfinitum ita communiter autores Sylvester Tabiena, et multi alij.

DVBITATIO 4ta. Quibus modis et aquibus solui possit obligatio voti?

Dupliciter potest cessare obligatio voti, videlicet quoad se, reliquo vero modis ut dicemus; quoad alios, et qui sint illi excidendis constabit.

Prima Conclusio. Tres sunt generales modi quibus cessat obligatio voti, irritatio, dispensatio, et comutatio. Dixi generales quia in omnibus omnino votis obligatio cessat horum modorum solutur. Est autem irritatio in illis votis quæ alioquin firma sunt et rationata respectu materiæ, vel ipsius met voventis voluntatis
Dispensatio in illud votum cadit quod solum pendet ex acceptatione dei etiam si absolutum sit et absolutum: Comutatio est quæ non pure tollit obligationem, sed unam in aliam comutat. Differt irritatio à dispensatio, quia hæc requirit justam causam, illa non, ne sit temere etiam facienda, alias non deerit peccatum. Potest item irritatio fieri in volente dispensatio non. Præterea provenit dispensatio à speciali potestate, irritatio ordinaria.

Secunda Conclusio. Illi omnes superiores suorum subditorum, et ea vota irritare possunt, qui habent potestatem quo ad administrationem domesticam, et quatenus dictum munus tenet. Est doctrina communis.
Primo ergo vota potest irritare pater filij. Accipitur votum castitatis et religionis à filia factum, in quo obediendum magis Deo quam hominibus, et peregrinationis Hierosolymitanæ in subsidium terræ factum quatenus tamen personale, aut reale de rebus propriis filij, et si hic aliquid fiat contra obedientiam, et liberam dispositionem familiæ.
Secundo Maritus uxoris, et hæc mariti, quatenus ad vinculum et usum matrimonij spectat.

Tertio

Tertio dominus seruorum. Quarto Superior religiosorum.
ea bota hos posse irritare quæ sunt in præiudicium, quia si quæ alia sint in dependentia
illa, non possunt quidquam in illa superiores hi. Illud hic notant autores in votis fi-
lium, patrem habere hanc potestatem? mortuo patre tutorem, et ita mater non
te marito cum id lex prohibeat, nisi forte ratione materiæ quatenus votum
tantum præiudicat, & non marito. Et si mater ipsa in tutoris locum succedat, ipsa po-
irritare at tutor. Quod si à iure detur alius tutor, mater non plus potest quam
marito. & ob has causas D Thom. dicit parentibus datam esse potestatem irri-
illorum, intelligit iuxta dicta prout illis conuenit vel disiunctiue debet accipi, non
ue, id est non vtrisq; semper, sed alteruter. Illud etiam faciendum, posse patrem ir-
ere impuberum vota contra ducente matre.

Tertia Conclusio. Quod si à seruo siue ab aliquo coniugum fuerunt emissa vota
ligion aut illis tantum seruitutis? aut si coniugij adierint, possunt irritari proeo statu tantu-
quia illa vota virtutem includebant hanc conditionem, nisi mutauero statum, ali-
votum intendens. Dixi tantum pro eo statu, quia mutato iterum statum ma-
dicta fuerunt pro toto vita tempore. Sta Innocentius in Cap Scri
alterq; in multis alijs capitibus. Quod sit dubium de intentione voventis an
ierit in perpetuum obligare, tunc iuxta dicta benignior est interpretatio voti in fauo
uentis faciendo, moderandumq; pro eo tantum tempore factum esse, et facta semel
ditione, iam extinctum esse penitus.

Quarta conclusio. Quod si votum subditi semel sit approbatum à superiore
ligion illo stante iuxta dicta certum est illud etiam valido posse iterum renocare, et irri-
tare, quamuis non semper licite, ita tenent Innocen. Panor. omnes in dicto Cap Scripturæ
(scilicet Cap 12 nam si de finita Numerorum 30 Si autem contradixerit statim
postquam resciit, portabit ipse iniquitatem eius. Ratio Conclusionis est, quia
maritus dat licentiam, non abdicat se tamen dominio et potestate tam in per sonalia
quam in re alia bona uxoris. Excipitur tamen ab hac materia votum castitatis, quod si
approbatum nequit irritari à marito. Notant hic autores Primo. Approbati-

onem Voterum posse esse etiam tacite, quod non da est intelligendum quasi corpso quod causa aliquod diebus non contra dicit voto et tacet, tam videtur approbare, si præsertim sit cum eius præiudicio: sed requiritur ut constet eum tacendo approbare, quanquam non sunt imprãmodicum hoc solo quia tacet, etiam si non constet de approbatione, sed sumere vxor eum approbasse, et tenetur facere id quod vouit.

Retant Secundo Nunc Maritum peccare irritando, postquam semel approbauit, sine vlla causa rationabili id facit, non tamen semper mortaliter, nisi ad sit contemptus vel scandalum, et in hoc casu scriptura dicit portabit iniquitatem eius.

DVBITATIO 5ta An etiam per se cesset obligatio voti?

Duplex potest statui modus quo cessat obligatio voti, et irritetur per se et sine alio. Primus est. Si cesset causa voti. Secundus Si ipsa materia aut cesset aut mutetur.

Prima Conclusio. Cessante causa finali in communi voti quæ est placere Deo per factum promissum) cessat obligatio voti. Conclusio sic posita, est D. Tho: quæst 88 ar 2 ad secundum. Dicitur autem hæc cessare, quia nempe displicet Deo, eo quod aut vana, aut omnino impertinens res ad cultum Dei sit.

Secunda Conclusio Etiam hac non cessante, si tamen cesset particularis voti: et votum cessabit. Verbi causa vouit quis ieiunium, et est impotens ad ieiunandum tenetur dare Elee mosinam etiam, si hæc etiam placeat Deo &c.

Quæres. Quid, si cesset impulsiua et secundaria motiua causa?

Rndeo Non cessat obligatio nisi aliud certo constet de intentione. Vocatur enim finis et secundarius motiua quæ est finis non actus promissi, sed actus vouendi qualis si causa, vouit quis religionem ut pauperlatem effugeret quæ tunc prãmetabitur, hoc fiet dines votum obligat, iuxta dicta in Cap Magnã de voto, et Cap exparte, quæ de secundariis motiuum.

Tertia Conclusio. Quando in materia voti tanta fuit mutatio in ordine ad statum vouentis, ut impresentiarum esset sufficiens ad impedientiam valorem tollit etiam obligationem facto voti. Conclusio colligitur ex lege fundibus 140 § et si placeat de verbis obli-

tis obligatoriis. Ratio est. quia licet votum uno momento fiat, extenditur tamen simul
ad totam materiam futuram, et ad omnes actus qui in virtute illius postea exercendi sunt
ipso facto quo ad posse non dum materia fiat impossibilis votum non obligat. Potest autem
supervenientium, materiam sic immutans multipliciter id quę aliquando etiam cum ea
contrahere, et tamen faciet solui obligationem voti.

Quarta Conclusio. Si mutatio facta non reddit absolute impossibilem observa-
tionem voti, non sufficit ad tollendam obligationem, etiam si talis sit, quod si à principio extitisset
non contraheret nisi etiam credatur moraliter non fuisse ad illum statum extensam intentionem
Ita Nauar. Caiet. Soto locis citatis, Armil. verbo votum, numero 11.

Probatur. Nam siue tunc cogitat multa quę ante non cogitabat, et si cogitasset forte aliter
non voluntatem, siue accidat aliqua difficultas eius quod semel promissum est, hęc non
sunt tollere consensum absolutum semel factum. Quod addidi de intentione patet ex dictis.
Non probatur autem non fuisse intentionem voventis pro tali casu si nimis durum et rigidum esset
facere id quod dum promittebatur non videbatur, ita enim homines prudentes promit-
tentes Deum non esse adeo rigidum exactorem. Imparticulari videntur hęc manife-
stę. Introductum fuisse non se obligandi pro eo actu. Primo quoniam leges humanę non obligarent
multis notes exceptio et limitatio potest prudenter fundari in aliqua regula iuris.
Quoniam quoque tempore homines non se solent gravare talibus oneribus. Verbi causa vouit gs
religionem et distulit usque ad decrepitam ętatem, licet peccaverit tam diu differendo, vide-
tur tamen ex hoc capite cessasse obligatio voti, nisi voverit in gravem suum se etiam in senectute.

Dices. Si tunc homo ille interrogaretur, an quando in principio vouit et hą difficul-
tates convenissent, voluisset ne vovere, vix crederet se non voluisse. Ergo de facto non se obligavit pro

Dubito. Conditionem hanc et coniecturam, quod nempe non voluisset valde
probabile esse, et insufficientem ad actus morales, unde paratus est quod tum faciat si iam de libo
dubius casus potest esse. Vovit quis servire perpetuo in hospitali, dubium est an voverit e
tantum per quinquennium vitą, et tunc si factum est hoc votum sine ulla speciali reflexione, et in
fine quinquennii, non obligat votum, quia ita prudenter votum fieri solet, nisi coniecturis

probari pos-

probari posset, illiam fuisse intentionem, conperationabiliter etim pericula hoc intendisset.

Secundus Casus. Vouit quis jamnare omnes ferias sextas, an obligetur ex voto etiam natalis domini, si incidat inferiam sextam, et fit votum sine advertentia ad casum illum si fiat cum advertentia, votum obligat. Et in hoc quidem casu licet prontraque pars sint autores. Palud. Major. Sylue. Waskuez 1ª 2dæ disput. 30 Cap 4. teneatur etiam feriam sextam inquam natalis diès incidat. Jam vero Molina tom 2. de iustitia Joan. Andre. in dinat Hzor tom 1º lib 11 Cap 20, excludi dicunt. Illud videtur dum ad huius casus resolutionem, aut quis fecit votum non comedendi carnes, sine permit annum et quidem singulis diebus, tum procul dubio etiam illa feria sexta includitur tum feriis sextis, et tunc videnda occasio, si vouit quia frangebat hoc ieiunium comedendi nes, et tunc videtur illa excludi, et tantum adstringi ad eas ferias sextas quibus alias carnibus abstinent: si absque speciali occasione sed tantum simpliciter ex devotione, ea in dubium: Sut facit votum simpliciter ieiunandi feriis sextis per totta vita, proculdu etiam illam includit, si quidem fecit quod in eam aliquando natalis dies incidet, et necessa incidat, et tamen non excipit illam: aut pro uno vel altero anno, et tunc incidit fastum res est magis dubia dicit Suar, probabile esse quod excusetur bonus, et possit comedere protest enim se conformare secundæ sententiæ autoribus, licet ipse semper consulet priorem quorum am sententiam

DVBITATIO. 6tá. An in quibus votis, a quo, et qu dispensari possit.

Esse in Ecclesia potestatem circa vota ad anferendum quando oportuerit ulterius obligat docet Thom in 4 distin. 38 quæs 1ª art 4ª. Et licet sit iuris naturalis et divini solvere v Deo, tamen Pontifex et Prælatus dum dispensat gerit vicem Dei, et ex parte ejus Deo et obligationem Deo factam, et declarat sibi esse placitum ut non servetur.

Prima Conclusio. Potestas hæc dispensandi est immediate et in supremo gradu Thomis: ac deinde divino in primo Pontifice. In Episcopo etiam est ordinaria in sua dio si non sint Pontificia reservata: Illy habent ex privilegio, vt religiosorum prælati: ad suetudine vt legati, vel ex speciali institutione Pontificia, quibus illi placuerit, quæ de

fit in fabulis

stim subiicis: Hij ex delegatione, et sic etiam possunt habere Parochi, Pœnitentiarij &c.
Illud hic notandum, qui possunt dispensare possunt et cõmutare vota, imo è contra. Cõmuniter
doctores excipi solent votum Castitatis et Ierosolimitanum. Illud hic obiter notandum quatuor
esse vota pontificia reservata. Religionis, Castitatis, Ierosolimitanum, et Romanum, quæ tamen
reservata non tam eximere scripto quam potius extraordinem deducitur et probatur. Unde nõ
mirum quosdam Authores variare in hac reservatione Casuum. Si fuerint tamen hæc vota
pontificia, probabilius est non reservari pontifici, sicut nec cõmissiõni quamdiu talia sint, quæ ta-
men conditione impleta manent reservata. Notant hic et illud autores quod quando
conceditur facultas absolvendi à votis reservatis, conceditur quidem etiam peregrinatio
Ierosolimitana, et ad limina Apostolorum; non tamen conceditur votum Castitatis et
religionis, nisi hoc expresse declaretur, quæ solent simul excipi, et si solum excipiatur Ca-
stitatis dispensandum et in voto religionis, et è contra, sicut si solum excipiatur Ierosolimi
tanum conceditur concesse facultates à aliis peregrinationes. Quod si solum excipiatur
Ierosolimitanum, censet Soto castitatis et religionis exceptum esse, et deberre conferri.

Secunda Conclusio. Vt valida sit dispensatio, debet sub esse eius aliqua causa iusta. Et communis. Hæ autem causæ sumuntur. Primo ex modo vouendi si fuerit im-
perfecta aut deliberatio aut intentio, vel sit indiscretum, qualia solent esse quæ ex metu,
vel quæ ex calore iracundiæ alterius ne passionis, non tolentis quidem requisita deliberatio-
nem, impedientis tamen perfectam et prudentem. Huc spectant vota puerorum etiam pube
rum, quando discretio non multum supplet ætatem. Secundo Ex ratione etiam materiæ
potest esse iusta causa dispensationis, quando moraliter potest esse occasionem inducendi, vel
saltem habeat hoc materia, saltem per respectum ad ætatem personam, quale esset votum non
contrahendi in Matrimonio. Item votum simplicis castitatis in persona, quæ longa experientia
nosse fragilem et vix continere se possit. Tertio Si votum impediat maius
bonum spirituale proximi. Quarto Si mi veniat difficultas mutans materiam de-
qua diximus. Quinto Si votum multũ officiat bono publico et cõmuni.
Illud notant autores has et alias dispensationum causas prudentium arbitrio dispensatoris
committendas.

Dubitatio Septi.

DVBITATIO 7ta. Qux circa cõmutationem votorum ser
randa. ut licite et valide fiat?

Prima Conclusio. Cõmutatio voti in melius potest fieri propria autoritate, et
ne licentia, alterius, dum modo euidenter constat illam rem esse meliorem in quam fit
mutatio, et non sit hæc specialiter per Ecclesiam prohibita. Sta Cajet. quæs 88 art 12
et insuma verbo voti cõmutatio. Nauar Cap 12. num 75 Nec S Thomas contrarium
docet, loquitur enim tantum de cõmutatione quæ aliquam dispensationem in voto fa
qua oportet deliberare et iudicare de beneplacito Dei. Et hæc conclusio procedit
lis cõmutatio fit ex necessitate, quia nempe illud minus non potest implere, sine etiam
luntarie. Illud tamen monent autores quod si sit dubium an illud est melius, requ
ad hoc aliquam causam vt fiat hæc cõmutatio propria voluntate Conentis. Vale
hæc doctrina in his etiam votis quæ fiunt in comodum tertij, dum modo sola hæc
et specialem promissionem ad hominem non includant.

Obiicies 1.o Lemitici ultimo videtur hæc cõmutatio prohiberi?
Rndes ibi tantum legem fuisse de animalibus ad sacrificia oblatis, non de alijs
bus voto promissis, fuit seq. legem ceremonialem, atq. ita cessasse docet Cleaster ibi

Obiicies 2.do Ergo qui habet votum religionis potest cõmutare illud in
pria autoritate in susceptionem Episcopatus, quia hic status est perfectior?
Rndeo Sta quidem docet Vivaldus num. 73 Verum probabilius imo melius est
quia Episcopi status dicitur perfectior, non quia hominem perfectiorem Deoq. gratio
reddit et efficit quam religio, sed quia secundum rectum ordinem perfectionem subor
Obiicies 3.tio Saltem qui vouit aliquid in fauorem alicuius Ecclesiæ
tum verbi causa aureos, Potest alteri quid melius dare et ita cõmutare?
Rndeo Verum est posse quia hic non Ecclesia sed pauper suscipit, unde fortasse
offeras magis placebit Deo secus est si prælatus Ecclesiæ acceptaret promissionem

Secunda Con-

Secunda Conclusio. In bonum æquale non potest fieri hæc cõmutatio sine autoritate prælati vel habentis potestatem ex privilegio et absque causa, quamvis sufficiat parva 2.2 Thom. art 12. Caiet. ibidem, Angel Votum 4. Armil. num 14. Notant et illud autores hanc cõmutationem ita etiam posse fieri ut et personalia cõmutentur in realia, et realia in personalia, posse q3 ea tolli redemptione, quã cõmutatio est quãdam.

Probatur primò Exodi 22 dicitur, non fore reum sanguinis qui furem nocturnum, sed qui diurnum Vbi sensus est, quia qui nocturnus rapit ordinarie non potest aliter cuperari, non peccat qui nocturnum interimerit, maxime vero quod nocturnus præsumitur venire ad occidendum, Vnde qui furem diurnum non se telo defendentem occidit fore exteriori esset reus sanguinis, quamuis non in interiori, si non erat spes recuperandi vel si dubia fuit recuperatio Vt ait Sotus.

Probatur secundò Extare Canonico in Cap interfecisti de homicidio diurnum non esse furtum, licet suadeat procurandam Eleëmosinam ob cautelam, ne forte excessus, Idem in Cap apud dilectos habetur, ac in legibus multis ita statuitur. Vbi tamen notant autores duo primùm res esse magni momenti. Deinde ut non sit probabilis spes eas aliter recuperandi nisi certe id cum magnis molestijs, et expensis fieret. Ita Lessius. Addit Caiet, non esse consulendum sed tantum contra diuinitatem, si alongè conspicias furem cum bona quæ abstulit recedere, et cum interficias. Dimus etiam Antonin. hoc ipsum quod diximus licere Clericis in talibus casibus, monet nec fore irregulares si fecerint cum defectu animi. Deducitur id ex Soto, Conar, Clementina Furiosus, Verum de hoc alias dicemus nauar. contrarium tenet. Quibus autem modis quando alicuius bona impedi ad sui defensionem occidere ijsdem licet quo ad hæc bona.

Secta Con-

Sexta Conclusio. Etiam pro defensione pudicitiæ, et honoris bire
præsertim honorato licitum est occidere invasorem. Est communis. Probatur. Quia hæc sunt mare
res momenti quàm multa opes, at prohis licet occidere. Ergo.

Idem authores quo ad pudicitiam verum id esse quando aliter quis se tueri non potest. Deinde
re adhonorem infert Sylus Nauar. Cap. 15. num. 3. et alij, licere bene honorato occidere invá
sorem, qui pastem aut alapam nititur impingere. Et ignominiam inferat, si aliter vitari non
potest hæc ignominia. Et hoc quoniam to se habere sine maneat ille quisque in honorandi; sine fu
dicit licere nempe illum persequi, eique tantum vulnerum infligere, quantum sufficit
ad. Nauar. loco citato, Henriquez, et plures alij quos citat et sequitur Lessius Cap. 9. dub. 12
Ubi tamen monet et illa duo. Alterum est si invasor veniam petat, sufficienter videretur restitu
re honorem, et potest se postmodum tueri: Alterum est, hanc doctrinam nisi pecentatione quidé
procedere, in praxi tamen non facile permittendam, tum ob periculum odij, vindictæ, et excess
sus; tum ob periculum pugnarum, et cædium, et hoc quidem quomodocunque inferatur ignó
minia, seruandum idem author in praxi suadet.

Septima Conclusio. Non est quidem obligatio tueri vitam hominis
proximi cum periculo suæ vitæ aut occasione maioris primati, tamen si ita cómode potest præstare
non facis peccatum est contra Charitatem. Ratio primi est. Quia non tenetur exponere vi
tam propriam corporali proximi: nisi sit persona ex qua publici boni conservatio pendet, et pro
inde debetur. Pro parente idem facere laudabile, non tamen obligatorium.
Ratio secundi est. Quia vbi mala sunt paria nemo tenetur alterum inferre, et excludat
alterum. Tertia pars exse patet.
Dixi contra Charitatem, nam potest aliquis etiam teneri ad hoc tertium ex iustitia, vt sunt
superiores publicæ autoritate alijs dati, vel constituti, aut ad hoc specialiter connecti, et qui
ad hoc peculiariter obligarunt, quod si non potest ab invasore aliter defendi proximus nisi
hoc occidatur, possunt illum hoc modo defendere. Hæc communis doctorum sententia tenet Sylve
stro honore pudicitia, et fortunis proximi censet Antoninus 3 parte titul. 4 Cap. 3. et alij passim.

neque tñ mare

Neque tamen maritus potest occidere uxorem volentem adulterari, quamuis aliter iniuriam prohibere non possit, quia sic non defendit rem suam, illam etiam iniuriam propulsari, feriendo illam pugno vel baculo inquit Lessius, vel quamadulterum, quem etiam potest occidere inuadentem pudicitiam suæ uxoris, sic enim defendit rem suam, quod intellige si aliter occurrere non potest.

QVAESTIO
DE mutilatione.

Comprehendo hic quoque vulnerationem, et sit.

Prima Conclusio. Si ad corporis sanitatem conseruandam fiat membri seu abscisio membri nullum est peccatum. Est communis. Notant authores teneri ad hoc agenti, vbi accesit consilium medici, dummodo non sit in hoc casu nimis magnus dolor ferendi, si enim magnus non teneatur agere, si quidem non teneatur quis cum suo proximo magno erciata conseruare, nisi persona esset publico bono sue in religione, sue extra.

Secunda Conclusio. Ob maius etiam damnum, vitandum licitum esse, docent communiter authores, licet non sit obligatio. Casus hi solent. Imperat id qui habet potestatem, aut etiam Tyrannus, ita ut si non feceris mors minatur, vel si; cui daretur optio vt abscinderet sibi membrum, ne duo absciendantur, aut occidatur. Ista Tolet. Ratio est. Quia pars est naturaliter propter totum. Ergo adcorruptionem totius licitum est authoritatem habenti partem è medio tollere: sed vnus quisque habet hanc authoritatem respectu suorum membrorum, quia est gubernator et custos potestque de illis disponere vt expedit saluti totius. Ergo.

Tertia Conclusio. Non licet id ob animi salutem, habetur Canon 22 Apostolorum et Canon primus Concilij Nicæni. Probatur

Probatur Quia id nunquam est medium notorium ad salutem animæ. Neque exempla quæ in contrarium afferi solent urgent, nam aliqua reprehenduntur à Sanctis patribus alia processerunt expecturiari instinctu Spiritus Sancti.

Quarta Conclusio. Vulneratio proporcionaliter loquendo eatenus est illicita et contra iusticiam, quatenus ipsum homicidium et occisio est illicita, aut licita, contra iusticiam aut non; idque sive sit ab alio: sive à te ipso. Hæc Conclusio explicata et declarata facile patet ex dictis.

DVBITATIO

An peccet qui casu alterum occidit?

Casuale dicitur quod casu fit, quando minime nec intenditur nec intendit. Homicidium casuale, alterum pure casuale: alterum non pure. Illud pure casuale dicitur quando nec intendit, nec facit aliquid illicitum unde sequi possit occisio, et adhibet omnem diligentiam ne sequatur dum quid facit licitum, hoc vero tum quando exercet qui rem licitam, non tamen diligentiam moralem omnem adhibet, et occidit: tum quando adhibet omnem diligentiam faciens aliquid illicitum, occidit, nam si adhibuit quia rem illicitam tractavit, non censetur eius si sequatur occisio, sed est pure casuale homicidium ut docent Lessius, et Cajet. De priori non est difficultas, caret enim omni culpa, De posteriori sit.

Prima Conclusio. Occisio casualis posterioris generis aliquando est cum culpa, aliquando non, si fit primo modo non pure casuale, est parum nocivi venialem, si fit negligentia venialis, si crassa, poterit esse mortalis. Secundo autem modo nocivi facit mortalem, quando res illa illicita ex natura sua est periculosa, et quando non ex

illa causa

illa causa sed alinde mors secuta est. Exemplum primi est. Servat quis dam
cem bestiam non ligatam, quæ occidit alienem, est homicidium non pure casuale primi mo
Exemplum sit. Inflixit quis alteri vulnus, et postea non exbuluere sed ex negligen
medici, seu imperfecta curatione: aut extemeritate læsi, qui aut remedia adhibere
mit, aut non fuit cautus circa valetudinem, dedita causam, tantam enim fuit eo
sio vulnus illud, exhis inquam sequitur mors, secus si in tali loco res accidit, inque
poterat haberi medicus bonus. Hæc conclusio communis est, habet eam S. Thomas, ne
plioni indiget probatione.

Secunda Conclusio.

Si clericus dans operam venatio
cum armis, hominem occidat eo quod crepuerit fistula, vel quia hominem ferna
confectum putavit feram. Si item peritus cum sit hirurgicè incidat apostema ex as
præscripto, moneatque ægrum ne se vento committat, et abstineat à noxijs, ægerhis ne
etis incidit in morbum, et moritur, non erit homicidij reus, eritque pure casuale homi
Ita docet Cajet. et hac hoc posterius in Cap. Suares de homicidio. Docent Petr. M
lib 2 Cap 3 num 362. Sylue. et Medina, quod cum quis accedit ad uxorem alterius,
maritus minatur adulterum, si hic se cum moderamine defendendo occidat, occisio erit
fortuita, quia non est culpabilis in causa, si quidem adulterium non fuit causa nisi remot
potius occasio, nec enim tenebatur se pati interfici, habuitque ius ad se defendendo
nec aliter potuit ea uxore. Idem dicendum si quis committendo delictum causam præb
iterum occidit eum quem est commicatus, dum se defenderet, quod verum est nisi
exterioris. Addit Lessius si utroque casu primo adhibuntur hæc mi como da scandala pro
peccatum adulterij et commicij esse hic etiam peccatum contra dilectionem proximi, quia
rerum in periculum adduxit, ad illam tamen mortem habet se omnino per accidens.

Tertia Conclusio.

Si accidat aliquis occidi Petrum verbi causa et
homicidium Paulo qui cum Petro habuerat simultates, odio imponitur, non esse reus de
rorum Pauli ille qui vnicum occidit, si nec ea intentione occidit Petrum vt damnum

Paulo accid

Pardo crearet, nec advertit illud eventurum. Probatur. Quia in hoc casu per accidens
divino id evenit Pardo ex illo facto eius qui occidit.
Dixi per accidens, advertit, alias peccat quidem, non tamen tenetur ad restitutionem damnorum
Pardi. Docet Sotus 4 de iustitia Quæst 5 art 3 Lopez tomo 1° Cap 53 Hæc enim
damna sequuntur non ex illa actione occisionis, nisi per accidens et occasionaliter ac remote:
sed potius ex malitia ac ignorantia hominum, sicut qui furatur Petro thesaurum, et ipse
ex dolore aut mœrore, aut se occidet, non tenetur ad restitutionem damnorum quæ se-
quuntur mortem.

Quarta Conclusio. Remiges Christiani in triremibus sibi fla-
gris et barberinis compellantur ad remigandum, etsi iniuste inferantur damna, non tenen-
tur ad restitutionem, nec peccant. Ratio est Quia non tenetur quis subire graues dolores,
multo minus mortem, ad veram alterius conservationem, si præsertim non sit probabile damnum
se auersum iri.

DISPVTATIO. III.

De modis quibus occisio seu homicidium cómittitur et fit.

Multipliciter fieri posse occisionem alterius, facile constat, aut enim fit inci-
dice, aut ex contentione aliqua inter furiatos et duello, bello aliove simi-
li modo &c.

In hac disputatione illud tantum explicandum assumpsimus, quomodo fiat occisio in bello
siue in duello iniuria & delictum cómittatur, reliquum enim ex dictis constat.

Quæstio 1.ª

QVAESTIO. I.
De Bello.

Triplex potest distingui bellum. Copiosum, vicosum, et seditiosum. Copiosum est quod fit bellum dicitur quando multi instructis aciebus interse depugnant. Vicosum, quod inter privatas personas exoritur. Seditiosum, quod inter cives ipsos seu incolas patriae vel Principes, et subditos fit. Hic tantum de bello copioso.

DVBITATIO. PRIMA.
An Bellum sit licitum.

Fuit multorum hereticorum error docentium illicitum esse bellum. Sta Matthei testis Augustino contra Faustum. Lutherus damnat fratres Christianorum adversus fratres suos ea repugnare Deo existenti per illos iniquitates nostras. Aly illa tantum damnant bella quae Christiani adversus Christianos exercent.

Prima Conclusio. Bellum non est intrinsece malum. Probatur ex vera scriptura. Deus ipse saepe bella imperavit Num 25. Reg. 15. Exod 12. Deut 1. 20. Iudic. 20. 1. Machab. ultimo. Sanctos etiam, tum ex scriptura tum ex scriptoribus Ecclesiasticis constat gessisse bella. Ratio etiam est. Quia tenetur Princeps conservare sua regna in pace, defendere suos, abinitos, repetere ablata, et haec saepe non possunt fieri sine bello. Ergo.

Secunda Conclusio. Etiam Christianis licitum est gerere bellum. Versus quoscunque ista Sanctas Angustinus. Probatur. Interrogantibus militibus Sanctum Joannem, quid faciemus? non ait respuens militibus arma deponite, militiam deserite, sed tantum neminem concutiatis, neque iniuste. Stipendijs vestris contenti estote. Deus non enim

Ies, non eam prohibuisse militare; cum eos baptizaret: Neque scriptura damnat occisiones, nisi privatæ auctoritate et inmistas, Lc 26 Lucæ Qui acceperit gladium &c aut certe consulit patientiam quando communi et republicæ non est notorium propulsare iniurias.

Tertia Conclusio.

Vt licitum sit bellum concurrentibus certis opus habet tenere tum ex parte indicentis? tum ex parte causæ? tum ex parte personarum? tum ex parte modi tum ex parte eorum quæ in bello sunt licita, quo ad spolia et cædes de his insequentibus.

DVBITATIO SECVNDA.

Cuius quem sit authoritas indicendi bellum.

De quo autem de bello offensivo, nam de defensivo non est magna difficultas, cum moderamine inculpatæ tutellæ iure naturali licitum est cuivis boni vi repellere ac iniurias propulsare. Quod à certis tantum personis indici debet.

Prima Conclusio.

Indicere bellum publice est non privatæ potestatis c ejus probatur Quia vindicatio non est licita privatæ potestati sed tantum publicæ, at bellum offensivum punitivum ad vindicationem Ergo eius indictio ad publicam pertinet potestatem.

Secunda Conclusio.

Respublica liberæ ac perfectæ, ac Principes supremi in regno habent hanc potestatem. Probatur. Quia ad talem respublicam pertinet defensatio boni communis, tum et privatorum, ac eius auctor. Sed Principes etiam tales, respublica eam in eis transfudit. Ergo. Dixi respublicas liberas et perfectas, quales sunt bonorum communium, et similes, quæ non habent Principem, quia illæ quæ nihil statuere possunt sine hac vi ipso, sicut nec illi Principes qui dependet à republica (nisi maior pars consenserit, aut si res publica noluerit, et quidem sine causa, quod si repugnaverit posse contra illam ipsam movere bellum docet Molina tom 1° trac. II. disputa 100) Illa etiam quæ dependent ab alia republica non habent hanc potestatem.

Tertia Conclu-

Tertia Conclusio.

Ad hoc non requiritur consensus Imperatoris, aut
præ. Ratio primi est Quia quamuis ille præcedat alios reges dignitate, non habet tamen
illos bellum iuris dictionem aut dominium, hoc enim illi tantum ad summum conceditur, quando
necessitas reipublicæ postulat, possit omnes Christianos Reges et Principes conuocare, quemadmodum
nos in Polonia sub interregno facit Archiepiscopus Gnesuensis. Conuocat enim omnes Senatores
etiam si in illos non habeat dominium. Ratio secundi est Quia licet hic quoque habeat
rectum dominium in ditiones Regum, ratione boni spiritualis, et ideo possit interdum bellum
dicere, aut etiam iubere iustis id causis exigentibus, non tamen habet directum dominium.

Quarta Conclusio.

Si sint aliquæ ciuitates aut Reges, Principes
duæue familiæ, quæ non haberent bellum superiorem communem, possent propria auctoritate sumere
iustam vindictam et satisfactionem de iniurijs ac damnis illatis ab inimicis, et ab illis. Colligi-
tur ex Nauar. Capite Nouit de Iudicijs. Docet Gabriel in 4. dist. 15. Quæst 4 art 5 Angelus
Verbo Bellum. Notat etiam Panor. Cap. Dicit 3 de iureiurando, et verum est Magistratum
superiorem agnoscit posse per quantitatem iuris dictionis quam ad sibi subditos pertinet, bellum
mere bellum aduersus suos rebelles, iuxta limites tamen effectuum ad quos se sua iurisdictio ex-

Quinta Conclusio.

Qui iniuste incipit bellum primus peccat mortaliter
aliter peccat, et ad damnorum restitutionem tenetur Est communis. Quo ad secundam partem
declarabitur infra melius.

DVBITATIO, III.

An ad iustum bellum requiratur aliqua causa, et quæ?

Communiter omnes supponunt vt bellum sit iustum debere eius esse causam sufficientem, quid
sit sufficiens non omnes æqualiter dicunt. Illud etiam controuertitur quonodo debeat
nota bellum gerentibus, et quid in dubio faciendum.

Prima Con-

Prima Conclusio Causa belli rationalis et quasi generalis, est iniuria impediendа, vel refarienda: vel vindicanda. Ita Victoria de iure belli num 13 Sanctus Augusti. Cap Dominus 23 Quæst 2, refert verba et sententiam hanc D Augustini Sanctus Thom. 2, 2, Quæst 40 art 1° et subdit in textamentem Sancti Augst. Ad iustam belli causam necessarium esse, vt qui eo impugnatur, propter aliquam culpam impugnatio. non mereatur.

Obiicies Ferrę Chananeorum & Amorrhęorum nullam iniuriam fecerant filiis Israel, quam propulsarent, & tamen bellum horum contra illos fuisse iustum, certum est, si quidem à Deo imperatum.

Rndeo Multa circa hoc dici possunt. Duo dico. Alterum est gentes illas in hoc iniuriosas fuisse respectu Israelitarum, quia repugnabant ne hi occuparent quod est suum, si quidem Deus dominium illi Sharum gentium terras. Esto illæ gentes ignorauerint ita fecisse deum; et habuisse ius ad illas terras. Fuit ergo hæc iniuria moralis vt loquuntur Theologi. Quod ad intelligas.

Secunda Duplicem posse esse iniuriam. Altera est formalis: Altera moralis. Illa est quando aperte et manifeste infert quis alteri iniuriam, et scit se inferre, detinere verbi causa alienum, et quidem scienter: Hæc vero est Quando detinetur quidem verbi causa alienum, sed ignoratur, et non vincibiliter. Hæc iniuria potest esse aliquando sine peccato. Illa non. Et hæc iniuria modo potest esse duplex. Altera qua omnino sine peccato propter hanc ignorantiam invincibile detinetur cum fructu quod veneno alteri debetur, et alienum est: Altera qua excedem ignorantia non prorsus etiam sine peccato infertur damnum aut iniuria, inde tamen qui infert hoc damnum non ita facit locupletior: prior hæc moralis iniuria quam de formali certum est sufficit ad hoc vt bellum sit iustum, posterior non. Ita communis autorum sententia. Verum quidem duplex est bellum offensivum: Alterum quod sumitur ad actionem sumendam de iniuria illata, siue simul intendat quis recuperare sua; reparare que damna sibi illata; siue non. Et vt hoc bellum sit iustum non sufficit illa moralis iniuria, sed debet esse formalis, qua culpam involuat. Et hæc est sententia Sancti August. & Thom: allegata: Alterum est bellum quod suscipitur ad oc-

cupanda no-

cupanda nostra et ea quæ nobis debentur quando per ignorantiam detinentur, neque alia obtineri possunt. Ad tale bellum sufficit moralis iniuria, qualem diximus fuisse gentis Chanaanæa et Amorrhæe sicut etiam potest dici auferri id quod alienum detinetur a quo alterum, si non potest aliter repeti, etiam si ille qui detinet, ignoret se alienum detinere, & protestetur se iniuriam. Ita communiter Doctores. Quod ad hoc hic adnertenda. Primum est. Cum hoc de nulla est culpa ex parte hostium quod detineat alienum, solum ea licite sumit a quibus ea quæ necessaria sunt ad extrahendum de ipsorum potestate, quod moraliter impossibile etiam si id fiat cum eorum cæde, alias enim si fiat excessus obligabit restitutio, non etiam tantum compensare expensas belli, quia ex nulla culpa illorum susceptum est hoc bellum sed ex sua, sicuti quando cum culpa auferitur aliquid alicui, ut de Rex noster modo postulavit Smolenskum & terram Severiensem à Moscis iniuste potest accipere compensationem expensarum belli & damnorum quæ in ea recuperatione passus est: Nec militer nostri tenentur ad restitutionem eorum quæ inde accipiunt, quia Moscis sua culpa detinebant Ducatum illum, & Severiensium detinebant: Quanquam non desint etiam aliæ causæ sufficientes, bellum hoc contra eos susceptum, de quibus nunc non disputo.

Secundum est Iniuriam hanc moralem eiusque gravitatem prudenti arbitrio et recte perpendendam, iuxta enim delicti quantitatem plagarum modus debet esse.

Alterum etiam fuit reddens iustum bellum Israelitarum, idololatria, et gravissima peccata contra Numen, adque vindicanda inserat Deus id facere Israelitas. Erant ergo illi ut ministri iustitiæ à Deo constituti, hoc autem licitum fuit Israelitis exercitiari in suos, non ob idololatriam non licent similia non habenti auctoritatem, præsertim si idololatræ non sint subditi, nam subditis sicut alia peccata cum lumine naturæ pugnantia: ita et idololatria prohiberi possunt.

Secunda Conclusio.

Particulares causæ iusti belli sunt occupatio ea quæ Principi debentur, neque aliter recuperari possunt: punire subditos rebellantes iniuste dominæ: iniuriam aut contumeliam Principis seu reip. illatam vindicare: contra eos agere, qui præstant auxilium hosti iniustè occupanti Principem aut rempub., et contra eos qui defendunt iniustè scelestos ne puniantur iustè: contra violatorem fractum inf-

dus: Si

lius: Si denegentur aliqua; quæ omnibus iure gentium licent, habentur exempla bellorum exc
tis causis assumptorum, in sacris literis sed non morer.

Tertia Conclusio

Amplificatio regni, gloria ac cõmodum bellum infe
tis, non est iusta belli causa, sicut nec illa ad subsistiatur ratio aliqua, ex quod barbara ea
ac rudis; aptiorque vt ab alijs regatur; bonisque moribus imbuatur, quam vt seipsam regat
ista Molina tractatu secundo tom 1° disp 105.

Quia autem possit bellum suscipi ad renocandos Schismaticos ad gremium Ecclesiæ: alios quæ qui
dem eam pertinent, vt sunt Hæretici, alibi suppono dictum. Jam ratio Conclusionis est.
Tum quia se bellum esset iustum vtraque parte vt patet. Illi enim qui bello premerentur
deberent nisi se defendendi simpliciter & absolute; tum quia nullam hic possumus iniuriam
inferre, nec veritatem quidem vt constat.

Quarta Conclusio

Quando dubium est an iustum bellum ratio
belli causæ, tunc Princeps non ipse debet arbitrari iustum esse, sed conferenda est res cum alijs,
quæ sunt rationes examinandæ quæ inducunt ad bellandum. Est communis et esse patet, si im-
peritus quid est bellum alteri inferre. Observant authores Cognita belli causa, opus esse ea
ratione declarare, et si offerant satisfactionem desistendum a bello, monet Caiet. et Maior.
Quod est Quia authore D. Aug. Epistol. 205 ad Bonifacium. Bellare non est voluntatis, sed ne
cessitatis, tunc autem cessat omnis necessitas belli, modo talis sit ablatio, et ad omnia quæ iuste re-
quirebant possent vt fidendum sit illi. Monent et illud authores qui non cessaret tunc à bello pec
caret contra Charitatem, et si ageretur contra eum qui tantum moraliter iniuriam faceret
ultimus, esset etiam et contra iusticiam.

Quinta Conclusio

Quando post examen est res dubia tunc ant bi
nus est in possessione et alter non, tunc melior est conditio possidentis. hic autem qui non possidet debet
bellum inquirere an ad se pertineat, etsi impediatur in hoc ab altero, poterit contra illum moneri
bellum, quia sibi iniuria fit. Quod si neuter possidet, arbitris res demandanda vt diiudicent.

Sexta Conclu-

Sexta Conclusio. Milites qui sunt subditi Principi non tenentur examinare veritatem adeò scrupulosè, nisi palam constet iniusticia. Ratio primi est. Quia illi possunt presumere Principem, et consiliarios fuisse timoratos, et rem examinasse, obedire etiam tenentes Principi vbi non est manifestum peccatum. Ratio secundi clara est. Non enim possunt cooperari malum. Vnde peccant illi milites qui tantum ad stipendium attendunt, et sic parati sunt quale quod bellum seruire. Dixi si sunt subditi. Illi enim qui sponte se obtulerunt tenentur adhibere maiorem diligentiam in examinando iusticia belli, cùm sint liberi, et non teneantur obedire. Illud tamen non teneri eos ad tantam cognitionem causæ quantam per se Princeps habet, nec ob quale cunque dubium teneri eos suam commoditatem et stipendium relinquere, satis ergo erit consulere peritis, et id quod probabilius sequi, quod tunc demum est quando illis non est suspectus Princeps, alias indubio aliter procedendum esset. Notat Caietanus. Extraneos milites si conducti sapienter tutò et diu alicui Principi seruiunt eodem se modo debent gerere vt se gerere debent subditi, et tam hi quam subditi si indubia iniusticia causæ pugnent, postquam postmodum aduertunt causæ iniusticiam, non tenentur ad restitucionem eorum quæ consumpserunt, sed tantum in quibus facti sunt ditiores. Sta Molina Disputatione 113.

DVBITATIO. IV.

An omnibus licitum sit bellum gerere.

Potissimum hæc dubitatio ponitur propter Clericos aliosque in dignitate Ecclesiastica constitutos, licet ne illis ad esse bellis, quomodo, et quibus, et an aliquæ aliæ personæ sint quibus ista licita.

Prima Conclusio. Clericis non licet prosecutis propria manu pugnare. Habetur in Cap. Quicunque Clericus. Cap. Clerici. Cap. Quicunque ex Clero 27 causa, Quæst. 1.

Probatur. Cum quia ministros Ecclesiæ administerium altaris ordinatos esse certum est, in illi passio missæ sacrificio representatur, eaque de causa indecens est illis sanguinem alicui fundere, sed potius parati esse debent ad proprium pro Christo effundendum, tam quia verum est contemplationi potius quam pugnæ vacare.

Notant auct.

Notant autores. Cum hæc prohibitio sit iuris humani posse summum Pontificem dispensare cum Clericis, vt pugnent propria manu vrgente aliqua necessitate, si autem id faceret sine rationabili causa, factum quod eum teneret, non tamen id recte faceret Pontifex. In omnibus tamen his Casibus non incurrerent irregularitatem.

Secunda Conclusio Possunt tamen Clerici suadere iustum bellum, et ad illud inducere. Ita D. Thom 2, 2 Quæst. 40ª ad 2, et habetur in Capite igitur.

Tertia Conclusio Interesse etiam bello iusto, neque exhortari ad pugnam licet. Ita D. Thomas loco citato. Notant autheres duo. Alterum, ad hoc sufficere superiorum saltem præsumptum consensum qui intelligitur, tum quando acceditur ad bellum sine proprio eorum damno, et hoc fit ad spiritualiter subueniendum proximis in bello? tum quando nihil occurrit contrarium quod suadeat contrarium superiorem, nec ad eum facilis est aditus: Alterum quod eum tum licere Clerico dicere, occide, mutila. ab. sed tantum fortiter age, ne succumbas. Manar Cap 27 num 220. Quod si quis uria, in contrarium asserunt vel intelligunter proponere, quando est quid in contrarium quod suaderet contrariari suo superiorem, ita explicant Capnt reprehensibile, et Capnt quo audam: vel certe loquuntur de excitatione ad miter faciendum vel mutilandum. Ita Manare. Explicat Cap Iudubys de pœnis. Gloss. vero intelligit illud de bello iniusto.

Quarta Conclusio Quando Clericus non potest euadere in bello iniusto ipse pugnet, bellum si est necessarium ad conseruationem patriæ, ciuitatis, et ad obtinendam victoriam, tum ex ipso iure naturali licitum est illis etiam pugnare, quamuis absit superioris dispensatio. Est communis omnium doctorum cum Caiet. in Summa verbo bellum: neque fiunt irregulares, quid quid dicant alij.

Quinta Conclusio Quod diximus hactenus intelligi debet de Clericis in minoribus ordinibus constitutis, non de minoribus, quia illi parum, et imperfecte participant statum Clericorum, et remote ordinantur ad ministerium altaris? tum quia non faciunt illa quæ et alijs vt ducere uxorem. Ita Couarruu. relectione super Cap

triam Si

tinam Si furiosus. Sotus 5. de iustitia Banec tue et Valentia ac alij.

Sexta Conclusio. Quoad spolia hostium attinet gaudent hoc eodem privilegio Clerici, quo et milites. Qua de re infra dicendum erit.

DVBITATIO. V.

Q. quomodo Bellum gerendum sit.

Potissima est difficultas an liceat in bello vti insidijs, et quædam alia circumstantia expar te temporis, ac similes examinandæ sunt.

Prima Conclusio. Ad belli iusticiam etiam pertinet debita intentio

D. Thom art. Quapluribus Cap. quid culpatur 23 Quæst 1ª Vbi dicit, nocendi cupiditas, ul ascendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dom di, et signa similia sint? hæc sunt quæ culpantur in bellis. Debet ergo abesse odium, per et præcedere bellum vel ultionem boni communis? vel iniuste vindictæ et similium.

Secunda Conclusio. Non solum urgente necessitate

etiam occurrente occasione melius pugnandi consequendique victoriam, licet pugnare diei festi Sta Caiet. 2, 2 Quæs 40 art 4 ex Capite de feriis Caput vero primum de pace huic contr rium, non est receptum. vt Gloss. et Panormitanus ad not ibi.

Tertia Conclusio. Mentiri hostibus non est fas, vbi tamen contra eos

licet sicut et occultare consilia, dissimulare ac simulare multa, quibus hostis decipiatur, co ludatur et vincatur. Sta Augus. Cap Dominus 23 Quæs 2. Josua 2. Et citrus similis lauda

Quarta Conclusio. Frangere hostibus fidem, non stando ne

promissis et con

...tos, et omnes iniustitiæ, est illicitum. Ita Augustin. ad Bonifacium, nisi etiam ipsi non starent, aut in-...sum esset conuentum, aut promissum, idque etiam si iuramento firmaretur, iuxta dicta de inimicis.

Quinta Conclusio. Princeps tenetur stipendium soluere Militi, miles vero tenetur obedire Principi, et cum periculo vitæ tenere statione[m] non eam deserere, et quodvis aliud ...[c]ommissum præstare, ad quod obligatur sub mortali, et si deserat stationem ac fugiat, etiam ...[p]ro exili restitutioni.

DVBITATIO VI.

Quæ sunt licita in Bello.

Duplices sunt personæ in bello Princeps et miles gregarius. De singulis et in genere, et in parti...[c]ulari dicendum, quæ licite fiue in bello fiue parta victoria facere possunt.

Prima Conclusio. In bello iusto licet facere omnia, quæ ad propriam de...[f]ensionem bonique communis necessaria fuerint iudicata. Est communis. Itaque licet arcere hostium, incendere Ciuitates, terrigere propugnacula in terris, eorum intercipere arma ...[e]t cedendum, et quæ subseruiunt ipsorum in communitate, et Principis cõmoditati. Ratio est. Quia hæc sunt media ad finem qui licitus est, ex quo patet etiam illa esse licita, quæ conducunt ...[a]d continendos hostes in officio postquam fuerint detenti, quale etiam est accipere obsides.

Secunda Conclusio. Licet etiam occupare omnia quæ pertinent ...[a]d inferentem iniustè bellum, accipereque de bonis hostium compensationem damnorum quæ ...[i]llorum, nec non impensas omnes belli. Est communis. Docet eam Molina disp. 117. Nomine ...[i]mpensarum intelliguntur non solum sumptus belli: sed etiam iustæ merces pro laboribus quos ...[s]ustinuerunt, et periculis quibus se exposuerunt, quatenus belli sumptibus non fuerunt hæc per...[s]oluta. Præterea licet de illis sumere vindictam pro delictorum qualitate, etiam eos ple...[c]tendo capite qui delicta patrarunt; eorum fuerunt causa. Potest etiam tempora

lis alia pa.

lis alia pœna imponi quando hostis inuadit et superatur. Quod tamen intelligitur quando eius culpa fecit damnum, quia si sine culpa: vel quando moraliter tantum fecerunt iniuriam, vt dicetur ad iuris tenentur hostes, iuxta dicta, præterquam ad restitutionem rei, quæ repetitur. Extra hos Casus quid quid accipitur, quod excedat etiam quantitatem culpæ obnoxium est restitui vt docet Victoria, Maior, Sylvest. Gabriel, quos citat et sequitur Molina. Quod si bonum ranse iusto bello hostes resistendo sunt causa maiorum expensarum, potest illis plus accipi quam quod rebelebatur, idque ratione expensarum et resistentiæ iniustæ. Notat D. Thomas hic et cæ proximi, quod si quid capiatur mobilium etiam vltra compensationem, licite retineri, hæc enim res inn dicuntur esse capientium, quod idem dico de hominibus captis, licet etiam fratri posset hos ex, et alicubi viget vt huiusmodi bona adferantur ad ducem, qui ea dividat inter pugnantes et seruanda essent.

Tertia Conclusio. Non licet per se interficere innocentes qui pertinent reipublicæ cum qua iustum est bellum, possunt tamen subijci seruituti. Ratio primæ est, quia horum vita nihil officit ergo non debet adimi. Dixi per se. Quia per accidens interficiuntur innocentes, interficiendi licet. Ratio secundæ est. Quia sunt partes reipublicæ quæ offenditur. Ergo in bonis fortunæ puniri possunt. Quando tamen cum Christianis Christiani tractant tunc innocentes non possunt esse serui, licet accepti retinere possint, et acceptatio pecuniæ facta militi debeat vt censet Victoria. Quando etiam obsides dantur et sunt innocentes, necdum dederunt causam vt aduersa pars fidem frangeret, non sunt occidendi, si fuerunt aliquo modo causa possunt, modo culpa sit tali pœna digna.

Quarta Conclusio. Possunt etiam innocentes quicunque illi sint, adimi, et hospites spoliari illis bonis externis, quibus hostes diuturi sunt aduersus nos, quia ne adimari possunt ad bellum sustinendum. Ita victoria de iure belli num. 39. quia finis belli iusti postulat. Illi ergo tantum tenentur hæc restituere qui dederunt causam expensarum belli, idque sive sint Ecclesiasticorum, et Ecclesiastica bona hæc, sive non. Illud tamen verum est, quod si bona hæc maneant aut retineantur exepta, et seruantur esse Ecclesiastica, Ecclesiasticorum, aliorumque innocentium, qui non sunt partes reipub. vel certe bona quæ sunt in propriis vsus, sunt omnia restitutioni propriis dominis. Ita victoria loco citato. Quod si putata sunt esse hostium et distracta sunt, id quod manet tantum obnoxium est restitui

post quam ea-

quam communem est fuisse non hostium. Dixi eorum qui non sunt partes, nam si sunt partes possunt

Quinta Conclusio.

Nefas est per accidens tradere civitatem hostilem in

eadem militibus, per se tamen id non est illicitum. Ita Sylue verbo bellum 1° Quæst. 10 Victo-

rum. 82. Explicatur Conclusio, quando nimirum est Civitas Christianorum, propter ed-

ficat. nec non propter templorum spoliationes, et sæva alia ac minsta quæ solent accidere, vi-

deri id esse illicitum, sed hoc ut dixi est per accidens. Vide si nè cesarium indicetur ad exc-

itandum bellum incendendos animos militum, et hostes deterrendos, licebit Civitatem

Christianorum tradere interdum militibus in prædam, quamvis verisimile sit milites a-

gios sua culpa similia committuros flagitia, sicut etiam fas est aliquando cum causa ratione

incendere aliquam civitatem. Illud tamen hic verum est, dicere qui in prædam tra-

dunt illam civitatem teneri prohibere eiusmodi flagitia, et ut comode poterunt impedire.

ne colligo. Milites spoliantes Ecclesias, eorumque supellectilem (quales quales illa sint, dum

modo sint Ecclesiæ et mansuræ sint ut ante erant) peccare, et teneri ad restitutionem,

quod hæc quis à militibus emat, aut accipiat per donationem, tunc liber erit a restitutio-

ne, quando verisimile est hæc non devenisse ad proprias Ecclesias. Deducitur id ex Mo-

lina tract. 2. disput. 131 et 122. Hinc indicium feres, quid de imaginibus, Campanis

et pilibus quæ è Moschouia ad nos eveniuntur, sentiendum sit.

Sexta Conclusio.

Parta victoria licet omnes nocentes interficere

quamvis qui intulit bellum subierit vices iudicis, si tamen esset illorum multitudo, et essent Chri-

stiani, aliquando esset peccatum mortale eos interficere, si aliter pax et securitas possit

haberi, neque id communi bonum requireret.

Septima Conclusio.

Peccant illi ministri, qui sine certa comea-

dum sine certa mulieres, ita sunt negligentes ut exercitus spoliatur damnum, et victoria pe-

riclitetur, si item furentur ex comeatu, ita ut desint necessaria.

Octava Conclusio.

Dum transit exercitus solent Cives aliqua

rum Civita-

rum Ciuitatum occurrere ducibus, vt cum eis componant, ne ad se diuertant, et solet decere tacere quasi tenendum, vt ex pluribus Ciuitatibus ad se confluant, qui se redimant, vide quæ cipiuntur sint obnoxia restitutioni. Ita Molina disp 116 Ratio est Quia duces non habent ius ad id quod accipiunt tali modo, neq; ad grauandas hospicio ciuitates, neq; tenentur id in tantum reipub. detrimentum concedere intendit, si præsertim soluerentur stipendia, Dum illicitè illa acciperentur et ministé, Excipio ea regna vbi nostrum est, in quibus publicis contributionibus suo modo perimitur, transeuntibus etiam militibus statio, tunc enim si abest frequentia quâ ni concussione tangitur possent excusari milites, si præsertim se iuxta ordinationem consuetudinis gererent.

Nona Conclusio.

Illa etiam consuetudo militum est illicita, et restituendi minuit, cum à ministro militum, qui præcit vt hospitia bene entibus distribuas, petunt tria aut Chirografa, ad tres vel quatuor distinctas domos, vt in vna quaque hospitio recapiantur (de quibus dico de Pagis qui prestatione distribuuntur) singula eorum libenter offerunt certam summa, vt ab eo liberentur, atque hac carte in vna hospitantur, et ab alijs accipiunt pecuniam, in iustum id omnino, et tam ministri dantes hac Chirografa, quam ipsi milites tenentur restituere. Ita supra dictus autor. Et hoc intellige si præcipuus ciuitatis, aut Milites huius gus ordinarie sufficeret.

Quæres

Quid dicendum de illa consuetudine in aliquibus regnis, quod cùm fit, solent Milites sibi distribuere certa loca et bona Reipub. ac etiam Ecclesiastica et nobilium, et in illis comorari, exijs que stationes, vt vocant, exigere, ac bona illa ibi administrare, vt subditis tanquam domini illorum imperent. Pro resolutione Nota Duplicter id fieri potest et solet. Primo Dum transeunt cum exercitu per loca Regalia, Ecclesiastica, exigunt has stationes, loquor de Milite qui est in bonum reipub. nam de illo ingratiam alicuius primati, præmia tata auctoritate cogitur, non disputo, illi enim nil debetur. Secundo fieri hoc solet dum non soluuntur illis stipendium proprium, et ipsi aut depopulantur pro bono communi et patriæ, sine etiam custodiunt fines patriæ vel certe postquam se depugnarunt, aut in custodia et defensione limitum regni morati sunt, recipiunt alia loca et bona Reipub. ac Ecclesiastica, mie et nobilium. Vtrq; horum aut etiam alterum

morantur an-

marentur annum, et de illis bonis vivunt. Circa hæc sit.

Prima Conclusio. Quando solvitur militibus sumn stipendium si transeunt per aliqua bona sive regalia sive spiritualia, sive secularia, nihil omnino possunt accipere sub ratione stationis, sed omnia debent libero contractu, et emptione ac vendicione libera emere, pro victualibus eadem dico si alicubi hyberna faciant, aliave ratione morentur. Probatur Quia debetur stipendium pro victu et pro omnibus expensis, Ergo ad nihil gratis accipiendum nisi hoc de jure communi, quod etiam nis approbatum est in Comitijs Varsavien Ao 1591 ubi omnes permittitur ut in bonis tantum regalibus stationes suas seu hybernia (lege vocant) habeant. Prohibetur que ne ulla damna, violentias, iniurias, tam in bonis regalibus; quam spiritualibus et secularibus inferant, omnia quæ acceperint, victa carens precium solvant, non victuras exigant, et hæc sub pæna 14 marcarum pro quarum iniuria et refusione dam arum prohibentur. Hoc idem repetitur in comitijs Varsavien Ao 1593 ubi tamen precium non liberum, sed certum insinuatur forte illud est quod habetur in comicijs Ao 1609 constitutio.

Secunda Conclusio Post Comitia Varsaviæ celebrata Ao 1609 militibus, sive congregentur ad castra sive in ijs morentur sive hybernet aut in certis locis à capitaneo assignatis morentur, promissa sunt stationes in bonis regalibus, et Spiritualib. Ita tamen ut Rotmistes computet quantus sit necessarius sumptus pro 100 verbi causa militib. ipsi, et has stationes non gratis accipere debent, sed solvere victa precium ibi constitutum; milites etiam debent ipsi has stationes eligere, sed recollata cum dominis illorum bonorum ita quod procedant milites ut prascribit constitutio non sunt in conscientia obligati ad restitutionem tamen bona spiritualium exemptorum, super hoc enim non potest quid quam respondere. aliud est debotis aliorum spiritualium, cum enim Episcopi sunt apud nos senatores ex amore in patriam, possunt hoc onus imponere bonis suorum subditorum ut dent has stationes, et dominis suorum bonorum. Ergo cum constitutiones ipsis consentientibus sint, donarunt quasi hæc victualia patriæ, et militibus. At bonorum Spiritualium exemptorum, cum non sint dominis, nec possint de ijs disponere, non etiam potest hoc onus, super illorum bona imponere Excusari ergo non possunt milites, qui ex-

huius mei.

huiusmodi spiritualium exemptorum bonis stationes acapiunt, licet eas debeant iuxta taxam fieri, quia huic oneri non subiacet, nisi superiores horum bonorum libere id consentiant.

DICES Atqui etiam illi constitutioni in comicijs factæ non nulli Equestris ordinis repugnarunt, et contra eam protestati sunt. Ergo saltem ii non videntur consentire, et exilium bonis tuta conscientia stationes milites exigant.

RNDEO Esto quia constitutio illa tum stabilita est, nec in sequentibus comitijs reprobata videtur, posse eam posse excusari milites, et fortasse etiam tacitè in eam consensisse dicendi scopi. Si tamen ea constitutio fuerit postmodum reprobata, quo ad onus bonis spiritualibus impositum, resolutio regulanda erit iuxta dicta primæ Conclusionis.

Tertia Conclusio. De iure communi, de bonis nobilium non possunt ordinariè stationes etiam iuxta taxam solvendæ accipi à militibus. Ratio est. Quia nobilibus ad ea ius est ordinarie de iure communi attributum, nec quidquam tale habetur in constitutionibus nostri Regni. Verum quidem est posse remputticam, vt bene notat Molina disp. 108. quam regionem, et partem sui assignare, et quasi huic oneri subijcere, vt omnes omnino nobiles etiam, dent stationes huiusmodi militibus, a quo ductus potest habere cautas. de quibus ego non disputo, vel quia sunt magis diuites &c. Vt militum totum corpus debeat, et non detur dirersioni, forte enim non omnes æqualiter in nostra Polonia partes, hæc onera sustinere possent. Adde quod quædam sunt viciniores illis partibus, in quibus bella militum opera requiruntur, et facilius ex eis tempore necessitatis euocari et congregari possunt, quam ex remotioribus. Præterea aliquæ partes viciniores sunt periculis, ad quæ amouenda miles huc congregatus est. Exclusis ergo et similibus causis vtsimum latus Regis, et antiquitus campiductoris assignantis hæc bona: excusare potest milites quo ad hæc bona, doctrina deducitur ex molina loco citato.

Quarta Conclusio. Similites in exigendis stationibus grauant subditos, aut eorum dominis molesti sint imperijs exactionibus, peccant et non sunt absoluendi nisi restituant, quod canet. Vt infra animaduertimus. Item dicuntur rusticorum tabernis equis, cum præmidicio dominorum, peccant et damna restituere tenentur, nec enim ea sunt intentio vera. aut Dnis sui assignantis hæc bona ad ipsorum sustentationem.

tionem.

tionem tradere direptioni et effrenatæ libidini famulorum militum alienos subditos.
Idem colligitur ex articulo 13 pro Camynductore constituto in eiusdem Comitys, Sr item
accipiant vltra quam teneantur dare subditi et noxium est restitutioni. Decet Caietan.
Driedo, et Molina loco citato, vbi etiam exc Driedone notat. Quod si in iusterusticis in
locis designatis denegent necessaria ad victum, iuxta præscriptum, tunc etiam ab in-
fidelibus possunt hæc necessaria accipi

Omnia Conclusio Quando tex non soluuntur militibus suum stipen-
dium, sed aut assignantur certi Capitaneatus, certæque bona siue spiritualium per consti-
tutionem, siue nobilium per consuetudinem, dissimulationem aut authoritatem Principis seu cam-
ductoris supra causas insinuatas fundatam, tunc existimo posse illos (iuxta dictatamen
de bonis Spiritualibus) ex his omnibus bonis accipere stationes iuxta præscriptum et ordina-
tionem constitutionis factam. Videtur hæc doctrina esse molinæ loco citato circa finem in duo-
bus Paragraphis. Et ratio est Quia milites tenentur viuere naturæ se et suos famulos ac equos
alere, et non distrahere instrumenta bellica, et ornatum ad bellum necessarium. Et cum ii cui-
sunt respub. dilati stipendij exiguo tuere possent, videtur ipsis expositisse certas partes et
prouincias ad sustentationem, et victum; quæ tamen quia tunc non datur stipendium, non pos-
sunt eidem solvere iuxta constitutionis ordinem deberent ergo postmodum vbi eis dabitur
pecunia compensare et soluere. Hoc supponit Driedo apud Molinam loco citato, et adhoc ob-
serui debent in confessione, posseque eos absolui cum hoc onere non est improbabile, damnando
prædicto modo accipiant has stationes, aut certè suadendum illis est vt has stationes simpe-
liter à dominis sibi condonari.

Dies Primo At qui si non soluatur militibus stipendium magna ipsis fit iniuria
Ergo possunt eam sibi compensare accipiendo gratis has stationes a Subditis,
Dies Hanc iniuriam compensari eo ipso quod habeant sibi assignata certa bona ex quibus
sustentare se possent eo modo, quo sustentari se deberent, si illis solueretur stipendium, et si
ex eo bi nerent, quare cum ipsi nihil proditori sint, non possunt hanc iniuriam facere in his bonis
magis memoratis, neque enim spoliatorum est, sed reipublicæ soluere eorum stipen-
dia. nec id intendit respublica.

Dices secun-

Dices secundo. Atqui si secundum constitutionem illis solvenda est stipendium. Ergo etiam secundum eandem deberet illis solvi stipendium. Ipsi fatentur minus solvi quam iubeat constitutio. Ergo cum exparte solutionis ipsis debita ea non servetur, nec ipsi eam servare obligandi erunt.

Rndeo. Non sequitur quod quis facit eos contra constitutionem, eos etiam debere facere. Nam enim mihi praedari licet quod legibus prohibetur, quia alter furatur quod etiam prohibitum est. Deinde si non volunt milites hanc servare constitutionem, eò quod non solvatur ipsis ita eandem. Ergo eam non admittunt, et praeterquam quod se ni obedientes declarant, hanc solvant iuxta antiquas constitutiones, solvant nempe stationes mixtas liberam benedictionem et secundum taxam, nec eas gratis accipiant, neque exigant ab illis Spiritualibus. Quod enim hac ipsis permittantur. Constitutio in causa est, quam quia nolunt recipere vivant secundum ora mea, quae tantum in bonis regalibus ipsis stationes assignant, et cum libera benedictione.

QVAESTIO II.

De rixa et duello.

Ordinarie duellum solet ex rixa oriri, ideo haec duo simul iungimus.

Prima Conclusio. Rixa ex genere suo est peccatum mortale si loquamur in foro. Est communis. recenseturque ad Galatas 5 inter opera carnis, de quibus dicitur, quod regnum Dei non possidebunt. Dixi ex genere suo. Quia ob imperfectionem actus potest esse veniale. Dixi ex parte infamioris. Quia si tantum quis offendat, et quidem leviter laedat infamatorem, erit tantum veniale respectu ipsius.

Secunda Conclusio. Duellum ex parte infamantis et proponentis illud est omnino illicitum. Habetur in Con. Trid. de 34. ubi ferit excommunicationem eos qui duellum fecerint. Ratio est. Quia occidere privata authoritate est illicitum, sed qui provocat ad duellum vult occidere, et aliquando occidit privata autoritate. Ergo &c.

Tertia Concla-

Tertia Conclusio. Etiam acceptare duellum vt duellum est non licet sub eadem pœna, et probatur ex Bulla Pij 4. Confirmata à Clemente 7. Julio 3. Leone 10. vbi inter alia non licere acceptare duellum, cuiuscunque causa etiam à legibus non improbata, neque hic excusat infamia. Nam hæc non nisi apud malos et impios incurreret, non enim apud prudentes et bonos Christianos dedecori est, non exire vt Dei ob eius mandatis, quin potius id summè tribuetur laudi, neque excusat aliud periculum connexionis nimirum falsæ in iuriæ, quia huic est obviandum mediis licitis, nisi interveniat ratio mera defensionis, eo quod alter non possis euadere, nec enim tunc proprie erit duellum. Dixi duellum vt duellum. Ad hoc autem requiritur vt fiat modis debitis, ex condicto quo ad certum tempus quando alter alterum aggreditur, aut sit illi obvius, et eum invadit: tunc non est duellum sed iniuste, et alter tenetur se inter naturæ tueri, cum aliter non possit euadere, exitq; hic defensio non acceptatio duelli.

Quarta Conclusio. Fautores et spectatores duelli dummodo sua præsentia illud promoveant etiam excommunicantur, secus de curiosè spectantib. Ita habetur in Concilio.

Quinta Conclusio. Item in Concilio contra tales assignata sunt excommunicatio et sepultura Ecclesiastica priuantur. Ignam incurrent amissionis suorum bonorum, et perpetuæ infamiæ, vt homicidas tibet punire, si alter alterum occidat. Imo et Principes laici duellis locum permittentes priuat iurisdictione ac dominio ciuitatis, loci aut castri, quod ab Ecclesia obtinent.

Sexta Conclusio. Duellum si fiat autoritate publica, et habeat conditiones iusti belli, non est illicitum. Ratio est Quia potest Princeps reum sic mortis exponere. Unde solet hoc fieri ad conflictum inter exercitus fingendum, vel ut dispondeant animos hostes, aut principaliter fortibus viris. Notat Molina tomo 5. tract. 2. disput. 16. Quòd si quis iniustè exparte accusatoris damnatus esset ad mortem, aut ad mutilationem alterius grauem pœnam, si accusatus offeret duellum reo, vt lis terminaretur. Tum potest reus quidem id permittentem peccare, imò et accusatorem. Ipse reus et acceptans excusatur, quia hic est mera defensio.

Quæst 5

QVAESTIO. III
DE Seditione

Seditio est proprie bellum domesticum quod aut subditi et cives inter se aut subditi cum Principe gerunt. Illud hic tantùm inquirendum an id licitum vel illicitum

Prima Conclusio. Subditorum inter se seditionem, habentium supremum potestatem legitimum, semper est mala et peccatum. Ratio est. Quia sit privata autoritate bellum iustum mouere, licet aliquando ex parte eorum qui se defendunt possit esse sine peccato.

Secunda Conclusio. Seditio verò inter principes et subditos peccatum ex parte subditorum si ille non est tyrannus. Secus si est, tunc enim non solum licet defendere sed etiam aggredi ipsum licite possunt iuxta dicta alias. Ratio primi est quia tum iusticia tum potestas in tali bello deest. Ratio secundi est. Quia illud primum est ius naturale. Hoc secundum ex eo est licitum quia habet tota respub. ius defendendi et liberandi se à tali. Unde non privati possunt contra illum bellum mouere, si sit tyrannus potestate non dicimus, sed tota respublica.

Tertia Conclusio. Quando, et ex qua parte seditio est illicita obligatio restitutionis illis partibus quibus sit aliqua iniuria et damnum. Est communis. Colligitur ex dictis.

DISPVTATIO IV.
DE homicidio spirituali.

Non tantum corporalem occisionem prohibitam esse in lege, diuinum euidens testimonium et dogma Christi dominus [illegible] Matheum vbi agens de hoc præcepto [illegible]

Dictum est.

Dictum est antiquis Non occides. Ego autem dico vobis, omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio &c. Et alibi dicitur Qui odit fratrem suum homicida est. Vnde habemus dupliciter occidi posse spiritualiter aliquem. Primo per scandalum secundo per iram et odium, et de his nos breviter.

QVAESTIO I.
De Scandalo.

Scandalum nihil aliud est quam offendiculum, illudq; duplex communiter statui solet ratum siue actiuum, et acceptiuum siue passiuum.

DVBITATIO PRIMA
Quid sit scandalum actiuum, et an aliquando illicitum?

Prima Conclusio Scandalum actiuum est dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruinæ Ita D. Thom. Quæst. 43. Dixi minus rectum non quidem ad rationem scandali datam, non est necesse vt sit peccatum, sed satis est si habeat eam speciem peccati id, propter quod alter cadat. Addidi prebens occasionem, quia non est necessarium vt sit plane causa ad hoc vt dicatur scandalizare, sed sufficit vt aliquo modo ex se inuenienter ad casum.

Secunda Conclusio Dupliciter potest quis moueri ad peccandum. Primo directe intendendo ipsum peccatum, vt faciunt Dæmones. Secundo directe quidem intendendo malum, non tamen propterea vt proximus spiritualiter cadat, sed propter aliquem finem delectationem nempe suam aut vtilitatem, vt cum aliquem quis solicitat ad fornicandum. Tertio Indirecte quatenus aliquid mali sit coram proximo vnde ipse sumit occasionem ruinæ, siue illud sit in se malum siue in opinione proximi.

Prior et Se-

Prior et secundus modus est manifestè cum peccato communitas. De tertio est dissidium communiter tamen est sententia ex genere suo esse mortale, quia charitati proximi contra rium, ob inconsiderationem tamen, et leuitatem materiæ, et similem aliam causam potest esse veniale. Vide docent Sylnes. Antonin. et alij, ad vxorationem scandali non requiri directam intentionem ruinæ proximi, sed sufficit actus ipse ex cuius vi possit alter ruinam illa malicia scandalizari. Dat Graphius exemplum de muliere, quæ probabiliter fecit aliquem sui aspectu concepturum malum desiderium, et tamen obycit se et exponit videndam in eo loco sine necessitate, et absque causa, etiam si id ipsa non intendat, nisi non excusat aut vrbanitas: aut aliqua alia iusta causa in eo loco esse faciat.

Tertia Conclusio Ex charitate est obligatio abstinere ab his omnibus qui præbent occasionem hanc ruinæ proximo. Est communis. Pro hac doctrina adducitur plum auctor supra citatus de Clerico seruante penes se mulierem, de qua posset esse suspitio etiam si consanguinea sit, aut vita integra in ipsa, et adducit Sylnestrum et Tabienam pro hac re. Illud hic notant auctores posse interdum omitti ratione scandali, quæ fuit sub præcepto negatiuo, quale est verbi causa actio sacri, si inde quis sumere posset occasionem ad animæ detrimentum. Ratio est. Quia præcepta affirmatiua non semper obligat, sed cessat obligatio ratione alicuius, qualis est etiam charitas proximi. Dixi posse. Quia non videtur esse obligatio, si quidem non est actus naturæ suæ, nec per se erroneam conscientiam aptus, ex quo scandalum, sed infirmitas personæ facit. Ea vero quæ sunt de necessitate medij, et quæ præcepto negatiuo imperantur, cum per se obligent, non sunt ob hanc causam omittenda, sicut neque committenda. Quia iam, quæ sine peccato committi non possunt. Quia ornata charitas à seipso incipit, sed huic deijs bonis operibus, quæ sine peccato non possunt omitti, licet occultari adhibitis possunt, donec ratio scandali tollatur, quod si tolli non potest adhibitis sufficientibus remedijs, iam non erunt differenda aut committenda, quia iam incipiet scandalum Pharisaicum.

Dubit secunda.

DVBITATIO. II.

Quid scandalum passivum, et quando peccatum.

Acceptum, passivum et Pharisaicum scandalum, pro eodem apud authores accipiuntur.

Prima Conclusio. Scandalum passivum est cùm quis ex facto vel dicto alterius inducitur in peccatum. Ita communis sententia. Notant authores posse esse scandalum passivum sine activo, sicut et activum sine passivo, et etiam cum activo simul. Potest enim quis scandalizari cum alter præbet actionem: quæ ex natura et conditione operis, aut ex infirmitate et ignorantia, vel etiam ex intentione operantis est apta causare offensionem: Passivum autem exit quando præter intentionem operantis, et præter conditionem operis, non tam ex infirmitate et ignorantia: quam potius ex malicia quis capit, et hoc vocatur tantum acceptum et Pharisaicum scandalum, sicut activum tantum exit quando fit quidem aliquid unde possit exire scandalum, at tamen alter non consentit nec curat ea quæ fiunt, licet tunc etiam operans peccet, nisi excusetur aliqua causa, aut necessitate inducente ad agendum vel dicendum illud quod dicit et facit.

Secunda Conclusio. Scandalum passivum est peccatum mortale vel veniale ratione materiæ, et consensûs in eum. Est communis. Docet eam Sylve. ver. Scandalum secundo, et propter tale scandalum non est licitum omittere bona et maximè præcepta, contra est authorum sententia. Et ratio est. Quia daretur hominibus improbis ansa impediendi bona opera ex sola eorum malicia.

QVAESTIO. II.

De ira et odio.

Ira si modum à ratione præscriptum non servet dicitur iracundia, et talis ad peccatum inducit, nam ex se ira non est mala. Odium D. Thomas

prima se-

Prima secundæ quæst 24 docet esse dissonantiam appetitus animalis aut rationalis ad apprehensum vel disconuenientem.

Prima Conclusio Iracundia est peccatum mortale ex genere suo.

Ratio est Quia contra proximi charitatem et iusticiam, quod vt mihi ellyas. Nota Iracundiam esse dici cum à rationis prescripto disceditur, quod dupliciter potest fieri Primo ex parte obiecti, si minus iustam vindictam appetas ob causam nempe illegitimam, vel iorem quam oportet, vel absque publica authoritate exequendam. Potest etiam hic esse peccatum veniale ob imperfectionem actus quæ spectatur. Vel ex parte voluntarij commotus ire perrexerit rationis iudicium, vel ex parte obiecti seu materiæ vt tui modicâ vindictâ appetat, quale est ait D Thomas 2. 2. Quæst 158. Si puerum tractas per capilos. Secunde potest non seruari præscriptum rationis ex parte motus, vt si interius ira quis excandescat, vel exterius eam per signa minimi patefaciat, sic non est quidem ex genere suo mortalis, at potest esse vel ratione affectus et præparationis animi quâ inducit vt sit ita accensus ad iram vt paratus sis aliquid facere quod peccatum mortale: vel ratione scandali, vt interdum accidere potest in prælatis et ritu alibus, qui speculum et spectaculum sunt omnium.

Secunda Conclusio Odium inquantum differt ira proprie est passio appetens malum proximo, quia malum vt hinc ei mala

Ita Divus Thomas, inque differt ab ira sine iracundia, quæ appetit malum sub ratione vindictæ. Esse autem odium peccatum grave docet Sylvester verbo odium, licet possit esse veniale iuxta di cta de iracun dia.

DE SEXTO, ET NONO, PRAECEPTO.

Sextum est Non mechaberis Nonum verò non concupisces uxorem proximi tui:

Hoc omnis actus venereus luxuriâ exterior extra Matrimonium: Hoc verò desiderium siue peccata mentalia, illique actus venerei quatenus cogitatione sunt, prohibentur quamquam hæc quoque per sextum præceptum poterant intellecta prohiberi vt notat D Thomas 1, 2. Quæst 2 et 74 Et 2, 2 Quæst 47 articulo 1° et 5°. Et Christus apertè dicit Dictum est antiquis Non mœchaberis. Ego autem dico vobis omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Vbi etiam vsus et cogitatione comitti solita docet esse prohibita et declarata. Quia ergo eadem est materia huius et illius præcepti, ideo eam coniunximus. Sola verò materia his duobus præceptis prohibita, luxuriæ nomine comprahendi solet, licet enim luxuria à luxu dicatur, et sæpe generaliter sumatur omnem excessum in rebus significet, vt in vestitu et similibus: tamen strictè sumpta, de excessu circa corpus maximeque res venereas dicitur teste D Thom. qui luxum definit quasi luxatum et solutum in voluptate dicit, et sic opponitur castitati.

Cæcadue hæc præcepta omne id quod excessum circa corporis voluptates significat ad quas coniungimus, quatenus vel castitatem infringit, et eam tollit: Vt sunt species luxuriæ de quibus infra. Denique adillam deperdendam sternunt viam, vt sunt occasiones, ebrietas, gula, ioci verba, cogitationes, quas autem primo de speciebus luxuriæ, tum de modis quibus in ijs peccatum committitur. Denique de occasionibus et ijs quibus quis ad luxuriam delabitur.

DISPVTATIO. I.
De specieb, luxuria quo ad substam.

Species luxuriæ sex à Diuo Thoma 22 Quæst 154 artic. 1° statuuntur. Fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus, et vitium contra naturam. Addunt alij Sacrilegium, sed hoc D Thom ad adulterium refert, Nos separatim de ipso et sic explicatâ manebunt, species luxuriæ quo ad substantiam ipsam, nam de eisdem quo admodum insequentibus. Vbi de morosa delectatione, cogitationibus, verbis, iocis turpibus, occasionibus ac alijs.

QVAESTIO. I°.
De fornicatione

Fornicatio si generatim loquamur significat rem seu copulam cum Meretrice habitam. Ita habetur 32 Quæst 4 Capite Meretrices, in Ps tamen prout ab alijs speciebus luxuriæ distinguitur significat coitum naturalem illicitum, soluti cum soluta, omni trinculo coeuntis scilicet consanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis seu voti. Ita Tolet lib 4 Cap 1c Graphius parte 1 Lib Cap 75°. Sylue verb luxuria § 1° Ex D Thom in 4 distin. 41 Et 2.2 Quæst 151 art 1. Et si quis certa lege cum una tali coëat ex condicto, ipsique cohabitet, dicitur concubinatus. Quales sint hæc peccata, et quæ pœna eorundem, quid ne cum talibus faciendum sit conferatur videndum.

DVBITATIO. I.ª
Vtrum fornicatio sit licita?.

Prima Conclusio. Fornicatio de se est peccatum mortale conclusio est de fide contra Hæreticos Nicolaitas Quæ [illegible] Baptistas, et Schismaticos teste Guidone. Probatur 1°

Probatur primo ex Scriptura Prima ad Corint. 6 neque fornicarij, neque adulteri, neque mole regnum Dei possidebunt. Idem ad Galat. 5, et ad Ephes. 5. Idem communiter docent Sancti Patres et Scholastici doctores.

Probatur Secundo. Quia est contra legem de bona prolis educatione, si enim non fuerint patres et mater muto vinculo indissolubiliter constricti, vt sit in Matrimonio, paterna cura ad prolem educandam necessaria, deerit.

Obicies Et tamen Ecclesia permittit lupanaria Ergo nō videtur desepsa male fieri.

Rides. Permittit non quasi liceat meretricari, sed ad maius malum euitandum id facit, vt scilicet detur promiscuè luxuriæ, adulterio, incestus, solicitudines honestarum, non ergo approbat illud peccatum, sed dissimulando tolerat, certum tamen est eos qui accedunt lupanaria ad publicas meretrices, quoties id faciunt mortaliter peccare. Ita communis autorum sententia, nec adhoc excusat ignorantia, quia vt ait Navar. Sylue. et alij: Ignorantia hæc esset iuris naturalis et diuini, satis manifesti, quæ nullatenus excusat.

Obicies 2do At qui Deus iubet Prophetam sumere vxorem fornicationum, et facere filios fornicationum.

Rides. Iuxta modum loquendi hebræorum, iubet ibi Deus vt mulierem deditam fornicationi, scilicet Propheta in vxorem quod non est illicitum, nec illud fuit sine causa mysterio à Deo imperatum, verum id persequi non est nostri instituti.

Secunda Conclusio. Potest tamen in duobus casibus fornicatio non esse peccatum mortale, aut saltem non contra hoc sextum præceptum. Alter est si quis id ad vitandum defectum rationis, vt sunt amentes et ebrij, si non sint compotes rationis. Iulius est quidem effectus ebrietatis, ni illis nullum peccatum. Alter casus est violentia, vt si quis per violentiam, tam opprimatur. Hæc conclusio est communis, procedit eam in alijs speciebus luxuriæ, sed hic notat Navar. Cap. 15. ex Soto, hanc vim tunc excusare, quando nullus adest consensus ad illum actum, etiam si sentiretur in ipso actu aliqua delectatio, modo neque in ipsa eadem, neque in delectationem voluntas deliberata consentiret, neq; enim talis delectatio esset voluntaria, sed naturalis, et impossibile est eam non esse, vt est esse in medio ignis, et non ardere, vt dixit Sanctus Gregorius, Et in tali casu non perderet Virgo virginitatem

quo ad Deum. H. d. d.

Addit ex eodem Soto Manar. non teneri tunc fœminam manus vîatas in ferre inferre, neque clamore se defendere, quidquid dicat Caietanus. Licet id possit facere eò quo satis sit non consentire. Vt coram Deo non peccet mortaliter, licet forte inferre ex terori præsumeretur consentire, si contingerit id meo loco nunc clamare posset, et alios ad sui defensionem excitare. Addit denique Sotus non etiam teneri impedire alios, suis propriis membris resistere, dummodo non se comprehendat aut præparet ad inferendum illum actum. Non placet tamen id Manarco, non tantum enim necessaria dicta, non se aptare aut comparare sed etiam aliquomodo pronti et quam diu potest resistere suis membris propriis, licet sine clamore et manuum in violatorem iniectione. Et hinc dicebat Manar. si timet talis fœmina ne consentiat in actum aut in eius delectationem, tenetur clamare etiam si mors sibi et infamia sequatur, quia ad culpam sufficit voluntas, aut consensus coactus, hanc autem culpam inquit eam perniciem animæ et salutis infert, teneturque bitare cum temporali damno.

DVBITATIO. II.

An concubinatus sit peccatum, et quæ eius pœna.

Prima Conclusio. Concubinatus est continuata fornicatio soluti cum soluta determinata, ita ut sit velut cohabitatio quædam ac si matrimonio iuncta esset. Ita communiter docent autores. Est autem concubinatus peccatum grave simum mortale sine omni dubitatione. Ratio est. Quia constituit hominem in statu peccati, ut ita Concil. Trid. Sessione. 24 de reformatione Cap 8 grave peccatum est homines concubinas habere, grauissimum exige et in nimis magn Sacramenti singularem reverentiam admissum. Excreatos quoq; in hac damnationis statu viuere ac audere eos quæ quie domi etiam cum uxoribus alere et retinere.

Obiicies 1° Iuris periti inter quos Bartolus. concubinatum vocant legitimum coitum. Ergo non est illicitus.

Rndeo.

Rndeo Eo modo loquendi voluit tantum legibus ex eò esse permissum quia non est contra eam pœna statuta. Notat Conarr. de sponsalibus parte 1ª Cap 4 melius dicere lege permissus, quam legitimus.

Obiicies 2do Sæpius in veteri lege legimus Sanctos etiam viros Concubinas habuisse. Ergo non est hoc malum, alias Deus non permisisset.

Rndeo Ex Divo Augusti. lib 1° Quæstionum super Genesim Cap 30 et de Ciuit. Cap 34 in Veteri testamento eas fœminas quas Sancti etiam patres præter proprias uxores concubinas vocari concubinas, et uxores quæ aliquando erant ancillæ uxorum, veras autem uxores nunquam vocat concubinas. Notat autem D. Thom distinc 37 Quæst 1 ar 3 ad 3 quod etiam illas concubinas fuisse matrimonio iunctas et uxores, sed sine solemnitatibus nuptiarum, nec gubernabant domum, nec in partem bonorum cum Marito veniebant, sed tantum munera accipiebant, poterantq; eici è domo, et ob hanc causam concubinæ vocabantur. cur autem Deus id permiserit alibi dicetur, quando de poligamia.

Secunda Conclusio Duplex est concubinatus, Notorius et occultus, Notorius est, de quo nullum est dubium, quando vir in causa quis concubinam concubinam publicè tenet, et publicè nutrit liberos ex ea sitos, et nec ipse hoc auderet negare si interrogaretur, vel quando videntibus vicinis, et scientibus domum concubinæ, intrat et egreditur, dando ei alimenta publicè. Ita definitum est in Canonibus quos citat Graphideus ci. Cap 52 Occultus verò est Quando non ita esset ut dixi, sed probabiliter possit negari propter fornicationem celari, vt quando tenet concubinam, et dicit esse pedisequam matris uxoris. Ita habetur Cap Sicut, de cohabitatione Clericorum et mulierum, Et ea quæ sequitur, distinctione 31

Tertia Conclusio Pœna concubinarys debita habetur in Concil. Trident. loco citato, in hæc verba. Statuit Sancta Synodus huiusmodi concubinarios cuiuscunque status ac dignitatis et conditionis existant, si post quam ab ordinario etiam ex officio ter admoniti ea dare fuerint concubinas, neq; intra sex mensis spatium eas ejecerint, seque ab earum consuetudine non seiunxerint excommunicationi fer-

endos esse

endos esse, à qua non absoluantur donec re ipsa admonicioni facte paruerint, quod si
binatur per annum cessaris neglectis permanserint, contra eos ab ordinario se vere pro
tate criminis procedatur, mulieres verò sue conuersationi sine dotis quod cum adulteris
cubinarijs viuunt publicè, siter admonitæ non paruerint, ab ordinarijs locorum, vel
requirente ex officio pro modo culpæ graviter puniantur. Et extra opidum vel dio
stricteis dem ordinarijs, invocato si opus fuerit brachio seculari, eiciantur, alys pœnis
tra adulteros et concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.

Notat Graph. 1° ex Nauar. Hoc quod dicit Concilium non tantum intelligi de concu
rijs publicis, sed etiam de his quos populus credit esse tales, licet non sint denec bene
ficetur. Quia non solum à malo sed etiam ab omni specie mali cauendum. Sta habe
stolus ad Tesal. 5°. Et cap Cum ab homine, de vita et honestate Clericorum.

Notat 2do Etiam hanc admonitionem faciendam esse et clerico concubinario, ad
eum suspendendi, nam Sacerdos concubinarius si est notorius facti, id est si non po
tare concubinatum suspensus est ab officio, pœnitentia, sacra unctione, et celebratione
habetur in Cap nullus. Cap præterea hæc. distinct 32 Cap Vestra &c et ita celebrando ef
irregularis. In Cap Si celebret, nec absoluendus nisi à Papa, lib 6 Cap 1° de sententia
communicationis. Item dico si Diaconus Concubinarius Euangelium solenter cantet
diaconus Epistolam fiunt irregulares, antequam aut exerceant actum ordinis potes
ni ab Episcopo, et hoc de notorie ratione facti, et ratione iuris. Quam do rel confess
minis dicit vel testimonio aliorum condemnatus est, nam quando est occultum omnin
id est non venerit in noticiam publicam, non meuerit has cautelas. Extalia pœna no
concubinarij, quod licitum sit subditis subtrahere se ab eorum obedientia. Habetur
decimo Quæst 7 Capite Sacerdotes. Et in Glossa Cap Cum non liceat.

Quarta Conclusio

Iuxta hæc iam facilè constat quid faciendum
Confessario in foro interiori, cum fornicario et concubinario, nam non potest eum absol
re, nisi paruerit admonitioni factæ ab ordinario, et hoc de concubinarys notorijs,
occultis etiam eidem dicendum, non posse eos absolui nisi de facto eiciant concubi
segnè aberis conuersatione separent. Ita communiter Doctores: Quod etiam in aliis

mortis facien-

portis faciendum monet Tolet. nisi vegeat mors, tunc enim solum propositum sufficit. Addi Sylue. quod quando ab ea separatur debeat eam exhiurare, quod nimirum dem ceps ad eam non accedet nec comedet aut bibet cum illa, nec in eandem domo manebit, nec in alio loco, nisi sit publica quae sola suspicio esse non possit, nec loquetur cum ea nisi coram ideneis testibus et certa necessitate addit idem author. Si in homine timeretur periurium, non esse exigendum.

Dices 1°. Quid si non possit eam statim eicere vel quod procul sit, vel quod indigeat modo absolutione. Rudent authores Si sapius admonitus de eadem confessione, et promittebat nec tamen fecit, neganda absolutio, nisi aliquid prudenter inueniat quod excusaret concedendam, et posset certo beletiam probabiliter sperari effectus.

Dices 2do. Quid dicendum de eo casu in quo aut possent probabiliter sine periculo cohabitare, aut non possent eici. quia vel diffamaretur vel quia non potest ipse relinquere domum qui confitetur eo quod sit filius vel filia in domo parentum?

Rudet de primo dicam. non aliud nisi hoc, quod quam rarissime contingat, et ideo non debet fieri absolutio tales sine proposito deliberato nunquam conversandi, opere, verbo aut voluntate sine cogitatione. De secundo casu dicemus infra. Illud hic pro coronide addi. Sylue. verbe Luxuria Fornicationem et concubinatum esse grauius peccatum quam infamina, adulterium secus grauius, nempe infamina, ex D Thom in 4 distin. 32 hujus rationem reddit

QVAESTIO. II.

DE Stupro.

Plautus, Cicero, et alij latini authores Stuprum pro omni concubitu legitimo vel delito accipiunt. ratio tamen est huius vocis apud canonistas, et moralistas strictior magis acceptio. Quae illa, et quale sit hoc peccatum, et quid secum in trahat, in sequentibus.

Prima Conclu.

Prima Conclusio Stuprum est illicita defloratio virginis, subpar-
cura existentis. Ita Magister in 4 Sentent. distin 41, et habetur 36 Qua. 1. C.
defloratio, quia per stuprum flos virginitatis auferitur, est enim cum ea quæ non dum
corrupta. Additur illicita Quia etiam defloratur in Matrimonio quando cum illi-
ginitate ducitur, sed id tunc non est illicitum. Notat hic Sankee et alij cum illo,
mineo tantum sexu et ex parte illius comitti stuprum, ex parte masculi non, etiam si
vere peccet contra virginitatem et castitatem. Notat denique Sotus in 4. dist 8 Qu.
art 4, et Petrus Navarrea lib 2 de restitutione Cap 3 de illud etiam sit stuprum, quo
do virgo sub potestate parentum vel tutorum constituta illis consentientibus, aut ipsa etiam
tro volente corrumpitur et defloratur: hæc tamen acceptio est impropria, et non ad
nonam maliciam mortalem supra fornicationem sicut addit adulterium, sed propter
stuprum dicitur quando illa defloratio seu violatio clausuri virginalis fit ipsa in
Hanc observationem Soti contra Caiet. et Sa ac plures alios approbat Lessius lib 2
Sankee lib 2 disputat. 14 Vasquez 1, 2 Quæst 74 art 8 Soarez de Confessione
Sect. 4 dicit probabilem hanc esse doctrinam, verum hoc curiosius disquirere speculativi e
Quæres An sit ille vere stuprator qui peccat cum virgine quæ nunquam
hoc peccato ullo modo peccaverat, at tamen vel ob medicinas certas vel ex
necessitate claustrum et signaculum virginale apertum habeat.
Rndet Sankee esse si id certo constet, et ita cum illo ut cum stuprature peccat

Secunda Conclusio Stuprum cum violentia virgini
est peccatum mortale, tum ratione fornicationis, tum ratione iniuriæ qua fit virgini cla
tionem claustri virginalis, et ablationem virginitatis Est communis omnium authorum.
Probatur Tum quod hic fit concubitus illicitus ut diximus: tum quod tum ratione ipsa
ipsi auferitur, ratione illius est peccatum contra castitatem, ratione iniuriæ contra iust
Nota Multis modis posse hanc vim et iniuriam virgini inferri. Primo
corporaliter cum vis externa adhibetur Secundo Precibus impertunis, solicitatione

Varijs

222

varijs, idque sine fiat promissione matrimonij et similium addita, sine hac, vt si adeò
crebrò importunè preces, vt ita malit grauè illud virginitatis detrimentum pati, quam a-
liquæ tali improba solicitatione enecari. In omnibus his modis nihil datur ratio iniustitiæ
nisi loquendo de vltimo modo. De promissis illud notant authores. Si sint tantum donorum ac munerum promissa,
quæ sæpiùs sint munera et dona ipsa, quæ libenter acceptat, tunc non videtur esse violen-
tia, imo potius ipsa sic aperit viam ad malum: aliud est, si etiam acceptis muneribus
illud difficilius, et promissionem difficulter acceptaret, ac petuis ob infirmitatem et fragi
litatem superetur, et consentiret, sicut etiam si osculis, precibus, tactibus primò repu-
gnans, postmodum vt fragilis vinceretur et consentiret, fieret ipsi iniuria dicendo quæda
Quod eidem dicunt quædam de precibus et promissis dominorum, dicuntur enim
illa preces armatæ, et in hac materia huiusmodi timore reuerentiali sufficiunt ad
tollendum voluntarium, habita ratione personæ et materiæ in qua fiunt.

Tertia Conclusio

In confessione personam quæ stuprum passa
est voluntariè, non necessario apperiendam esse, sed sufficere si dicat se fornicatam
esse. Est sententia conformis doctrinæ Soti vt bene observat Sankee. Quia accedè
voluntate non est stuprum, sed simplex formicatio, quod à fortiori verum est, si sit
primi aut minimum aliquam vitiata, et ita docet idem Sankee, Nunquam à fre
quenti potest committi stuprum propriissimè dictum, nec confessarius tenebitur eam inter-
rogare an virgo sit, id est non corrupta adhuc, licet possit sine vllo periculum, vt ipsa
propter pudore mentiatur.

Quarta Conclusio

Inferens stuprum per vim et minorem
tenebitur hanc circumstantiam explicare, stupri, in confessione. Secus si consentiens
virgo. Ratio primi est. Quia illa circumstantia est mutans speciem, et nouam ra
tionem malitiæ inducens vt ostendimus. Ratio secundi. Quia tunc vt osten-
di ex Soto non est stuprum, licet tunc etiam sanum sit consilium id apperire, et con

fessarius.

fessarius debet de hoc stupratorem interrogare.

Quinta Conclusio. Si virgo in actum libere consensit, etiam si

rum, si exemiserit compensationem a domullam tenetur stuprator ipsi faciendam. Est communis. Ratio primi est. Quia volenti nulla fit iniuria. Ratio 2di est. Quia illi tantum iniuria et damnum illatum. ergo si illa consit nre suo, ad nihil est obligatie, nisi forte parentes hinc aliquam infamiam vel damnum sutirent, quia deberent maiorem dotem dare, aut non possent ita illam bene locare, inde q; ipsis etiam infamia, eorum q; familia oriretur. Ita illis facienda est aliqua compensatio, ad arbitrium boni viri. Ita Solus monet et Lesius ac communiter alij.

Sexta Conclusio. Si vi aut fraude uixta dicta

sit consensum, etiam absque vlla promissione, tenetur stuprator aut ipsam ducere aut damnum reparare dando dotem vel augendo paternam, si illa cum ordinaria non posset tam bene nu bere vt erat spes. Ita fere omnes sentiunt, et hoc in foro interiori, nam in foro exteriori per tentiam in dicis potest ad vtrumq; compelli et teneri. Vt habent iura quæ dam Cap. 1° de ter tijs et 2°. Possunt tamen etiam parentes, imò et ipsa recusare matrimonium, et tunc ber erit, sed pecunia a dripsorum voluntatem compensabit. Addit Navar. Cap. 16 num. 1 Si æque bene nupsit virgo a domihil tenetur necessariò stuprator. Licet autem bene nubat te accepit compensationem, non teneri eam adresistriendam docet Lesius. sicut etiam nec hæc aut parentes possunt exigere, si antequam nupsit obiit, et ante obitum non fuit facta de com satione, quod si parentes dum illa vivit vrgent vt eam stuprator ducat in uxorem, si id pro li non promisit, non tenetur id facere ante sententiam in dicis.

Septima Conclusio. Licet cum quis extorsit consensu

virginis in stuprum cum promissione matrimonij ordinarie teneatur eam ducere, in aliquibus tamen casibus non tenetur, sed sufficit si ei compenset aliqua alia ratione est communis sententia. Ratio primi est. Quia hæc promissio facta est per modum contractus, cum ergo ipsa ex parte complenerit illum, faciendo stuprum, etiam stuprator tenetur eidem stare.

Secunda pars de la ratura.

Primus Casus est

Primus Casus est. Si ipse sit status altioris, et ipsa hoc sciuit, tunc enim facile potuit suspicari illum simulare, licet D Thom. et Cardnba sentiant ipsum non teneri quamuis illa ignorauit eius conditionem.

Secundus Casus. Quando ipsa aduertit, vel facile aduertere potest illum non sincere agere tunc enim non decipitur, sed fingit se deceptam. Ita D Thomas Sylnester et alij.

Tertius Casus Si quid supernenit impedies, quia vel affinis, vel aliam ducit, sacros susceperit ordines, si grauc damnum aut scandalum extali matrimonio sequeretur, vel si pater noluit eã dare.

Quartus Casus Si illam contingat postea fornicari cum alio,

Quintus Casus Si dicenti se virginem cum ab ea extorqueretur stuprum, deprehendatur non esse virgo. Item si putabat esse talem, et deprehendit non esse, aliud sine scie bat esse virginem si tamen promisit ei sicte, tunc enim quidam dicunt teneri, verum probabilius non teneri, quia promissio facta, et damnum illatum non est tanti momenti, solum ergo tunc copula illa per talem deceptionem obtenta, esset prudentis indicio compensanda pecunia. Quanquam si timeretur incontinentia quia frobrigine habebatur, in his ductus casibus quinto loco dictis, tenetur eam ducere, vt docet Sankee. 1. d. 42 etiam si ipsa sit vere corrupta, habetur tamen pro non corrupta. Vbi 42 consensit in peccatum ac occulte fecit, ille verb qui cum illa peccauerit iactat se exinde, et inde infamia sequitur. Illud hic nota quod in his casibus inquibus quis ratione promissionis sicte, matrimonij exterius consensum inquibus iniquam non tenetur eam ducere, non etiam tenetur pecunia cui alia ratione compensationem facere, nisi interesse quinto loco excepto. Idem est de casus, si etiam stuprator post votum emissum religionis vel castitatis promisit verè sicte matrimonium alicui, quod votum ipsa omnino ignorauit, et nolit sibi aliter compensari teneri cum ipsam ducere.

QVAESTIO. III.

DE RAPTV.

Magnam habet raptus cum stupro connenientiam eo quod in vtroque supra luxuriam inuenia tur violentia, licet possit esse raptus vbi non est stuprum, eo quod possit rapi etiam ea, quæ iam corrupta est, in aliquo ergo tantum raptus potest inuenire et stuprum, si virgo non corrupta rapiatur, habet

tamen.

Prima Supplicium capitis raptori et alys quocunque modo auxilium ferentibus.

Secunda Vsque ne coniugij maneat, estque hoc post Concil. Triden. impedimentum dirimens neque enim inter raptorem et raptam, quamdiu in eius potestate manserit vllum matrimonium fieri potest etiam si ipsa libere postmodum in Matrimonium consenserit, separata tamen si fuerit potest raptori nubere.

Tertia Raptor et auxilium ac fauorem prebentes ipso iure excommunicantur, et perpetuo infames sunt, ac omnium dignitatum incapaces, et si Clerici fuerint, de proprio gradu decidunt. Sta Concil. Trident sessio. 24 de reformatione, Cap 8.

Quarta Tenetur eam dotare ad arbitrium iudicis. Notat hic Sanchez Si raptor habet virginem, non vt secum cohabitet, sed vt alteri nubat, tunc non subijcitur raptoris pœnis. Vero cui nubit si fecit eam rapi intuitu matrimonij, non valide cum illa contrahit, vero si id non curabat sed sibi offertur et rapta vult cum ille contrahere; et matrimonium valet et ad nihil maritus tenetur.

QVAESTIO IV.

De Incestu

Incestus est peccatum carnis admissum cum persona iuncta sanguine vel affinitate, et licet etiam quando persona est affinis ex adoptione dicatur incestus tamen propriissime incestus dicitur, quando persona est consanguinea, aut affinitate orta ex Matrimonio.

Prima Conclusio Omnis illa copula inter personas consanguinitatem vel affinitatem dicta, coniunctas vsque ad quartum gradum est incestus Sta communis autores. Si vero fiat cum persona coniuncta affinitate ex fornicatione aliqua simplici cubitu illicito, ad secundum pretenditur gradum. Vt si quis cognoscat matrem et filiam aut duas Sorores. Hæc pars definita est in Concil. Triden. sessio. 24 Cap 4. De

betur.

fetur in Cap. Si quis cum Matre 34 Quæst 2.

Secunda Conclusio

Incestum esse peccatum mortale et grauius respectu maior est commercio inter se consanguinitatis seu affinitatis personarum quâ committitur incestum Ratio est Quia peccatum est contra reuerentiam, et honorem debitum consanguinitatis.

Tertia Conclusio

Pœna incestuosorum habentur in iure.

Prima est. Quod impediat matrimonium: quale autem hoc sit impedimentum, dicetur in materia de Matrimonio. Notat Sankee ex D. Thom. hanc pœnam non extendi ad incestum cum consanguineis propriis, sed tantum aut ad uxoris aut ad mariti consanguineos. Verum de hoc vt dixi suo loco.

Secunda est Incestus maxime in coniugio, non potest petere debitum, licet possit reddere. Atque verum est etiam si incestuosus sit occultus. Et extendit eandem pœnam Sankee cum alijs etiam si tantum conferit vt alter commixtionem incestuum committat, Peccat ergo mortaliter petendo id quæ quoties id facit ante obtentam dispensationem.

QVAESTIO V:

De Sacrilegio.

Prima Conclusio

Sacrilegium est copula cum persona Deo dedicata, aut fit in sacro loco. Est communis sententia. Addunt alij tertiam speciem, si quis habeat rem cum persona affinitate spirituali coniuncta, qualis oritur ex Baptismo et confirmatione. Et hanc partem in animo tenemus supra. De prima nulla est controuersia, et huc intelliguntur omnes personæ castitatis voto Deo obligatæ, vel per se facto, vel ratione ordinis sicut Diaconi et D. Thom. et Silue. verbo luxuria. § 8. Notat Sankee, etiam † De Sacrilegio ratione loci Sacri. † actus turpes et quicquid causat illicitam pollutionem fiat in loco Sacro esse circumstantiam faciem sacrilegium, et necessario in confessione explicandam. Excipitur copula

Coniugalis

Coniugalis quâ fit in necessitate quando minimum diu detineretur in loco Sacro, nisi dicam quamvis alter vter coniugum tantum detineretur, tunc licita esset in loco etiam Sacro copula hoc docet esse necesse Sanchez et Soar. considerare, vt id tantum fiat ad innocentium vitandam, licet Silue. et Polet. non improbabiliter teneat contrarium, nec ex tunc Ecclesia macularet reconciliatione, secus esset quando copula etiam coniugalis esset illicita.

Secunda Conclusio Sacrilegium grauissimum est profanare ob irreuerentiam personarum Deo dedicatarum, siue locorum, siue consanguinitatis spiritualis. Communis est sententia, omnium autorum.

QVAESTIO. VI.
de adulterio.

Adulterium dicit D. Thom. art. 8 est quasi ad alienum torum accessionem, peccatum esse grauissimum, non est opus multis probare si quidem et Coniugi alteri, et ipsi matrimonio magnam facit iniuriam et irreuerentiam, quicum alterius coniuge rem habet. Illud tamen hic attingemus quas pœnas Ecclesia contra adulteros, vt quibus peccatis magis addantur adulteri, præter ipsum adulterij reatum constet.

Prima Conclusio Pœna adulterij maxima est iniuriæ iniuriæ Coniugi capitis abscisio. Secundo Diuortium, nisi excusent aliqui casus de quibus in materia de Matrimonio. Tertia adulteræ uxoris pœna vt perdat dotem. Sunt et plures aliæ pœnæ similes quas omitto.

Secunda Conclusio. Est et alia pœna adulterij, quod adulter ita priuetur iure petendi debitum, vt ei alter non teneatur reddere. Et communis. Notant hic autores duo. Primum est quando alter coniunx certus est de adulterio alterius, sed illud non potest probari in foro exteriori, etsi cogatur pœna excommunicationis, ad

reddendum.

reddendum, non tenebitur quidem in conscientia ad hoc, si quidem Ecclesia dum præcipiendo præcedit ex falsa præsumptione, non obligat in foro interno, consultius tamen esset reddere ad euitandam communicationem, quo ad formam exterius valituram, tunc non potest adulter sine peccato cognitam deinde adulterio, tunc enim potest et cogere etiam pertinacem, et non tenetur suam facinus nisi omnia iuridice interrogetur. Secundum. Restituit hoc ius petenti debitum libera condonatione facta ab adultero coniuge, siue id animo tantum, siue verbis, siue factis. Spontaneaq; et pacifica cohabitatione fiat, siue spontanea debiti redditione, quæ non esset meta aut obuiandum iurgium et fœnerationem extortum, et concessum, suscipsa etiam eius dem petitione, si fiat sine animo reconciliationis et condonationis. Ita Communis doctrina. Verum de his plurimis in materia de Matrimonio.

QVAESTIO. VII.ª

De Luxuria contra naturã.

Nota Primo Omne illud dici posse esse peccatum contra naturam quod dictamini rationi repugnat, et sic omnes species luxuriæ, sunt peccata contra naturam. Hic tamen illud tantũ dico dicendum, et ad primus peccatum contra naturam, quod fit contra ordinem quem actus natura postulat, vt possit conceptio sequi, cùm ergo ita ordo hic peruertitur vt non possit sequi conceptio fœtus, dicitur peccatum esse contra naturam.

Nota Secundo. Quinque modis accidere posse vt hic ordo peruertatur, atque ita quinque etiam erant quasi species peccati contra naturam. Sodomia, Bestialitas, mollicies, pollutio voluntaria, modus præposterus ex parte modi concubitus, quorum singulorum excidendis rõ constat.

DVBITATIO. I.ª

De Sodomia et bestialitate quid sint et quale peccatum?

Prima Conclusio Bestialitas, est copula carnalis cum bestia, vel cum Dæmone inspe-

more in specie aliqua apparente, facinus satis et detestabile vitium, mortis pœna civiliter punitum, non est quod amplius de hac detestabili insolentia brutorum non hominum, dicatur.

Secunda Conclusio. Sodomia est commixtio duorum, siue eorum sexus, siue diuersi, non in congruo vase vel instrumento. Ita communiter doctores D. Thom. Card. Quod vt intelligas (castis tamen auribus excipi volo, et mente pudica, ad sublevandas hominum miserias, et animas ab inferis faucibus eripiendas tractari) Nota prime Multiplicitas vt ex his paucis verbis constat hoc scelus admitti posse.

Primo intra eundem sexum, cum aut fœmina cum fœmina se commaculat. Et hoc quidem per malicia hominum docuit: siue instrumento aliquo apposito intra pedes membra, siue digito, absque instrumento, et huius ponit exemplum Petrus Matte in tractatu curationum morborum curatione 18 Vbi agit Thessalonice accidisse duabus fœminis concubitus, altera coniugata proxime virile semen receperat, dum in cubaret alteri, succumbant semen illud virile, existimaro sua alterius esse, et ex alterius vtero concepisse: sint cum mas cum mare, eo vase humoris quam in illis, vel illarum vtraque in vase, aut vna vase, altera alia parte corporis, manum pedem, linguam applicans &c faditates et nequicias exercent: Aeternum similiter aut altera in eadem corporis parte generationi destinata, peccat: aut vnus quidem hanc, alter vero alteram permittit partem, quæcunque illa sit vas præposterum, auris, os, manus, tibiæ aliquales inquibus voluptati vacet.

Secundo intra diuersum sexum solet tamen suggerere hominibus nequam hoc sperare genus, cum mas aut suo fornato instrumento generationi destinato, abutitur fœminam alia parte corporis, quæcunque illa sit, et non in nase ipsius generationi similiter destinate: cum aliam sui corporis partem, linguam, manum, pedem &c. ad eius genitale membrum foedum debitum applicat, vt tum ipse voluptate si qua est fœditate potius perfruatur, et emissionem provocat. Hæc omnes diabolicæ inventionis sodomiæ sunt, etiam si inter ipsos coniuges accidant. Vnde colliges non requiri ad Sodomiæ scelus, si late sumatur, penetrationem loci præpostero, vas proximo, sed posse eam admitti quacunque corporis parte iuxta dicta, et omnes illæ sunt gravissima sunt peccata. Non desunt tamen aliqui qui eam tantum Sodomiam esse dicunt quando immunditia hæc exercetur in vase præposterο, et esse consummatam quando vas

retractatur.

tretur, inchoatam vero quando in ore eius vasis fit tactus, quod sine alia parte fiat hic abusus
est speciem luxuriæ innominatæ, gravissimum tamen peccatum. Illud omnes notant, explicandæ
in confessione personam cum qua admittitur Sodomia, cuius minimum sit status, propter ne-
cessitatem malicia quæ interuenire potest.

Tertia Conclusio

Gravissimum hoc et abhominabile esse peccatum
ea deo in Sodomam et Gomoram immissa pœna testatur. Vt habetur Genes 19. Et San-
ctus Apostolus ad Rom. 1° illud exaggerat, reseruata quæ esse hæc peccata ipsi Episcopo re-
stitum est. vnde non potest ab his qui habet Sacerdos absolvere.

Quarta Conclusio.

Sive coniugatus cum coniugata: sive
solutus cum soluta aut coniugata. Volens consumare copulam in vase debito, et in illud effun de-
re semen, inchoat eam in vase præposteto illud penetrando, erit peccatum mortale: illa in
dratio, quod multo magis verum, si nolit redire ad vas debitum, dummodo pene-
verit vas præposterum. Ita Sanchez lib 9 disput 17 num 5° Si vero tantum. Insuper
vir vasis præposteris suæ vxoris vir reficiat virile suum membrum, aut in os vxoris suæ premus
ut ponat. Vt posita in tale naturali ore mare consumaret copulam, veniliter tantum secun-
dum eandem autorem peccaret: at si solutus si quid tale fieret esset circumstancia aggrauans?
quod fornicatione, aliane similis luxuria.

DVBITATIO II.ª

De inordinato et præposteto concubitu.

Cum vocamus inordinatum concubitum et præposterum, qui quo ad substantiam naturalis
quia vasorum et organorum non fit mutatio, quo ad modum tamen sit indebitè, quia modus or-
dinatus et debitus communiter fieri non servatur, quod multipliciter fieri potest, averse seu
dorso coniungendo fœminam intra vas tamen, à tergo, stando, sedendo. Item viro succumbe
te fœmina supergrediente. Dicitur autem modus naturalis concubitus quando vir in cubus

fœmina sub.

femina subeuba à quomodo sirecedatur est inordinatus modus. Huc etiam reuocatur [illegible] quando deindustria quomodocunque fiat concubitus, aut semen effunditur extra vas [illegible] datur seminatio vt etiam foetus et conceptus impediatur, et quod hic de hoc concubitu, habeat [illegible] suo modo locum tam inter solutos quam inter coniugatos.

Prima Conclusio

Quando ex hac concubitu prapostero et inordinato sequitur effusio seminis extra vas, et non potest alia dispositione corporis haberi conceptus [illegible] mortalis, quod accidere potest ob pinguedinem mariti, ad sunt que alia similes honestas [illegible] non est tum peccatum vllum, si non captanda tantum voluptatis gratia fiat. Ita Palud. [illegible] distin. 31. Supplemen. Gabrielis. Siluc. Armil. Caiet. tum alibi tum 2.2. quest 154. art. [illegible] Lopec. Sanchez lib 7 disp 16. Quia verò inter Solutos nihil horum intercedit, [illegible] hic culpa non vacabit.

Secunda Conclusio.

Quid si fiat causa voluptatis aliqua [illegible] simili hic modus concumbendi inter coniuges et non sit periculum effusionis seminis [illegible] aut nulla certa sit futura proles, erit peccatum veniale graue tamen, et tale propter [illegible] monent autores grauissime reprehendo huius modi coniuges. Dixi totius licet enim [illegible] pars eius effundatur, vel non attrahatur, sicut etiam effunditur et non attrahitur aliqua [illegible] in concubitu ordinario, non erit mortalis culpa, secus si totum, idque ex vi modi concubi [illegible] et non ex alia causa, puta infrenitate &c. Ita tenet Sanchez cum multis quos citat. [illegible] Ratio Conclusionis est, tum quia nec impeditur generatio vt suppono, nec est seminis effu [illegible] sionis periculum, accidentaliterque tantum mutatur hic concubitus, alioquin [illegible] go vide sit arguendus peccati mortalis: tum quia non tenentur coniuges maiorem [illegible] certitudinem curare, sed tantum eam non impedire? quia tamen hic recedit ab ordine [illegible] ordinario, et quadam indecentia admittitur, inde modo extra ordinario, ideo est [illegible] veniale peccatum, et dehortandi sunt ab hoc modo coniuges. Si ergo hic inter coniuges [illegible] caret culpa ex causa posita in conclusione, non carebit inter solutos, est que hac ex causa [illegible] explicanda in confessione.

Tertia Conclusio

Si experientia cognoscitur in aliquibus [illegible] modum praposterum fieri cum effusione seminis extra vas, aut si fiat intentione impedi [illegible] conceptus.

conceptionis. Est peccatum mortale, licet de facto non impediatur. Ita communiter docent auctores, et hoc tam inter solutos quam inter coniugatos.

Quarta Conclusio.

Petenti Coniugi debitum modo hoc praeposterо cum peccato mortali peteret, et cum eodem peccato fieret huic actus vt dixi, non tenetur vxor etiã cum periculo mortis reddere, alias peccat: petenti tamen prout sine vlla culpa aut saltem veniali fieri potest, probabilius est quo ad hoc secundum teneri et non peccare. Ita Caiet cum duobus quos citat et sequitur Sanchez.

Quinta Conclusio.

In concubitu effundere semen extra vas debitа vel receptum emittere, est peccatum mortale. Ratio est Quia id aduersatur fini generationi naturali ad quem natura ipsa semen destinauit. Notat Caiet. Hoc verum esse, siue in toto siue extra vas fundatur, nisi excusat paruitas materiæ, tunc enim tantum esset veniale: aut nisi fiat praeter intentionem ex festinatione nimia.

Quæres

Etiam impeditur generatio si aut fœmina subtrahat se antequam vir intra vas seminet, aut ipse se retrahat absq; seminatione. Ergo id quoque videtur illicitum. Videtur esse hanc quæstionem procedere, vel de coniugibus vel de solutis alisque qui illicite exercent copulam. Et loquendo de coniugibus certum est inprimis, si non dum vxor emiserit semen, licitum ipsa quam etiam in marito subsit periculum seminandi extra vas, ipsa quæ non debet se retrahere antequam ipse quoque seminet, non est peccatum mortale. Ratio est quia id ex nullius nimiam cedit: tum quia illa fœminei valoris absque seminatione penetratio est pars tactuum partium verendarum, qui inter coniuges vt diximus cessante periculo pollutionis non sunt mortiferi, imo aliquando permissi. Et hoc etiam verum esse monet Sanchez, etiam si nullus alius huius rei finis esset, quam ne sequatur generatio, hanc enim seminis tantum emisso impedire peccatum est mortale, at vbi seminis nulla est iactura vt hic, non est mortale, admittetur tamen in hac retractione culpa venialis si nulla sub esset huius rei causa. Ita Veracruce qui subdit recte, frequenter id esse mortale ratione periculi effusionis seminis ni alterutro coniuge, quod in facto communiter fit, atque ideo arcendos esse coniuges ab his actibus. si tamen experti sunt periculum non incurrere, non sunt damnandi. Certum deinde est, si vxor iam seminauit vel ad

Sanchez lib. 9 disput. 14 cum multis aliis.

id excitata.

id excitata est, ita vt probabile periculum seminandi adsit, peccat mortaliter Maritus si data opera desistit à copula ante propriè seminis effusionem intra vas

Probatur Quia hic iam est consummatus cœtus ex parte fœminæ ex quo sequi nequit generatio, atque adeò semen eius prodigitur frustrate generationis fine, est ergo id præter naturam: sicut esset si non posset seminare, licet daret operam quantum in se esse potest effusioni seminis, aut si aliquid impediret quod eum aut propter honestatem aut propter periculum aliquod imminens cogeret desistere ab actu, etiam si ex libidinem irritatam deberet sequi sui seminis effusio extra vas vt si quis supervenirent &c. Si tamen se retrahat fœmina antequam ipsa seminet postquam vir seminauit, non erit peccatum mortale; vel si data opera intuitu non seminare, cùm eius semen non sit generationi omnino necessarium, licet possit esse veniale peccatum, nam mortale etiam esse certum si ipsa se retrahat antequam vir seminet ipso inuito, vel si faciat vt non seminet, licet coniectura quod tum ipse est ad seminationem, quod accidere posse casus notis propositi docuere.

Quo ad Solutos. Et exercentes illicitam copulam attinet certum est in primis in copula sic cœpta seu quavis illicita postquam fœmina seminauit aut est in periculo seminandi, licet masculus possit retrahere ante seminationem, nec seminando nouam admittit culpam eaque in confessione detegenda nisi in ipsa copula intelligeretur, quia in actu illicito, qualis est fornicatio est illicita illo seminatio. Ergo eam admittere est malum.

Dices. At qui contra naturam est non seminare in copula, seminare vero secundum naturam vbique in quacunque copula, minus ergo illud malum hoc minus, et ita hoc eligendum.

Rudeo Est quidem verum non seminationem esse contra naturam, atque ita hoc modo peior fornicatione At absolute et simpliciter peior est fornicatio, si quicquam ita est in turpe mala vt nunquam liceat, vel saltem non iustificetur vt saltem sit veniale peccatum: at non seminatio potest esse talis venialis nempe vt diximus, esset autem hic iusta causa non seminationis in culpa fornicaria, ne minimum fœtus extra uterum concubitu oriatur, cuius educatio esset difficilis. Illud hic notandum si in casu retrahens se mas à fœmina seminet extra vas in voluntarie, non erit nouâ culpa vel quia pollutio inuoluntaris exiusta causa orta, vacat culpa. Certum etiam est quod si fœmina in concubitu ducta criminis pœnitentia: aliane iusta causa corpus subtrahat ne debite semen recipiat fornicationemq; captam ne consummet, non peccabit nouo peccato, tamen fornicatrix fuit iniustus

Supremum,

fornicem, seu adulterium inxta rationem personarum perficietur et erit peccatum mortale, licet sit valde leue, et bremforma commistio et copula corporum, nam in ea non datur leuitas materiæ secundum sententiam ad peccatum venialitatis, et inceptæ crimine resiliens. Quod si recepto semine statim se exigit aut aliud quid ne concipiatur, fiat post illicitam, vt inter solutos, eaque quacunque de causa id fiat. Ita docet cum multis Sanctus lib 9 disputatione 20.

DVBITATIO. III.

De mollitie & pollutione.

Circa de mollitie dici solent autores et dicenda sunt, eo quod multum hoc vitium in vulnerit et diabolis sit excrationis, multumq; hominum consentias illaqueet: varijsque modis administratur, nos ea tantum hic prosequemur quæ pollutio voluntaria absq; copula. Reliqua insequenti dubitatione attingemus.

Prima Conclusio Duplex est pollutio, alia voluntaria, alia involuntaria. Est communis, constabit ex dictis.

Si femina vtatur habitu viri ex leuitate vel, nullum. Si fiat malo fine vt nempe liberius peccet, peccat mortaliter. Idem dico de viro femineo vtatur habitu, et qui tales viros aut tales feminas penes se habent, peccat mortaliter dicendum est si Sacerdos vtatur veste laica ad eundem finem, licet non secula Idem dicerem et de religiosis vtatur non sua religionis habitum, peccat mortaliter et excommunicatur. Ita Sylue verbo ornatus Quaest Addit idem Sylue ster verbo habitus Si quis mu-

scaris vt vocant vtatur veste Monachali seu Clericali, in ludibrium et vituperium, ad laseiuiam et impudentiam, peccabit mortaliter.

Sexta Conclusio. Religiosus et clericus peccant grauiter, licet forte non mortaliter si nimium se ornent, vtrataмen habitum suum. Sto Laret. 22 Quæst. 169 art. 1. idque et si id faciant ob vanitatem, lenitatem, et ostentationem elegantiæ sui corporis, si tamen hoc ipso adereit scandalum in ordinarium, vel aliud quid mortale intentum, erit peccatum mortale.

Septima Conclusio. Cum hiusmodi se ornantibus sacerdotes debeat confessarij vbi eis clare constat de mortali, denegare debeant absolutionem si prædictes nolent abstinere, si vero clare constat non esse mortale, sed tantum veniale, non est absolutio denegenda, etiam si abstinere nolint: Si denique nequeunt clare dignoscere quale sit peccatum propterea debeant prohibitibus vt abstineant, sed non faciendo ea est conscientia de mortali, quia tunc non abstinendo peccarent mortaliter, nec etiam neganda absolutio, quia sunt iura propitiora ad absolutionem quam ad ligandum. et melius est domino rationem reddere de nimia misericordia, quam de nimia severitate sequit Jacob de Graphijs lib. 2. Cap. 27 parte. 1 numero 7. Et Sylvester bo ornatus Quæst. 4.

DVBITATIO. II.

De Ebrietate quando sit peccatum?

Ebrietatem præbere occasionem ad luxuriam luculenter docent doctores Sacri interpretes. D. Hieronym. in primum Cap. Epistole ad Titum habet. Hoc nunc dixerim scias quod secundum Apostolum in vino luxuria est. et vbi cunque fatuitas atque ebrietas fuerit, ibi libido dominatur. Et infra. Ninquam ego ebrium castum vidi. Et Ambrosius de Elia et Jejunio Cap. 15 Ebrietas fomentum libidinis &c. Quid elegantius? Quid perfequitur. Ex hac ergo occasione de ebrietatis vitio hic etiam aliquid dicemus.

Prima Conclusio. Ebrietas propriissime quatenus est peccatum

est excessus.

est excessus in potando causa voluptatis, vsque ad violentiam vsus rationis eiusq; privationem. Ita ita definiunt. Est violenta rationis interceptio per nimium potum causa voluptatis assumpta, quanquam haec posterior descriptio data est per effectum: illa per causam. Notande sunt singulae particulae prioris descriptionis. Dicitur excessus in potando Nam potest vsus rationis interrumpi alia ratione vt odore lupuli, vel effectu tabaci, aliisque herbis. et tamen non erit haec ebrietas, quia non fit excessus potandi. Dicitur causa voluptatis Si enim fieret causa medicinae vel recipiendo medicorum, non esset ebrietas, etiam si vsque ad interceptam mentem fieret. Sta Caiet 2.2. Quaest 150 art 2 ad tertium. Sylues verbo Ieiunium Quaest 3. Nauar Cap 23 num 24. Sicut etiam non peccat qui contra eorum medicorum consilio, varia et plia inordinate edens incurrit ad vomitationem moriendam. Similiter non peccat, qui ignorans naturam potus fortis bibit (licet debeat attendere quisque ad naturam suae debilitatem) et patitur interceptionem mentis: vel si necessitate bibat ad copiosiorem potum.

Dicitur vsque ad violentam interceptionem. Nam potest etiam naturaliter intercipi hic vsus rationis. et tamen non erit ebrietas.

Secunda Conclusio. Talis ebrietas si voluntaria sit voluntate, erit peccatum mortale. Sta D Thomas et communiter omnes. Notant autores dupliciter dici posse ebrietatem esse voluntariam, directe, et indirecte. Directe, quando quis ea intendit hoc fine bibit: Indirecte, quando non cupit quidem directe inebriari, sed tamen quantum potest, non curans an sequatur ebrietas vel non: tum quando advertit se inebriari si pergat potare, et tamen non desistit.

Tertia Conclusio Si quis tractus diu ac diu potus bibit largius ita vt totaliter est ebrius, id est quia non extoto privatus est vsu rationis, scit omnia quae faciat et recordatur, raro excusatur a mortali secundum Sylues. verbo Ebrietas Quaest 1. Quia voluntarie licet vsum rationis sine causa, et cum periculo peccandi.

Quarta Conclusio Signa quibus potest cognosci an aliquis fecit ebrius. Primum Quando postridie non meminit quid egerit, dixerit, quomodo domum venerit, aut cubitum concesserit, à quo deductus vel adiutus: alius autem id probe meminisse solet haec enim arguunt non fuisse mentis compotem. Secundum Si commisit quae nunquam integra

mente comis

mente solet, quæ si locutus aut fecit turpia et absurda cum alias sit castus, prudens, fortunatus, blas-
phemauit, verorem et famulam turbauit cum alias sit molestus et benignus. Quamuis notandum, non
semper ex his arguendam culpabilem ebrietatem, nam possunt hæc etiam reperiri, in eo qui casu et inno-
cabiliter tractatam habet expetor rationem juxta dicta. Præterea non esse omnino hæc talia
quæ, vt simon adsint non sentiatur esse ebrietas, nam aliqui valde soliti sibi bibendo exercitati, ebrietatem
ebrij recordentur multo rum, si præsertim quid donauerunt alijs. Tertium. Qui nouit discernere
inter bonum et malum, licitum et illicitum, vitare mala ac eligere bona non videtur esse ebrius etiam
non possit recta intendere, et omnes domus ei bene videantur: pari modo si adhuc soliti officia pa-
sit vtcunque exequi, etsi cum vertigine et difficultate. Ita Cajet. & alij. Quartum. Hæc illud
signum omnino necessarium quod sequatur bonitas, nam id potest sequi etiam exmodica pota, et
sine peccato, ac alia aliqua causa, præterea frequenter bene et mortaliter aliqui ni ebrietate
et tamen non habent bonitatem.

Quinta Conclusio. Quando ebrietas est culpabilis seu bestialis.

via, et poterat præuideri malum quod ni ebrietate committatur, illud etiam erit peccatum mortale
aut veniale, non tam pro ratione materiæ, quam potius pro ratione ebrietatis, id est si peccauit ve-
nialiter quis inebriando se, etiam inconscientia erit veniale peccatum, si mortaliter mortale, quale esset homicidium. Ita manifeste docet Lessius.

Probatur. Quia homicidium verbi causa ni ebrietate commissum, non est ipse ipso voluntarium
seu liberum cum ab eo patratur quia tam vsu rationis caret, sicut sit à dormiente seu tantum est
inuoluntarium meausa, quia est ebrietas, ergo contrahit culpam pro ratione culpabilis causæ.
Dixi Si poterat præuideri, quod tum fit quando alias erat quis expertus in simili disposition
tale quid ase commissum, vel si dubitans non adhibuit sibi custodem vel aliam cautionem, sed
tem non poterat præuideri, tum fieri potest ebrietas mortalis, et tamen aliqui id aliud tum ca
sum, nec ad culpam imputabitur, vel saltem ad venialem, quando minimum dubitauit de periculo.

Sexta Conclusio. Pronocatio ad æquales hanstus est peccatum

mortale si fratrum vel alterum inebriandi, vel si aduertas, vel facile aduertere possis, in
inte vel in altero ebrietatem seculturam, etiam si non faces id eo animo. Peculiariter pro
scribitur est Clericis libere ad æquales hanstus, in qua dam Synodo Petricouensi autem
celebrata annos, seio me alias legisse. Multa contra hoc genus bibendi Sancti Patres &
Augusti-

Augustin. Sermo. 231, et 232 Vbi etiam quorundam excusationem solvit, cùm ait Solent ebrio dicere se excusare vt dicitur, persona potus me cogit vt amplius bibam, et in conuiuio regis non potui facere, ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus, inquit hic Sanctus doctor. Quod minime nobis nummis, non potuisse nos dicimus, nolle in culpa est nostra, et non posse prætenditur. Etiam si ad hoc veniretur subdedile, aut bibas, aut morieris, melius erat vt caro tua sobria moreretur, quam per ebrietatem anima moreretur. Hæc

Septima Conclusio. Sentit tamen Iesius lib 4 Cap 3 dub 5 posse quis respondere per æquales haustus, et se periculo inebriandi exponere ad tuendam salutem, si pronocet in ebrii causa ad duellum nisi respondeas, dummodo non aliud intendatur in ebrietate quam primatio rationis quæ non est per se peccatum, et adducit prosæ aliorum autorítatem. Docet etiam Caiet. Bibere esse causa sanitatis sumere potum fortem et laxatiorem etiam si sequatur hæc primatio rationis. D. Scotti Augustini verba illa alata explicata intelligit in eo casu procedere quando quis alterum ingerit ad bonum in contemptum virtutis vt sobrietatem et no desinam inquiet: vel quando quis in tio ipsum coacte bibit, postea vero causa delectationis sponte pergit in potando, vel quando facile potest subuenire, aut ad ebrietatem non perueniat, talis enim si inebriatur, non poterit excusari.

DVBITATIO. III.ª

De aliis occasionibus in hac materia vitandis?

Hæc dubitatio maximè ponitur propter Confessarios vt sciant quomodo se gerere debeant, quid ue inferre fatibus, qui in hunsmodi occasionibus fuerint. Duplices autem hic possumus distinguere occasiones (unsor alias de quibus iam diximus) aliæ sunt quæ habentur, vocantur habitus, vt si eo- quis ego habeat personæ quæ me perducit ad peccatum vel mihi est occasio ruinæ: alia datio hic aliquid dicemus, et prima erit difficultas, quid faciet Confessarius cum eo pœnitente, qui habitat intali loco, vel ad talem personam badit, vnde occasio admodum. Altera, quid cum eo qui dat alijs occasionem peccati.

Prima Conclusio Si quis non proponit abstinere a propinquis occasionibus ad hæc peccata (et quidem ad mortalia, nam non tenetur statuere de occasionibus ad-

oribus ad venialia) non potest absolui ordinarie in confessione. Ita Navar Cap 3 et Graphus
Dixi à propinquis, quia non teneatur id statuere de remotis, vt bene videm alias enim necesse esset ei
mutare ex hoc mundo, cùm quid quid in eo est possit esse occasio. Propinqua occasio secundum
Navarrum, licet difficile sit determinare quæ sit. Est tamen illa quæ est peccatum mortale
vt est ars necromantica, aliaue superstitiosa &c aut talis occasio peculiaris quæ creditur vel debet
credere confessarius vel pœnitens, minuam vel raro vsurum ea sine peccato mortali, ipsa
perpensis eius circumstantijs, qualis est cohabitatio Concubinæ masculis, et quibuscunque alijs
suspectis; et cum quibus sæpe cadere contigit, estq; periculum recidiuæ: habitare item apud
talem dominum vel dominam cum qua vel qua solet admitti peccatum, et cum quibuscunq; alijs
personis, siue sit filia siue filius hospitis aut hospitæ, tales ergo ordinarie non possunt absolui, nisi
si relinquant hunusmodi occasionem. Dixi ordinarie Quia sunt aliqui casus in quibus potest
dari absolutio etiam si non statuat quis deserere talem occasionem, vt sequentibus occasionibus con-

DICES. Est ne illa propinqua occasio ad peccandum quam necessario debeat statu-
ere pœnitens relinquere, et alias non debet absolui nisi statuerit. Si verbi causa versatur in
quis adolescens inter matheres, emendo, vendendo, laborando, absque ecclesiastica habitatione Navar
in eadem domo, et peccat sæpius cum illis, voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, vel etiam opus

Rvdet Navar Cap 3 num 17 Non esse occasionem propinquam, nec enim hæc conversatio est
peccatum mortale, neque talis vt semper faciat mortaliter peccare eos qui ea vtuntur, atque ita
potest talis absolui, etiam si non statuat desinere ab hac conversatione.

Secunda Conclusio. Quatuor sunt quæ faciunt vt possit quis absolui etiam

si non deserat propinquam occasionem peccandi Primum est Vera pœnitudo præteritorum
Secundum. verum propositum non peccandi, cùm in ea occasione fuerit. Tertium Credulitas
quod Deo mandante non peccabit pœnitens in tali occasione positus, potest enim prudentis
tis credere confessarius, eum non peccaturum Quartum Subsit aliqua rationabilis
causa profunc, siue etiam pro alio tempore non se separandi ab hac verbi causa cohabitatione
Ita Navar Cap 3 num 15 Et Graphius Cap 28 lib 1. Quæ prudenti indicio confessarij di-
udicanda sunt, quid hic et nunc faciendum, quomodo post mortem prouidendum.

Tertia Conclusio Quando pœnitens nequit expellere cohabi-

tem, cumque vel qua peccat, quia sui iuris non est, vt quia est filius aut filia familias, tu enim

nos gubes

non gubernant domum, et præterea præderet sexum; et alios infamaret. Denique nec ipsum
sic ejicere est decens, si est verbi causa filia vel filius, nec etiam potest se honeste susten-
tare, offenderet quæ parentes si hoc faceret. Unde in tali casu sufficit confessario, ut pœni-
tentem moneat se nunquam cum solo aut sola in eodem cubiculo aut loco ubi esset periculum con
sequendi: et dictum se complici pœnitere se peccati commissi, et confessum se esse, et ut roget
Deum ut discedere conetur alterum ad idem faciendum. Idem iudicium est de hospita, quæ quoties
eorum quendam excipit hospitio, occulte cum illo peccat, etiam si non proponat eum se non rece-
pturum, si non posset commode aliter sine scandalo ei negare hospitium. Idem denique dicendum
de famulo, quæ famulæ non potest se quis ab altero earum qui peccat, separare. Ut sunt cognatæ, au-
diat et famulæ quæ etiam cum dominis ipsis peccant. Ita docet Navar loco citato num 20
et 21 et Graphius. Ubi num 22 notat posse absolvi etiam si non septies, sed etiam septu-
agies peccarent. Licet et illud addat Navar. quod si ipse esset Confessarius non absolveret
nisi in eis non esset emendatio, aut eius inchoatio, vel certe ante absolutionem dicit
se monuerit ac præciperet talibus pœnitentibus, ut fortes et Christiano animo dicerent
complicibus quibus conjuguntur et peccant, negari sibi absolutionem nisi separentur, et ni earum ra-
tionem qua honeste fiat separatio, alioquin se confessario deliturus, et tunc talem ipse
absolveret, et si recideret absolveret secundo, et tandem si non esset spes blandi, cen-
seri cum omni periculo temperate separari, etiam si sit filia, ancilla &c ita habet Cap
10 num 27. Verum hæc opinio dura videtur.

Dices. Quid dicendum de illis vel sentiendum qui diem ad stant meñ-
sæ principem et semper peccant ex aspectu alicuius personæ ibidem sedentis? et
de illis qui quotiès cunq; ducunt choreas illo attractu animi semper peccant?
Resp. Navarrus tales non absolvendos, nisi relinquant hanc occasionem, puto tamen eum lo-
qui quando non concurrunt ex illis quatuor aliqua, quæ solent excusari, de quibus agimus, re-
spectu eius horum et illorum de quibus diximus, videtur par esse ratio.

Quarta Conclusio. Qui dando alteri occasionem ad peccatū
proximo mortaliter, non potest absolvi nisi statuat non se daturum amplius. Talis occasio est in-
ducere ut ludat ad nudum, scribere literas cō sme, tales sunt nudus, colloqua, ornatus &c.

Dices.

DICES Quid sentiendum de iis quæ vel qui seruiunt lecatrici ma
seruiendo ostio amasiæ, quem scit ideò venire vt cum ea mina peccet: aut mulier
comitatur ad domum amasij sciens quod ibi soleat peccare: vsterniit lectum illi
scit ideò sterni vt meòdem cum amasio dormiat: et literas defert, per quas domina
finm rogat vt ad se vrniat, sciens ideò vocari, vt secum peccet: si quæ illi dicunt ex
cepto domina sua, quod cum illa expectat sciens quo fine expectat: aut si inbrat sollicitu
in vitare ad se, vel ad cœnam, quem scit cum ea solere peccare post cœnam?

RNDET Graphius lib 1 Cap 28 inhis famulos non peccare mortaliter. Rationes Quia
hæc obsequia debent domina causa sui Officij vel obsuam mercedem instam. Et quamuis hæc sa
valde connecta peccato, quia tamen non sunt ipse et sua natura peccata, et possunt semper abesse
to, ideò non sunt peccata mortalia. Vbi docet posse tales absolui etiam si non habeant propositu
abstinendi ab his officijs, modo non placeat eis peccatum, et displicat quod peccent, et
iuuant et faciant obsequia prædicta obsmem alium quia nempe debentur domino vel domin
causa officij, vel quia obiustam mercedem hoc faciunt. Vnde subdit licet seruire literas ad amas
am vt secum peccet sit peccatum, non est tamen peccatum deferre. Et habet hanc doctrin
extantur de pœnitentia et remissio libro 5 Consilio sexto.

Finis Sexti et Noni præcepti.

DE SEPTIMO ET DECIMO PRÆCEPTO.

Illud ita habetur Exod. 20. Non furtum facies: Hoc vero deducitur ex aliis verbis (vbi et nonum in voluitur) Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non Asinum, nec omnia quæ illius sunt. Vtrumq; hoc præceptum commungere placuit, eo quod eandem concernunt materiam. septimum actitale, decimum mortale furtum vetat. Nomine autem furti intelligunt autores communiter vsurpationem rei alienæ in vito domino. quare tres particulæ in hac declaratione posita aperiunt nobis et indicant quæ circa hæc duo præcepta pertractanda occurrerant. Primum Quam multiplex sit hæc vsurpatio rei alienæ, et hic de furto rapinæ &c. Secundum Circa illam particulam in vito domino vbi de contractibus. Tertium Particula domino, iubet agere de dominio eiusq; natura

Quidem furtum committitur quando vsurpatur res supra quam habet quis dominium. Quoniam peccata his præceptis prohibita aduersantur non tantum charitati: sed etiã iustitiæ, cum auferatur id ad quod alter ius habet, rectèque hic illud vsurpare possumus Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, agendum est hic de restitutione. quam secum inuolvit rei alienæ in vito domino vsurpatio. Commodioris autem doctrinæ gratia totum id in duas principales diuidemus partes. Prima erit de natura furti, dominij, et restitutionis. Secunda De contractibus, quia in his quoque frequenter accidit vsurpatio rei alienæ in vito domino. Prima pars de furto dominio & restitutione.

Disputatio.

DISPVTATIO 1ª
DE FURTO.

Duo hic explicanda erunt, quæ furti natura et quotuplex sit: alterū quæ quantitas mortale faciat peccatum.

QVAESTIO 1ª
Quid furtum et quotuplex?

Prima Conclusio. Furtum est ablatio iniusta rei alienæ inuito domino. Per ablationem intelligo detentionem, acceptionem, et damnificationem. Per rem alienam accipio vel quæ est alterius, vel quæ alterius potestate aut dominio sunt, infra dicenda. Per dicitur iniusta, quia in multis casibus quos infra videbimus, potest contingere ablatio rei alienæ etiam inuito domino, et tamen non erit furtum, vt si auferam gladium, vel vi necessitate extrema accipiam aliquid, ad mei sustentationem necessarium.

Secunda Conclusio. Furtum tamen propriissime sumptum est occultus rei alienæ in uito domino acceptio. Ita communiter Theologi, et sic differt furtum à rapina et aliis latrocinijs, quæ etiam sit in contractibus, vel per damnificationem. Nos tamen hic sumimus furtum communissimè sumpto iuxta priorem conclusionem amplioris doctrinæ causa, in cuius intelligentia id etiam intelligitur, quid de furto propriissimè sumpto dicendum sit.

Tertia Conclusio Iniusta rei ablatio seu furtum tribus modis fieri potest, per detentionem, acceptionem, et damnificationem, atque ita triplex erit furtum communissimè sumptum. Hæc conclusio est euidens et ex dicendis constabit.

Quarta Conclusio Acceptio hæc varia esse potest aut ratione actus contractus iniusti, vel per furam; aut occultè omnino, vt furto propriissimè dicto aperte et per vim, erit rapina, si furit rei literæ dicitur plagium, vel eximen plagiatus. Sacrilegium alicui subditum vel famulum, quod si hæc fiant in loco sacro, vel rei sacræ, erit sacrilegium.

Quinta Conclusio

Quinta Conclusio. Furtum ex genere suo est peccatum mortale. Nocere enim proximo damnum est contra Charitatem. Dixi ex genere suo. Quia ex modo loquendi. Et ex parvitate materiæ potest esse veniale.

QVAESTIO. II.

Quanta materia constituat furtum peccatum mortale.

Conveniunt inter autores debere esse materiam notabilem, verum quæ sit censenda notabilis non æqualiter sentiunt. Navar. pntat decimi decimum regalem esse quantitatem notabilem, quæ furtum constituat mortale. Polet: Unum regalem vel duos etiam respectu ditissimi. Idem habet Bartholomæus Medina. Solus Unum vel duos aureos. Dominicus quidam centum aureos requirunt; vel amplius; supposito enim ni commodo extrinseco; verum hæc sententia est minus vera, nec satis consentanea Scripturæ. quæ docet: fures regnum Dei non possidebunt. pauciores enim sunt qui tanta summa furripiant, loquendo de furibus qui tales communiter haberi solent. Licet non negem non paucos esse solere, qui reipublicæ tesauros defraudant in maiori quantitate. Illis etiam summis et de illis illud Domini dici posset Maggi fures parvum dicunt ad patibulum. Alii vero docent non posse in hoc genere taxari, et determinari, quæ sit quantitas notabilis, sed hanc statuendam arbitrio prudentum, pronaria personarum et locorum condicione. Ioan. Medina Petrus Navarra lib 3 Cap 1°.

Prima Conclusio. Duo regales absolutè loquendo, est quantitas notabilis, faciens furtum peccatum mortale. Ita præter citatos Lessius lib 4 Cap 12 dub 6 Ratio absolute. Quia etiam respectu ditissimi eam auferentem constituerint peccatum mortale.

Secunda Conclusio Etiam minor summa cõstituit peccatum

mortale

mortale, si notabilem tetenem secum ferat. Vt si verbi causa pauperi surrepta fuerit. Ita Palud. quodidem intelligo de re alias misere vili alium modo magnam damnum credat ei eni auferetur. Vt sutori auferas festam, vel sutoriam acum, nec eam possit aliunde habere: Similiter si auferas ei quid parum quidem inse, tale tamen sit quod alter magni faciat, propter quod bellum portabitur, vel diras imprecabitur. Ita Sotus.

Probatur. Quia huic magnum proximo damnum irrogatur.

Tertia Conclusio

Qui minuta facit furta tunc peccat mortaliter, cum pervenit ad quantitatem notabilem, et hoc sive adinvicem collecta accipiat sive ab vno. Est communis. Non quod illud vltimum furtum quo completur quantitas notabilis, sit inse mortiferum, sed quia tunc incipiat detinere apud se notabilem rem alterius, et alter sit tam damnificatus in parte sua, vt possibili damnificari se, et non proponit restituere cum cõmode possit.

Duo hic notant autores. Alterum, maiorem requiri quantitatem quando quis eidem magnum intulit damnum, quasi breui tempore, vel alis subtraxit parvis furtis, et non ex industria, sed per occasionem, quasi breui tempore, vel ex industria aut simul accipiat. Ita Nauar. Ratio est. Quia minus haec referunt hominis animum, vt auferri longo interuallo et casu quadam minima etiam ad notabilem quantitatem, quae tamen simul auferri vel per partes demonstria. Et hoc idem verum est quando quis furtis accepit à pluribus, quam si ab vno, illi enim diuersi parum reputantur, nec ita curant rerum minutarum casu surreptarum restitutionem: maior deniq; ad huc requiritur quantitas furtis filiorum à parentibus, quam famulorum à dominis, et furtis famulorum quam externorum: Alterum est quod hic obseruant vel potius declarant autores, furta epulentorum et poculentorum, quae committuntur à famulis et ancillis, etiam si sensim perueniant ad quantitatem notabilem, non esse peccata mortalia, si furentur ea vt vel ipsi cum suis vel alijs dent consumenda (secus vero si vt vendant) siluq; ordinaria quae non solent deuastari cludi. Ita Nauar. Cap 17 num 138. non enim dominis omnino displicat vt haec accipiant quae et si soleant ita passim fieri, non tamen impediunt. et si rogarentur facile concederent, ita potius displicet modus accipiendi quam ipsa acceptio, at non est peccatum mortale aliquid occulte ab eo cui non displiceret acceptio, si res ab eo peteretur quamuis modo accipiat qui displiceat. Ergo. Ita Caiet. et Nauar. Et hoc notandum propter furta filiorum, famulorum, amicorum, et similium qui per verecundiam vel timorem cum non audeant re furrei faciat.

re surripiant clam. Vbi tamen videndum quod si hæc talis surreptio fieret ad vsum, ad quem ei nullo modo conferendum quibus surripitur, vt ad compotationes, ludos &c.

Quarta Conclusio Quando plures inferunt parua damna vni, ita vt si vnum colligeta, constituant notabilem quantitatem; si communi consilio id faciant peccant mortaliter. Si autem capiat faciant nemo peccabit mortifere. Ita Nauar loco citando et plures alij, idque si etiam vnus dealtero sciat, dummodo non fuerit vnus alteri causa, vt acciperet, quod fieri posset aut excusa. Tertia probatur. Quia ille vnus qui de altero scit et videt damnum inferri, ipse parum damni facit, et nemini est vt dici causa quod damnificet.

Obiices Si auferantur duo verbi causa regales Regi, non magnum ei damnum inferretur: Sitem hominis habentis multas pecunias, ergo et quantitas subtracta non constituet peccatum mortale. **Rndeo** Et si magnum damnum si computentur onera et expense magnæ: imo huiusmodi homines faciunt, et de modo ipsa hæc quantitas subtracta facit mortale, eo quod redeo parandi, et sic res suas augendi, valde repugnet societatis humanæ, et ni omni reipublicæ bene constitutæ, est valde exosa, atq; ita tanquam res valde noxia hominum societati, censenda est prohibita sub mortali.

Et hinc colliges primo Quid dicendum sit de famulis minutis ablationibus heros fraudatibus verbi causa singulis diebus vnum surripiunt solidum, dum vel ad forum rerum venalium accederem ob causa proficiscuntur; vel clam domi sub ducunt: Verius in hac re sentiunt antonecdotum, an talibus famulis sit infensus, an vero illos diligat: si enim diligit contemnere peccatum, si quid ei a talibus auferatur.

Colliges Secundo. Mortaliter etiam peccare eos qui vtuntur ponderibus minutis, quia sic intendunt semper fraudare, et fraudant. Communis autem doctrina est, quod qui per parua furta intendit alterum, vel alios in quantitate notabili damnificare, peccat mortaliter, etiam magnus existimo furto quamuis parua. Vt bene probat Iesus lib 2 Cap 12 dub 2. Idem dico et de mercatoribus iniustis, nisi ea ipse sint tales, quæ de industria non impleantur.

Quinta Conclusio Qui clam surripit rem suam ab eo qui ea

iusto titulo possidet, vt quia locata, oppignorata, comodata; peccat contra hoc preceptum
qui iniusto eam possidebat ordinarie etiam peccat. Prima pars est communis et patet, quia nullus
alter iniuste spoliatur iure suo quod in illam rem habet. Hoc tamen intelligendum si probabile
rem tuam iure alterius sinito cõmode recuperaturum, et ita teneretur ille ad restitutionem.
Secunda pars est Soti Caiet. Nauar. D Thom quæst 66 art 5 vbi docent non obligari tamen
ad restitutionem. Licet certis conditionibus id posset fieri sine peccato. Prima Quando
aliter certum est rem tuam esse, vel tibi exiustitia deberi aut etiam exgratitudine. Secun
Vt non possis eam aliter recuperare, vel certo non absque notabili molestia, vel expensa, aut
nostrem benevolentiæ et favoris. Tertia Vt non accipias apud debitorem rem aliquam de
nam compensatio debet fieri tibi ex bonis debitoris, quia sunt sub eius dominio, hæc autem non
Quarta Vt absit periculum scandali vel infamiæ, ne tanquam fur puniaris vel habearis,
Illud tamen notant autores, famulos non posse sibi occulte compensare ex bonis dominorum
quærunter stipendia sua esse iste minora, nisi revera iudicio prudentis ita sit, quod facere debet
quando vel paucis quidem conuentum est, ea tamen mente vt dominus diligenter seruitia per
esset suppleturus, et hanc mentem famuli dominus aduerterit, vel si præsens necessitate ex
venit quia dominus amplius dare noluit, est que illud seruitium domino in magnum emolumentum
Colligitur hoc ex Nauar. Cap 17 num 109.

Sexta Conclusio

Potest quis in extrema necessitate furripere ex
Est communis, quia tunc non sit dominorum inuito, tenetur enim consentire, cum tunc te
reis. Vbi aduertendum, si ipse quoque dominus est in extrema necessitate, non potest ille facere
quia in pari necessitate melior est conditio possidentis. De necessitate grauis est maior dis
Angel. Sylue. Nauar. et alij censent, id etiam licitum esse in grauis necessitate, vt morbi, fa
ditatis, sine queat quis aliter illud grave damnum auertere, dummodo non sit quoad me
sed valde graue, et si non extrema. Nec officit decretalis in Cap. Si quis vbi hoc videt
nare. Dicit enim D Thom eam procedere de necessitate quæ non sit adeo vrgens. vel ex
esse Pontificis. sed Theodori Imperatoris.

Septima Conclusio

Licet peccet et quidem mortaliter
Marito eam ratione in dito accipiat notabilem Summam ex bonis eius, vel quorum
stratio ipsius est, non tamen peccat si quantitas iudicio prudentis spectato statu, op

ris non sit notabilis: aut si maritus rogatus concederet, vel si det in extrema necessitate
digenti. Prima pars est cõmunis et esse patet. Secunda etiam docetur à multis auctoribus.
Nunc colliges quid dicendum sit de Eleëmosinis quas faciunt uxores, et de donationibus,
as enim potest facere tum de suis bonis si quæ habent ex industria sua aut alunde; quod
tas debet maritus, videtur tantum excessum vetare Vt docet Sylue. quod si omnino debet
ucr. quidem docet eam non posse dare, at molina cum alijs sentit posse, qua de re iam dixim.

DISPVTATIO. II.ª

DE DOMINIO.

Tria de dominio explicanda veniunt, quæ eius materia, quæ natura, quomodo aquirantur et transferantur dominia &.

QVAESTIO. I.ª

Quid sit dominium?

Dominium videtur esse idem quod ius ad rem vel ius in re. Inde hæc aliqui confundunt, differunt tamen Vt videbimus &

DVBITATIO. I.ª

Quæ natura dominij.

Prima Conclusio. Dominium est ius perfecte disponendi de re corporali, lege prohibeatur. Ita Bartolus in lege si quis vi, pontius in propositate. Dicitur perfecte disponendi, siue distrahendo, siue consumendo, siue aliquo alio modo vtendo, prout vult, idq; pro autoritate non dependenter ab alio superiore. Dicitur de re corporali, eo quod censeat talium tan-

talium tantum esse dominium, verum tamen est, latius sumpto dominio, etiam rerum non cer-
sium posse haberi dominium, vt in viam, ad beneficia, Cathedras, &c. Sed dicitur nisi lege pro-
atur, quia licet in ea aliqua prohibeant executionem huius dispositionis, et factam annullent
men non tollunt dominium: et ius perfecte disponendi, sed tantum ligant quo ad actum. Et
etiam amentia annullat donationes, et tamen non tollit rerum dominium.

Secunda Conclusio. Aliud tamen est dominium stricte
et aliud ius ad rem: dominium enim et presertim perfectum dum idem sit quod ius in re
requirit. Alterum vt sit iam in potestate domini, seu possideatur ab ipso de facto res ad
Alterum vt ei instat. Jus ad rem, quando res non possidetur, sed tamen detenta alicui, et
minium imperfectum.

DVBITATIO. II.ª
Quotuplex sit Dominium.

Multiplex solet dari dominij diuisio. Conar. triplex ponit Jurisdictionis, locorum seu re
pertinentium ad aliquam communitatem, et particulare: ad alios plenum, et non plenum
ud directum et aliud vtile: aliud verum et aliud præsumptum. Verum hæc accuratius re
re, speculativi et viristarum est. Illud hic notn, directum dominium esse quando qua
dominium rei, non tamen vsum illius. Vtile vero quando è contra. Vsus tantum è nelu
etatem ipsius rei: potest tamen aliquis habere dominium et directum et vtile simul. S
patet quomodo Emphiteuta, Vsufructuarius, et Phendatarius, habeant dominium
habent enim vtile tantum. Est autem Emphiteusis (à qua emphiteuta quis dicitur) genus
dominij quo res aliqua immobilis alicui fruenda tra ditur sub aliqua pensione domino prop
sine id fiat in perpetuum, sine ad aliquod certum tempus: est aliquomodo simile vsui fructui, differt
quia Emphiteuta plus potest circa rem qua vtitur, quam Vsufructuarius, ille enim non solum
la re frui et vti, sed etiam potest illam alteri donare, vendere, alijsque modis in alter
transfundere, seruatis tamen conditionibus de quibus Jurista. Phendum, à quo fit
dicitur, est concessio alicuius rei immobilis, vel quasi immobilis, pro seruitio exhibendo
ta proprietate, vt si alicui ducatus quis concedatur, sed de his in viristar.

Quæstio V.

QVAESTIO. II.ª
De materia dominij.

Sub domino esse possunt tum res interiores, tum exteriores: tum corporales, tum Spirituales, Verum quomodo et respectu quorum sint sub dominio, est difficultas.

DVBITATIO. I.ª

Virum homo sit dominus suæ vitæ, membrorum, famæ, ac honoris?

Prima Conclusio. Homo neq; suæ vitæ, neq; membrorum habet dominium. Ita D. Thom. 2ª 2æ art 3 ad 2, et 64 art 5 ad 1m. Soto, Victoria, et Solen. Probatur. Quia ratio dominij hoc consistit, vt homo possit qui habet dominium alicuius rei disponere de ea prout vult. Vt neq; de membris suis potest homo disponere prout vult. Ergo. neq; id proficiscitur ex lege prohibente, sed ex defectu dominij: nullo enim iure hoc dominium habet. Vnde procedit negatio dispositionis à subdito, sed ex defectu dominij: nullo enim iure hoc dominium habet. Quia vita et membra est concessum homini. Ergo tantum custos suæ vitæ homo. Quod verò eam exponere pro bono reipub. aut proximi: vel membrum pro salute corporis, pietatis est, gratitudinis et misericordiæ. Quia maiora sunt facienda quam vita propria, vtiturque hic homo iure suo vt ingenuus illi concessum est. Et Magistratus aut princeps propriè loquendo habet dominium vitæ suorum, sed quod aliquando puniat subditos, est concessionis, alias possent subditis pro sua voluntate adimere vitam licitè, quod falsum est. Nec ergo Deus propriè est dominus vitæ hominum et membrorum, quare ideo eam potest adimere, non in pœnam, sed ex solo arbitrio et iure dominij. Esse enim habet imperium vitæ et mortis.

Obiectes. Et tamen seruitus est licita, potestq; vnus homo fieri alterius seruus. Ergo potest dominus disponere prout vult. Ergo potest habere dominium homo hominis, si fit seruus ipsius.

Respondeo. Cum duplex sit dominium. alterum politicum seu iurisdictionis: alterum Despoticum seu proprietatis. Nos loquimur hic proprie, et agemus de inceps de hoc posteriori dominio. Illud dari inter homines certum est, cum natura alios fecerit liberos, alios subiectos. De dominio posteriori dicitur etiam est posse illud dari, nec natura concussioni officere. Quod vt intelligas. Nota dominium legalem seu propriam breuiter contrahi. Primo per captionem in bello iusto, à quo quis

captus est

captus est eius et seruus est dicit Sanctus Petrus. Secundò per benedictionem. Posse enim prædictum ... nec vendere meam libertatem quando ita necessitas postulat, quæ tamen benedictio non potest ... secundum leges nisi vigesimo anno. Tertio per natiuitatem. Quando quis ex seruo natus est. Horum seruorum potest haberi licite dominium, unde tales serui quia transierunt ... in dominos, et exparte sua obligarunt se non spoliare dominos meos, non possunt fugere à Dominis. Et hoc de seruis qui voluntate se tradiderunt, quales non sunt qui in bello capti, aut ex serua nati, possunt ergo illi fugere, dummodo sine dolo et fraude id fiat. Item quicquid ... a quærit, Dñe acquirit, quia dominus habet ius in ipsum seruum. Quod tamen non est tam strictè intelligendum de seruis, qui contra suam voluntatem tales sunt effecti. Pro hac seruitatem ... cere conclusioni, quia non possunt domini huius mundi seruis vitam pro arbitrio adimere, ... libertatem tantum prohibita fuerunt vendiderunt et non vitam, unde imperfectum etiam ... habent in huius modi dominium.

Secunda Conclusio

Est quidem homo dominus famæ suæ, ... fit vt non possit eam negligere, et peccet negligendo. Primam partem docet Sotus lib. 4. ... Solon 2. n. Conar. Quæst. 5. Quod autem non possit se infamare nisi ob honestam ... non est ex defectu dominij, sed ex eo quia tenetur suas actiones facere secundum rectam ... rem, referendo eas ad debitum bonum finem. Hinc deducunt auctores eum qui in tormentis ... crimen quod non fecit, non peccare mortaliter infamando se licèt ratione mendacij ... re, nec teneatur retractare quia potest prodigere suam famam, cum eius sit dominus. ... Si tamen fiat diffamatio sui obiectandam potest esse peccatum mortale. Secus ... procedit quando infamatio vergit in damnum et præiudicium alterius, sic persona ... à qua perdet bonum communitatis non potest se infamare, et infamata debet se purgare ... fama agere.

DVBITATIO. II.ª

Vtrum homo sit dominus rerum Ecclesiasticarum?

Per res Ecclesiasticas potissimum intelligo bona Ecclesiastica. Et hæc sunt duplicia. ... quæ dantur alicui Ecclesiæ, siue ea sint immobilia, vt sunt ciuitates villæ, prædia, vel ... aliqua certa.

bona certa, sine mobilia vt calices vestes sacre: Alia que dantur ad sustentationem ministro-
rum Ecclesie, vt sunt reditus Ecclesiastici, decime &c.

Prima Conclusio.

Bonorum prioris generis dominium est penes Ec-
clesiam illam cui donata sunt, verbi Causa Bona Ecclesie Lincolniensis penes Lincolnienses &c
Sic Incrementata lib 2 Cap 113 Caret 2, 2 Quest 43. Adrianus de restitutione.
Per Ecclesiam intelligitur communitas tota cum suo capite aut cum capitibus sui ordinatis. Habe-
tur hec doctrina in Cap Expedit 12 Quest 1? Idem dicimus de bonis religiosorum ea esse
penes communitatem eum suo capite. Vocantur tamen tantum hec quasi illa bona patrimonium Christi,
non quod christus in personis eorum ea possideat, tum quod eius iniurie sunt attributa Eccle-
sie nostant autores Papam non habere immediatum dominium in huiusmodi bona, nec posse pro
libite talia bona auferre Ecclesijs particularibus, vel ea attribuere aliis, vel de eis pro
libitu disponere, et si faciat teneri ad restitutionem. Licet doceat de restitutione contrarium La-
dislaus de Clericorum in opusculo. Et hoc intelligitur cum non posse facere quod diximus si non
esset bonis causa, si enim exigat bonum comune totius Ecclesie posset vel facere, cum sit vniversalis
dominus habens vides dominium quodam altum in bona Ecclesiastica, sicut et Princeps in bona fabri-
ce Ecclesie. Hinc etiam Colligas, immediatos prelatos dicimus Ecclesiam non posse quidquam tale circa talia
bona Ecclesie sine alijs qui ad idem ius habent, neq; communitas potest libere omnino disponere
de predictis bonis, quia fundatores huic Ecclesie voluerunt hec bona deservire, et non alteri,
quod probant causa presumatur eos non contrarium. Item
de restitutione de bonis Ecclesiasticis posterioris generis. Nota. Ea duplicia esse. Alia que alteri
alicui certe personis, pro labore et stipendio determinate alicuius actionis, qualia sunt reditus Ca-
pellanorum in Ecclesijs quibus dam, pœnitentiariorum &c. Alia que non aliquantule certis perso-
nis sed quasi in communi ad sustentationem ministrorum Ecclesie, ad alendos pauperes, ad fabricam,
Sic enim ante hec erant distributa, modo autem vbi sunt iste portiones, non satis apparet,
Ratio est quod cum portione tum Episcopi tum aliorum Clericorum sint permixta. His positis.

Secunda Conclusio.

Reditus prioris generis sunt sub dominio perso-
narum, quibus attributa sunt in stipendium et premium, vere enim fundatores voluerunt domi-
nium istales personas transfundere.

Tertia Conclus.

Tertia Conclusio Clerici etiam bonorum posteriorisgeneris vere sunt domini

Ita Sotus 10 de iustitia Quæs 4 titul 3 Couar. Caiet. Quæs 185 articulo 7 Abulen D Thom. Syluest. verbo Clericus 4 verb restitutio 3 Molina disp 144 Valentia disp 10 Quæs 3 de restit. episcoporum putat contra Nauar. et quosdam alios uiros peritos. Aperte id docet D Thom in quodlibeto 6 art 12.

Probatur Conclusio 1°. Ex iure Cæd. in extra vaganti de diuinis Statuitur, vt Canonici qui iustra causa non interfunt diuinis Officijs, neq; refectionum quotidianarum, neq; earum distributionum quæ proclamatorum anniuersarijs dari solent dominium acquirant. Atqui hæc sunt etiam pars reditus ergo si interfunt aquirunt earum dominium. Confirmatur Ex Concil Tridentino Sessione 22 Cap 3 de reformatione, et sessione 24 Cap 12 vbi. dem dicitur vt videbimus.

Probatur 2do. Quia reditus huiusmodi dati sunt Clericis in stipendium, sine vllo alio onere quam vt seruiant Ecclesijs. Ergo illi sunt veri eorum domini.

Obiicies 1°. Sancti patres frequenter dicunt Clericos ex beneficijs non posse plus mere quam sit necessarium ad illorum sustentationem, reliquum autem quod superest debere pauperibus. Ita Sanctus Hieronymus in Epistola ad Dauia sum.

Rndeo Loqui Sanctos Patres de reditibus Ecclesiasticis quando ad hucusque erant diuisi portiones vt dixi.

Obiicies 2do. Atqui portiones illæ alia dua sunt permissa reditibus Clericorum. Ergo saltem earum non erunt domini.

Rndeo Esto sint permistæ, quod tamen valde dubium est, forte enim alunde facta permistio rerum sunt Ecclesiæ fundatæ (sit modo videmus etiam fundari) poterant tamen Summi Pontifices quos pertinet cura vniuersalis Ecclesiæ, ita beneficia illa Clericis describere et applicare vt ea detent illi pernie dum stipendij.

Obiicies 3tio Frequenter uira vocant Clericos dispensatores nis dari bonorum

Rndeo Aut loquuntur de bonis quatenus erant in primitiua Ecclesia, in communi enim et omnes de illis viuebant, de quo ni dictis Apostolorum? aut eo modo vocant dispensatores quo etiam domini temporales, licet sint veri Domini, tandem à Sanctis patribus solent dominis spensatores, quia etiam eis ipsis inuitis possunt auferri à Deo, qui supra omnia habet altum dominium.

Quarta Con

Quarta Conclusio Peccant mortaliter Clerici si vltra congruam sustentationem aliquid notabile in vsus non pios et profanos consumpserint, est doctrina communis.

Probatur primo. Ex Sanctis Patribus, quos pluribus exagerant D. Bernardus in E. fol. 2 ad quendam Canonicum Lugdunensem elicit eos comittere sacrilegium, si quid vltra sustentationem accipiant, quidquid inquit preter necessarium victum, et simpliciter vestitum, crimes, tunica non est, rapina est, sacrilegium est. Et Epist. 42. Clamant inquit nudi, clamant famelici necessitatibus nostris detrahitur, quicquid vanitatibus vestris accidit.

Probatur secundo. Ex Concil. Trid. Sess. 25ª Cap. 1º de reformatione, Monet Episcopos, ne res Ecclesiasticas quæ Dei sunt, consanguineis largiantur, sed si pauperes sunt ys vt pauperibus distribuant, neque dispendant illorum causa.

Probatur tertio. Quia reditus Ecclesiastici exprima sua institutione destinati sunt ad cultum divinum, non debent igitur illis Ecclesiastici vti ad vsus profanos, nec dissipare patrimonium Christi, et quia hoc est in materia grani, si fiat excessus erit peccatum mortale.

Confirmatur. Quia Ecclesiastici ratione officij sunt patres pauperum. Ergo ex illis quæ ipsis superflua sunt debent providere pauperibus, vt plures erogant moderate vivere debent. Et hanc sententiam sequimur non vt Clericis suam laxemus, sed vt confessarios instruamus, ne sint valde facilis in clamandis et illaqueandis illorum conscientijs, cum hæc sit grauium Theologorum sententia satis probabilis. Clerici autem cogitare debent plurimos esse et graviores Doctores, qui multo arctius deistare; quam illi quos pronostra sententia citauimus, loquuntur, Vnde expectaret illis in extremi momenti in seriore parte nichilare, et reditus beneficiorum suorum magna cautela expendere.

Obijcies. At qui si peccant distribuendo in vsus profanos, arguit non esse dominos, si quidem dominium est perfecte disponendi ius, de re quæ sit sub dominio. Et Confirmatur. Non possunt testari Clerici. Ergo non habet dominium.

Respondeo Etiam si temporales domini expendant profuse bona in vsus minus convenientes peccant, et tamen sunt domini, Ergo id non officit dominio.

Ad Confir.

Ad confirmationem. Id esse ex legis prohibitione, quam etiam exceptionem patitur ex natura Dominij. vt ex eius descriptione constat, quam declinus.

QVAESTIO. III.

De acquisitione' et translatione' Dominij.

Nota Primo Dupliciter quis potest esse dominus alicuius rei, vel quia rem illam seu Dominium acquisiuit: vel quia in eum translatum est dominium eius, quod duo ex hoc differunt, quod dicitur acquiri dominium eius rei quae ad nullius dominium pertinet: transferri vero de eo dicitur, quando a quodam habente dominium transfertur in alium. De primo agemus hac quaestione. De altero in posterum.

Nota Secundo Tripliciter esse posse quae ad nullius pertinet dominium, aut enim nunquam quicquam habuerunt, aut habuerunt quidem, non est tamen memoria illius: aut denique spectabant quidem ad Dominium alicuius certi hominis, verum ab eo derelicta sunt.

DVBITATIO. I.

Quomodo rerum quae nullius erant acquiratur Dominium?

Procedit haec dubitatio de his quae venatione aut piscatione non nunquam capi solent, et de mobilibus. Dixi non nunquam, quia aliquando eorum inuentio, sicut nec piscatio aut venatio facit acquirere dominium, si autem fiant haec in fundis alicuius propriis: aut si lex aliqua iusta non approbet has primorum acquisitiones.

Prima Conclusio Haec quae nunquam sub alterius erant dominio de se loquendo sunt primo occupantis. Est communis. Dixi occupantis. Quia si quis non occupauit rem quam sibi bene, et absque culpa deuenit in manus alterius, huius erit. Et hinc duos disolues Casus.

Primus Fera percussa ab uno, et fugiens cum ictu capitur ab altero, secundum quos dam Legentis est. ad melius aly docent ita. quod si vulnus erat tale vt ex eo fera esset moritura, et fugiens ita eam insequebatur vt moraliter eam esset Capturus, tunc debetur percutienti. Secus, capientis erit, quia prior ille nec eam occupauit nec moraliter potuit occupare. Haec sufficiunt occasio, et quasi causa percussionis illa? aut insecutio a Canibus alicuius, videtur

tas poste

non postulare vt dimidiatur fera.

Secundus. Fera in laqueum vnius incidens, et ab altero extrahitur. Et extrahentis, si similiter non dene-
tur in manus eius qui laqueum tetenderat ex eadem ratione, quia non perfecte occupauerat.

Secunda Conclusio. Per venationes in magnis Syluis et piscationes in flumijs.

non acquiritur dominium rerum quæ capiuntur. Ratio est. Illæ res etsi sint in fundo certi domini, non tamen
dominio fundi occupatæ sunt. Et hoc verum est etiam si dominus prohibeat, ne quis venetur
in illis aut capiat in flumije pisces. Quia tamen nec per hoc ille habuit dominium ferarum aut piscium
quæ potuit illi fieri iniuria (ratione prohibitionis quæ iusta esse potest) per ingressum in fundum, vnde
quod potuit puniri quis ingrediens, non tamen eius quod capit perdidit aut non acquisiuit dominium.
Quo verbo est dummodo dominus fundi non patiatur detrimentum aut in fundo aut in feris, si eas ipse
posset solebat, ratione autem ingressus ab altero facti, pauciores capiat: secus si tantum in eo dam-
num faciat quod paruiores ibi sint feræ, et ipse dominus non soleat illas capere.

QUERES. Quid si Dominus locauit alteri venationem. Dico adhoc. Si quis alter
capiatur et venetur, acquiret dominium. Quanquam putarem si propter paucitatem ferarum ab hoc ad-
ductum ille minus solerter vellet domino, non acquiret hic alter dominium.

In magnis syluis et flumijs. Quia alia est ratio stagnorum, lacuum, et viuariorum, ibi enim rari sunt
pisces, et capti pisces Domini sicut. Idem omnino iudicium debet esse de succino, et
ambra, quæ colligi solent in litoribus maris; sic quæ extrahuntur ex ipso mari Sta Sotus lib 5. Qu. 3 ar 3

Tertia Conclusio. Qui in suo agro reperit mineras, acquirit earum dominium

de mere gentium. Sta Molina Salon, et alij multo probabilius, hæ enim mineræ sunt quasi partes
naturales fundi. Dixi mere gentium. Quia potest quælibet prouincia de hac re certas leges ferre,
et etiam iustas esse possunt. De hinc patet si quis mineras effoderet in agro alieno qualis qualis ille
esset dummodo alienus, et dominus agri illius constaret, non acquireret earum dominium.

DVBITATIO. II.ª

Quomodo acquiratur Dominium rerum quarum Domini non est memoria?

Dicendum sunt thesauri antiquitus defossi, hi habuerunt quidem dominum et alicuius omnino erant, sed
quia non sit scitum fuit ille ignoratur. Et hi quidem inueniri possunt aut in proprio fundo prohibita vel

non prohib

non prohibita arte; aut in alieno, id q3 vel casu vel de industria quæsiti: concedente domino id facultatem aut non, fundo item omnino alieno, vel etiam emphiteutico. His positis.

Prima Conclusio. Si thesaurus inueniatur in agro proprio et quidem non magica, totus est inuenientis. Est cõmunis. Et hoc verum est etiam si ex mat agrum quis in quo est the re thesaurum. Ita D Thom 2, 2 Quæst 66 art 5m ad 2m Soto 5 de iustitia. Nauar Cap 17 n 1 quod tamen debet accipi de thesauro proprie sumpto, non de illo quem quis defodit in sepulchro pter magnificentiam, aut aliam ob causam, quæ ni alio loco iustis de causis cuius fuit. Domino aut successores. Dixi non arte magica Quia alias ad fiscum pertinebit, sed non ms sent sententiam iudicis. Licet Molina dissent 5m putat in hoc contrarium.

Secunda Conclusio. Si thesaurus in eniatur case in fundo alterius totus est inuenientis, si de industria quæratur sine facultate domini, media pars debetur inuento pacdui vero Domino, id q3 secundum forum Conscientiæ. Habetur hæc et præcedens Conclusio iure ciuili, quod citat molina loco citato. Et hoc verum esse docet Nauar. loco citato, etiamsi in sacro inueniatur, media pars prælato loci, media debetur inuentori. Idem dicas si aut Emphiteuta in agro Emphiteutico: aut proprietarius thesaurum inueniant, id quæ de iure cõmuni.

Tertia Conclusio Data facultate sibi ad quærendum thesaurum aut alteri minus scit ibi esse thesaurum, totus erit inuentoris, quia cessit iure suo: aut ne scit dominus, scit autem in dentor, tunc thesaurus est domini; aut neuter scit, et inuentoris erit Et cõmunis.

Quarta Conclusio. Potest Princeps exigente id bono cõmuni thesauros inuentos integros attribuere reipub. et ita non acquiret inuentor ipsos Dominium propter lam legem. Ratio est Quia exigente bono cõmuni potest Princeps nona tributa imponere, et quæ Ergo et de thesauris hoc quod diximus statuere. Dixi ob bonum cõmune Quia alias ex causa iusta non valeret hæc Constitutio.

DVBITATIO. III.ª

Quomodo acquiratur dominium eorum quæ derelicta sunt aut esse videntur.

Non loquimur hic de rebus perditis, sed derelictis quales sunt illæ quas dominus sua abiecit relinquit, et noluit eas inter suas esse quamuis illius colligitur: tum ex eo quod eas propria se abiecerit

re abiecerint tam quod non adhibeat diligentiam in eis recuperandis et conseruandis. Priores generis non
mutant derelicta quæ tempore tempestatis ejiciuntur è nauí, vel tempore mercedij ex habitatione, et quæ
commodioris fugæ causa projiciuntur. Vt etiam difficultas an animalia quæ fugerunt à Domino eense-
antur derelicta, et quæ.

Prima Conclusio. Res iuxta explicationem derelictæ sunt primo occupantis
tamen modo nunc derelinquantur. Nam potest quis et vxorem suam derelinquere ac in foro benedictionis
proponere, et pueros exponere, hæc tamen pertinebant ad possessorem priorem, quia iniustè derelin-
quuntur. Hæc Conclusio communis est, et ex se patet

Secunda Conclusio Animalia domestica si fugiant qualiabos, auser e-
tera &c. non sunt prioris occupantis. Alia vero fera minimum si ita fugerint, vt acquisierint pristinam
libertatem, sunt primo occupantis, est doctrina certa, explicatione tantum indiget, quomodo fera anima-
lia dicantur acquirere pristinam libertatem, quod tunc fit quando amissa è custodia non habet consuetu-
dinem redeundi: difficilis q3 sunt comprehensionis, erunt sub dominio primi occupantis, quales non sunt
columbæ, accipitres, columbi, Cerui, Damæ, imò et Apes, tum antiquæ; tum recens gentis. Sirenes et
Sirenæ elabantur vt sint difficilis comprehensionis. Notant communiter autores ea non acquisisse
libertatem, quæ non solent statis horis redire semper, imò morentur etiam sine apud quemuis
per quindecim dies, dummodo redeant aliquando et non omnino
Inquibus omnibus prudentis opus est iudicio ad hoc decernendum. Viderint ergo illi qua consci-
ant qui columbis alienis indigeant, et insidiantur.

Dices. Ergo columbaria illicita sunt siquidem columbi alieni poterunt ipsis iungi, et abduci a colum-
bariis alterius. **Respondeo** Nauar. Cap 17 Sylue. et Caiet. non damnant Columbaria
damnanda sunt vbi ea lex non prohibet, neq; enim magnum damnum inferunt vicinis, si constituta fu-
gendi in proprio fundo, et non intendatur demonstratio, nec fiat damnificatio in alienis columbis: sitamen
esset aliquis columbarium graue inferre damnum, tunc esset restituendum; aut moneo um
columbarium. Neq; vero omnes columbi dicuntur sunt proprij domini certi, vt non sint quodammodo com-
munes, quidem manent libere columbaria. Vnde fit compensatio mutua. Alias semper peccarent
qui alienos interficerent Columbos, quamuis sæpe non excusentur à peccato, si maxime dome-
sticos interficeres macrent, qui more aliorum animalium habent intellibilem redeundi consuetudinem.
Medina et Nauar. loco citato quod quamuis liceat cuiuis in suo Columbario ea efficere quæ
ad conseruationem suorum Columborum, et peraccidens ad imitationem aliorum vt ibi suum domicili

um collocent.

nm collocent, accomodata indicauerint, non licet tamen ea semine spargere, aut ys arbris dū quæ inseruiunt adallhendos columbos ex alienis columbariis, alias restitutionis obligatio erit. Hinc colliges quid de emissis columbis sentiendum, dicendum enim tales esse per se et directe ad attrahendum alienos columbos.

QVAESTIO. IV.

De translatione Dominiorum.

Dupliciter possunt transferi dominia ab vno ad alterum primo per legem. secundo propria voluntate alicuius, siue hic etiam interueniat lex siue non. Primus modus fit per præscriptionem, non ita. Voluntas transferens dominia, aut est interna, aut externa: libera aut coacta, erronea, conditionata.

DVBITATIO. I.ª

Quomodo præscriptione acquiratur Dominium?

Nota primo Præscriptionem esse acquisitionem Dominij per continuationem temporis, sine mutatione
Nota secundo. Duplicem esse præscriptionem, aliam in bona: aliam in mala fundatam. Illa
Illa est quando vere creditur res esse nostra quæ tenetur: altera quando non saltem ex bona fide

Prima Conclusio. Certum est præscriptionem transferre dominium

qui eam possidet. Ista Glos in Cap Vigilanti. Caiet. verbo Præscriptio. Sotus 4. de iustitia, et alij.

Secunda Conclusio. Res quarum præscriptio transfert Dominium

omnes aliæ præter has septem. Imprimis res Ecclesiæ nunquam præscribi possunt à laicis, quales
sunt decimæ et uria ad illas. Item quæ debentur Principibus in recognitionem supremæ potestatis
ipsorum: Res etiam publicæ quæ nempe ni communem et vsum publicum sunt deputatæ, quales
dicit publicæ: Præterea limites tam Parochiarum, Episcopatuum; tum secularium. Denique
prohibitæ alienari vt fundi dotales, et quæ fidei commissæ sunt. Item homo liber. Res denique
furtiuæ et iniuste acquisitæ, ablatæ, aut detentæ. Doctrina hæc definita est in iure Ciuili.

Tertia Conclusio. Vt præscriptio transferat dominium, debet esse prosequ

interrupta vsque ad finem temporis à lege definiti: vt item iuste titulo possideatur. Verumtamen hic

Quo autem

Quo ad primum, Vbi interruptio, ibi non est diuturna possessio. Potest autem interruptio fieri aut ex eo quod dominus desinat rem illam possidere, eo quod ab illa iuste a quopiam expellitur, siue quia contra illum fiunt provisiones, vel interrumpitur precarie. Sufficit autem inter presentes possessio decem annorum, inter absentes viginti, vel 3 bonis secularibus, ad alias vero requiruntur 20 et 40. anni, quando spiritualia inter se præscribunt, quanquam in his etiam longius tempus requiri potest.

Quo ad secundum. Iulius hic potest esse ad verus, vt est donatio, emptio, successio legitima in hereditatem, ab ista filius Sacerdotij, et huius potest præscribere, dum modo bona fide successerunt. Qui item bona fide emit à fure &c: Alius præsumptus quando quis persuadet sibi, et præsumit rem quam possidet non esse alienam, et hoc titulo possunt duci præscribere filij Sacerdotij vt diximus, et similes.

Quarta Conclusio. Requirit præterea præscriptio bonam fidem toto tempore quo res possidetur, vt nempe credatur esse sua: non aliena. Est communior contra quos ea quæ patuit efficere bonam fidem sub illud tempus quod requirunt leges ad præscriptionem. Sed contrarium est verius, et si quæ sunt leges in contrarium, abrogatæ sunt per Leges Pontificum. Itaque ita si quis post decem, viginti, imo plures annos quibus in bona fuit fide possessionis, incipiat esse malæ fidei, id est cognoscere non esse sua bona, iam non habet dominium.

Quinta Conclusio. Si quis dubitet de bona fide in tractu possessionis alicuius rei, aliquando bi præscriptionis acquirit dominium, aliquando non. Est communis, et tamen exceptione indiget. Duplex potest esse dubium. Aliud speculativum, et est cùm quis dubitat an sint sua bona: Aliud practicum, cum dubitat an sit sibi licitum hæc bona tenere vel non. Si sit primum: dubium et adhibet diligentiam vt cognoscat veritatem præcedit præscriptio, et transfert dominium. Si sit secundum dubium et non adhibet diligentiam vt cognoscat non valet præscriptio, nisi deponat consentiam, et iudicet licere sibi hic et nunc tenere illa bona.

DVBITATIO. II.ª

An per voluntatem internam transferatur dominium?

Prima Conclusio Non transfertur Dominium eò quod alter alteri tantum velit aliquid donare. Ratio est Quia deest acceptatio et traditio signo externo manifestata. Illud observant autores Qui habet voluntatem tantum interiorem dandi aliquid alteri non tenetur illam manifestare. Sitamen quis ita vult interius: dare aliquid alteri: vt velit se

obligare in con-

obligare in conscientia, tunc teneatur dare, quia hic quædam ratio boni intercedit.

Secunda Conclusio. Voluntas ergo debet esse exterior dandi, vt transferat dominium, eaque non ficta sed vera. Est communis, nec eget probatione. Defecta patet, quia in hac de est consensus. Notant Cajet. et Molina promissionem simplicem obligare tantum ad faciendum, quod si quis voluit se hac promissione obligare in conscientia, tunc sub mortali tenetur. Qualis autem voluntas debeat esse vt transferat dominium constat ex dictis de juramento fidelitatis.

DVBITATIO. III.

Vtrum ob turpem causam promissio facta transferat Dominium.

Est potissimum dubitatio de ijs, qui locant suam operam ad aliquid turpe, aut corpus in quæstum exponunt, an acquirant Dominium rei aut promissæ, aut sibi iam traditæ.

Prima Conclusio De iure naturæ potest quis pro re turpi acquirere minimum precij. Est communis. Probatur. Quia non est res etiam res turpis non sit venalibilis. Dixi de iure naturæ. Quia possunt in aliquibus regnis leges ferri, quæ annullent hoc Dominium, propter quæ obligari ad non repetendum, nec ad dandum, tam in foro interiori, quam exteriori. Et hinc fit, quod meretrix pro abusu sui corporis possit petere precium, et debetur illi ex iure naturæ. Item judex item prolata sententia lata pretio conductus acquirit Dominium precij.

Secunda Conclusio Quando verò post pactum huius modi aliquis illorum, et non vult committere scelus, promittens non transferre dominium, et si alter ante traditum crimen accepit aliquid, non eius acquisivit Dominium, atque ita tenetur restituere. Illud hic notat Molina. Quod si vxor pro copia sui corporis, aliquid accepit ab adultero, tenetur id restituere marito suæ sui tamen infamia. Solon tamen et alij, ac videtur probabilius, contra non teneri, sed ipsam esse veram Dominam, habereq; se hac sicut et alia bona quæ vxor quæcunque sibi comparare potest.

DVBITATIO. IV.

An per ludum transferatur Dominium.

Facile quidem hæc dubitatio ex dictis resolui poterat Vt tamen hic habeatur, quid de ludis censendum sit, qui ac quomodo lædentes peccent, hæc pauca videntur addenda.

Prima Conclusio. Ludus de se, stando quæ in solo iure naturæ, non est illicitus nec malus. Ita D. Thom 2, 2 Quæst 168 art 2. Joannes Medina. Soto, Maior, et plerique alij. Probatur. Quia conuentio quæ in ludo interuenit potest esse æqualis ac proinde iusta. Si ergo erunt personæ habiles ad alienandum, non est vnde iuri naturali sit illicitus ludus.

Secunda Conclusio Licet sint aliquæ leges prohibentes ipsum etiam cum lucro, tamen ipsis derogatum est, atq; ita etiam iure positiuo ludus de se erit licitus. Ita Molina cum multis disp 592. Si tamen alicubi esset lex particularis prohibens ludum aliquem vitiosus, et sic plus temporis nec consumatur quam oportet, aut si fiat quando et vbi non oportet, aut à quo non oportet vt dicemus. Tamen ratione periniriorum, litium, fraudium, et deceptionum, si interueniat de quibus hæc duo fuerint erit obligatio restitutionis. Si item nocteres indies, et econtra, vertantur; sacraq; dierum festa ob ludum omittantur, patrimonium dilapidetur.

Tertia Conclusio Etiam si lucrum et quidem notabile intendatur in ludo, non erit ludus vitiosus. Ita Medina. Soto. Molina contra Gabrielem, et Canonitanum. Probatur. Quia in alijs etiam contractibus licet sperare lucrum. Ergo &. Neq; verò hic intenditur damnum proximi, ipse enim tantum proprium lucrum intenditur. Si tamen ita vehemens immoderatus appetitus lucri, vt ex alio capite redderetur vitiosus ludus, sicut et de omni negotiatione, alias licita etiam verum est.

Quarta Conclusio Clericis religiosis ac prælatis hunc esse illicitus ludus cartarum et alearum, maxime quando peccatum mortale ludendo admitterent. Habetur hæc Conclusio in multis Canonibus quos adducit Molina loco citato. Hunc autem admittitur peccatum mortale in ludo, vt si propter lucrum omittatur sacrum, aut horas: misceantur grandes, blasphemiæ, rixæ. Panam Clericis publicis aleatoribus decernunt Canones remotionem a beneficio obtinendo, et obtento suspensionem. Ita habetur in Con Trid. Sessio. 22 Cap 1° de reformatione. Monet Molina disput. 571 non condemnandos peccati mortalis eos Clericos qui sine scandalo, recreationis gratia carti interdum etiam de modica quantitate pecuniæ ludunt, aut protractione Psalmi similiumue orationem. Dissuadendum tamen omnino talem.

notalem ludum cartarum et alearum Clericis. Censet Navar. et Molina, maxime verò religiosos decet omnis hiusmodi lusus.

Quinta Conclusio Qui simulans se ignarum lusus pertrahit aliquem ad ludendum, qui est vere ignarus, non acquirit dominium eorum quæ lucratur, quia huic intercedit fraus et huic nulli se exponit periculo; ille verò magno.

Sexta Conclusio Quando quis lucratur ludo lege prohibito, non tenetur restituere, nisi post sententiam Judicis. Et et multorum contra Paludanum. Sitamen quis ludo prohibito perdat aliquid, credita pecunia ludens, tam ex iure communi non tenetur restituere. Est doctrina multorum et valde probabilis, quod factum est propter conservationem bonorum, licet verum sit de iure naturæ, esse obligationem.

Septima Conclusio Ludere cum usurario qui rem alienam habet exit dominium illius rei, non potuit ipsius Dominium transfundere in alterum, nec refert alter ignoraverit esse alienam, nam, omnimodo fuerit aliena ratione rei acceptæ erit obligatio restitutionis Domino, usurarius verò valorem illius lucri tenetur restituere lucratori. Idem dico de fure et filio familias ac uxore alterius, si exponunt res quarum non habent Dominium.

Octava Conclusio Ludus cum religioso qui ad id non habet facultatem saltem præsumptam, quicquid lucratur ludens, tenenctur restituere aut ipsi; aut si timet accipere huic vane utatur, religioni: aut si erant vere religionis quæ ipse lucratus est. Ita Navar. Cap. 23. num. 21. Molina disput. 320 ubi etiam addit, et ipsum religiosum teneri restituere illi à quo lucratus est.

Probatur Quia religiosus non est habilis ad alienandum, et tales contractus faciendos. Sicut quis esset religiosus qui haberet aliqua bona in dependentia à religione, vel clericentia Pontifex, si fieret Episcopus, tunc licet ludendo possit peccare ruinda dicta Conclus. Nontamen obligatio restituere, et quidquid perdiderit, alter qui lucratus est non tenetur restituere.

DVBITATIO V.

An per Testamentum transferant Dominia?

Testamentum.

Testamentum est signum quoddam voluntatis humanæ, quare transferri Dominium testamento, est transferri voluntate. Dupliciter autem potest fieri testamentum. Primò cum omnibus requisitis solemnitatibus. Secundò sine illis, et tale dicitur lege humana nullum.

Prima Conclusio.

Testamentum similiter factum transfert dominium in alium, si tamen lege non impediatur. Est communis. Dixi si lege non impediatur. Certum enim est posse aliquem imperatori testari, id est ne testamenta possit facere, et ne testamento legata accipiat. Et spurij non sunt instituendi heredes. Excipio tamen non nullas Provincias.

Secunda Conclusio

Quando quis habens spurios instituit aliquem heredem, hac intentione vel spe quòd daturus est bona hæc aut aliqua alia spurijs, hunc transfert Dominium, dummodò ille heres non sit spurius, nec tamen tenetur dare quidquam spurijs, sed tantùm eos alere. Si verò ita instituat heredem, vt heres sua bona det spurijs, et retineat testamento relicta, acquirit etiam Dominium, sed tenetur dare ea, neque hoc est infrandere legis; quæ id tantum vetat vt spurijs, non acquirat Dominium, et tales heres in iure vocatur prædo. Prædo autem non potest acquirere Dominium, estque infrandem tale testamentum.

Tertia Conclusio.

Testamentum etiam quo ad omnia validum et firmum potest à vivente testatore revocari. Est communis. Imo docent communiter autores, quod etiam si confirmetur iuramento validè ad hoc revocabitur, licet revocans gravissimè peccabit.

Quarta Conclusio

Pater in testamento exhere dans filium aliquando peccat, aliquando non, peccat si sine causa, et est in valida exheredatio. Semper enim Christianum est. Vt filij succedant Parentibus, non verò peccat quando id cum causa facit. Molina disputatione 176 tredecem numerat causas ob quas potest pater exheredare filium. Illud certum est omnes debere esse iustas, et non increatoris iniuriam. Si in patrem manus iniecit, quod intellige cum peccato mortali, satis est parentem lapide aut quavis alia re in iuriose percutere. Si graviter et inhoneste in eis inieserit, certum etiam in eos dicendos, hic tamen iudicium prudentis interuenire debet. Sine determinationis causis accusaverit, quæ non sunt adversus Principem, aut rempublicam, aut divinam Majestatem. Si cum maleficis vt maleficus versatur. Si vitæ parentum quovis modo insidiari tentaverit. & alias vide apud eundem autorem, causas.

Quinta Conclusio.

Per testamenta lege humana nulla, siue nō solemnia ait non solemnisata transferri Dominium probabilior est sententia, quam fusè probat

Molina disp.

Molina disputa. 77 Ratio Conclusionis est Quia voluntas testatoris sufficiens est ad transferendum dominium sine Conscientia, Lex autem prascribens solemnitatem, non tollit obligationem naturalem ab eiusmodi voluntate, sed tantum decernit vt talis voluntas non sit sufficiens ad probandum vt exteriori Dominium, neq; plus voluntiera quà pro contraria sententia citantur. Vnde potest heres per tale testamentum institutus perdere bona, et non teneretur illi alter restituere stando in foro cõmuni. Neque peccaret Iudex adiudicando alteri procedenti iuxta prascripta iuris. Sicuti ferret hic alter revera fuisse eam voluntatem testatoris, voluisse nempe illum non solemni hoc testamento heredem instituere qui est institutus, non posset bona Conscientia petere à Iudice adiudicari sibi hereditatem, quia revera scit esse alienam, et tenetur restituere imò et impensas quas alter fecit compensare, quod si dubitat et ipse ac vis aliquod prætendit, deberent facere compositionem de lite.

DISPVTATIO. III.
DE RESTITVTIONE.

Restitutio proprie significat positionem rei in pristinum statum, seu redditionem rei ablatæ, vel etiam compensationem damni illati. Notant communiter Autores, ex duplici capite oriri restitutionem, Primo ex iniusta acceptione. Secundo ex re accepta sine iusta causa. Per iniustam acceptionem intelligunt non solum furtum, sed etiam damnum quodvis illatum: Per rem acceptam non tantum quæ à Domino ablata est, sed etiam quæ ex iusticia alteri debetur. Esse denique restitutionem necessariam ad salutem, concors est sententia Theologorum, et præcipitur hoc præceptum Exod. 20. non furaberis, quia non restituere alienum perinde est atque furari et rapere. Circa autem hanc materiam restitutionem pertractandam. In quo rerum genere faciendæ sit: à quo, et cui; an semper teneat ad restituendum ille qui accepit.

QVAESTIO. I.
De rebus in quibus faciendæ restitutio

In iis omnibus certum est faciendam, in quibus sit aliquod damnum, potest autem hoc damnum fieri, aut voluntate directe, et ex intentione et per se: aut præter intentionem. Sive id fiat in rebus.

rebus ad animam spectantibus, siue ad corpus, siue ad fortunas externas.

DVBITATIO. I.

An sit facienda restitutio rebus ad animam pertinentib⁹, et quomo⁹

Ad animam pertinent intellectus, voluntas, et aliæ potentiæ, artes ite⁹ et scientiæ, gratia, virtutes, fama &c.

Prima Conclusio Qui alteri abstulit vsum intellectus, memoriæ, & similium, per malefacia, tenetur ad restitutionem, et hoc ipsum damnum, et alia quæ secuta sunt. Ratio est Quia iniuriam fecit, prudenti autem opus est alterius iudicio ad quid talis teneatur. Sta Solus 4. de iustitia Quæst. 62.

Secunda Conclusio Qui alterum damnificauit in se artium et scientiarum bono successu artificij: Impedinit item iniuste à studio aliarum artium, tenetur ad restitutionem lucri et aliorum. Est communis.

Tertia Conclusio Qui alterum induxit ad peccatum vi et fraude, falsa verbi causa contractum malum, et simile quid, tenetur et veniam petere, & ostendere veritatem ac iniustitiam. Sta Solus. Nauar. Sylues. et alij. Dixi vi et fraude Quia si absq; his, ipse ille non resipiscat debet tantum illum reuocare à peccato, monitione, consilio, et exemplo. Si autem peccatum illud fuit cum iniuria tertij, præter dicta tenetur ad damni restitutionem illi facto faciendam, si ipse non restituerit. Est communis doctrina autorum. Quod si quis moueat quem a peccatum primans gratiam, ea intentione vt Deus offendatur, grauius peccet quam si furetur quid temporale.

Quarta Conclusio Qui alterum retrahit a religione aut bono proposito statuque virtutis, idque cum fraude et dolo, tenetur ad restitutionem tam illi quem à statu sanctitatis quam ipsi religioni. Est doctrina magis communis.

Probatur Quia hic quoque fit vtrique iniuria. Ad quam autem restitutionem teneatur hic dissultas est, quidam sentiunt debere illum aut alterum substituere: aut ipsum ingredi. Probabilius est teneri ab ipso quem abstrahit amoueri vim et dolum: petere veniam, consulere ingressum: aut illum statum bonum. Religioni verò debet compensare damna iuxta arbitrium viri boni.

Quinta Conclu-

Quinta Conclusio.

Qui alium falso infamauit tenetur ad eam palinodiam, coram ys apudquos infamauit Et communis. Notant autores id esse faciendum etiam si infamatorem sequeretur infamia: et si ei recantanti non crederetur, tenetur iuramento rem factionem confirmare, cum enim teneatur ad finem, tenetur ad media. Si nec iuranti nec testi ques debet adhibere credatur, ad plura non tenetur, nec tenetur dicere se esse mentitum hoc ferendo, quia fecit quantum potuit, ex malicia autem esset hominum si infamator non restitueretur fo Notant et illud autores Confessarium non debere esse laxum cum infamatore tali, nec eam debere ab nisi ant prius restituat famam? aut certe magna sit probabilitas eam facturum. Ita Salon. Et quod dicimus verum est etiam si infamatus iam sit defunctus, quia viuit in filijs.

Sexta Conclusio.

Si infamatus sit plebeus homo, et infamator Vir Illustris, non est necesario talis facienda restitutio. Ita Salon. Notat tamen duo, Alterum Valde excessus inter infamatorem & infamatum, procedere Conclusionem, quia si non est magna in æqualitas, est obligatio: Alterum posse hanc restitutionem in hoc casu fieri pecunia, aut alio

Septima Conclusio

Qui refert crimen alicuius verum, cadit Probatur Quia spoliauit proximum re sua, fuit enim in possessione bonæ famæ quam iniuste et iniuste, quia non per viam accusationis iudicie, neq; per viam correctionis fraterne per viam defensionis propriæ, aut alterius innocentis, hi enim tres modi possunt excusare ab iustitia et restitutione. Addunt aliqui et illud iniquo etiam est excusatio, si id faciat quis ad leuem cau ium dolorem vel si petendo consilium delegat alterius peccatum. Notat Soto, etiam si aliqui sit prudens et tenax secreti, non esse illi narrandum alterius crimen occultum, nisi recta ducta qui Jam quo admodum restituenda famæ in tali casu Varij Varium pro varietate personarum assignant primis certum est non teneri dicere infamatorem se esse mentitum. Ita Nauar. Cap. 18. num verbo detractio Quæ q. et alij. Deinde inter rudes sufficit dicere se male locutum esse, circo credi sibi non debere. Inter omnes vero illum modum alij assignant, vt dicat se id cre xit nescisse, idcirco non debere sibi credi, ut eligendo se nescisse mordine ad reuelationem Nauar. vero loco citato docet, infamatorem tacendo de crimine ex quo infamia comparata est bere infamatum laudare ex alijs virtutibus, et bonam illi opinionem conciliare data occasione quæsita, ita tamen vt non aduertant audientes id fieri ad compensationem famæ, quia hoc nihil valet quam eos confirmare in priori opinione, quod si hoc non sufficiat, liberat a phariseus infamatorem Octauus Con.

Octaua Conclusio

Referre autem alicuius peccatum publicum, licet possit aliquando esse contra Charitatem, non tamen est contra iusticiam, et ita non est obligatio, restitutionis. Est communis Doctrina.

Prima pars declaratur. In aliquot casibus. Primus est Si fiat sine iusta causa. Secundus Si parcatur verbi causa alicuius suspensus est, et filius aut post multum tempus, aut alibi sit in existimatione, id tamen referatur vbi de ignominia generetur filio. Tertius Quando quis scribit ad aliud regnum crimen quod consist in alio regno, nominando personam. Notant autores, non peccare illum qui infamatum in vna parte ciuitatis refert crimen in alia parte, et in vna ciuitate infamatum refert quod factum est in alia ciuitate. Probatur Quia probabile est eo vsque crimen.

Secunda pars ex eo patet Quia ille iam amisit famam. Quod dupliciter potest fieri aut ipso facto ad iudicio publico: aut si per sententiam Iudicis infametur. Notat tamen Nauar et alij id procederet si iuste damnatus esset, nam si condemnetur ex eo quod non ferrens tormenta fassus est crimen: aut ex aliqua iniusticia, qui talem diffamaret, non tantum peccaret, sed etiam tenetur ad restitutionem.

Nona Conclusio

Qui alterum indirecte infamauit, non tenetur ad restitutionem, si vtatur iure suo. Verbi causa accusatur quis de adulterio, et negat constanter, hinc potest infamia accusatori. Imo sentit Nauar. etiam si dicat mentitum esse accusatorem, etiam coram Iudice, si iuste, et sine ordine iuris accusetur, atque quamuis vere sit reus, non teneri. Caietanus tamen cum alijs communiter docent teneri, et videtur probabilius.

Decima Conclusio

Quando infamata est sepulta: vt non sit periculum eam reuiuiscere, non tenetur infamator restituere. Si autem sit periculum, censet Nauarrus loco citato restituendam famam eo modo quo supra diximus.

Vndecima Conclusio

Qui audit detrahentem, si detractionis vt sit causa ipse, tenetur restituere: Si non fuit causa, tunc tantum audiendo tenetur ad restitutionem quando ex Officio tenebatur impedire et non impedit, qualis est prælatus. Quia enim peccatum est contra charitatem sine obligatione restitutionis: si alius quis audiat detrahentem et non impedit. Ita Diuus Thomas.

Duodecima Conclusio

Debet fieri restitutio famæ etiam cum periculo vitæ, quando maius est damnum infamatio quam perdere vitam. Ita Sotus et alij. Vtrum vir bonus infamaretur, et vt hæc infamia redundaret in posteros, et infamator valde in æqualis esset.

Illud hic de-

Illud hic demique notant autores priuatam personam posse remittere restitutionem famæ [illegible] debet fieri sponte, secus si tantum patienter ferat eũ sibi non restitui. Persona publica non potest quia [illegible]

DVBITATIO. II.ª

An sint restituenda damna illata in corpore et bonis externis alterius?

Hæc possunt esse. Vulnerati, mutilatio, defloratio, adulterium, et quidquid aliorum fortunæ aliud. Verum quid de his dicendum sit constat ex dictis suis locis, circa quintum et sextum præceptum, et dicetur adhuc ex dicendis. Duo hic tantum examinanda supersunt. Primum An restituere teneatur is qui alterum impedimit à consecutione alicuius boni. Secundum An qui promouit addignitatem aliquem, vel minus dignum, teneatur etiam ad restitutionem qualem et cui.

Prima Conclusio

Qui impedit alium à consecutione alicuius boni, cum debito, fraude, tenetur ad restitutionem. Ita Sotus in 4 de Justicia Quæst. 3 et Ledesma. Ratio est Quia licet ipsi illud non erat debitum ex iustitia, erat tamen ex debitum, ne vim aut fraudem ab alio pateretur. Quod si sine vi et dolo peccatum est tantum contra charitatem etiam si animo nocendi fiat, et bene obtinuisset.

Probatur Quia his omnibus positis non dum ad illud habet ius ille qui impeditur.

Secunda Conclusio

Qui confert vel resignat beneficium indignum tenetur restituere illi communitati, vel Ecclesiæ magna est beneficium Est communis, et de resignante docet Sot. Ratio est Si œconomus in aliis negocijs non prouidendo bonos operarios cum possit, peccat. efficitur damnum ipsi imputatur, multo id magis habet locum in his, cùm his sint causa damni.

Tertia Conclusio

Conferre beneficium digniori præterm[illegible]sis dignioribus est tantum peccatum mortale si illud sit curatum. Ita Sotus 3 Pemitica Quæst. 6. Notant hic autores quando dicitur dignior esse eligendus, non teneri collatorem in deligendis ijs quibus conferendi beneficia, extremam adhibere diligentiam, sed sufficere si adhibeat moralem attenta ratione personarum quæ in Provincia inueniuntur. Debet autem existimari ille dignior cæteris paribus, qui est idoneus ad omnia sum. exequendum, quamuis alioquin inferior sit cæteris, vel doctrina, vel aliis dotibus. Sæpe enim fit vt licet aliqui sint docti, non possunt tamen tantum præstare quantum aliquis qui [illegible] qui minus doctus videtur, eò quòd se applicet, cùm tamen illi existent [illegible] sententijs [illegible] nionibus vt [illegible]

tionibus vt non sit spes quod valde possint esse vtiles Ecclesiæ. Sed do et illud quod ille et confidit sibi, et si
de magnis considerationibus res et negotia expediet: Hic autem aut studebit perse, aut peritiores consu-
let, atque ita non facile impinget. Nec tantum mihi deligendis attendendum est quid de præsenti possint,
sed etiam ad id quod futurum speratur, sit enim plerumq; vt qui à principio non apparet aliquis, succes-
su temporis reddatur idoneus.

Quarta Conclusio. Sunt aliqui casus in quibus sine vllo peccato confertur

beneficium minus digno præterminso digniori.

Primus est. Quando beneficia sunt eiusmodi vt non possent ad ea promoueri nisi qui sunt exco-
mmunicati, in quibus est beneficium. Ita Sotus.

Secundus casus. Quando ij qui fundarunt beneficia vel heredes illorum habent ius patronatus,
hunc si præsentarunt minus dignum, debet conferre is qui habet potestatem, et non peccat. Habetur
in Capite Monasterium. sed hoc limitat Sotus de beneficijs non curatis. nam in curatis iuxta Concil.
Triden. Sess 24 Cap 9 De reformatione et 14ª Cap 18 peccat qui conferret minus digno, debet
eum removere.

Tertius Casus. Si digniores nolint acceptare beneficium curatum, hunc enim docet Adrianus, Epi-
scopum debere simplicia beneficia conferre dignis, vt digniores ferrentur procuratis.

Quartus Casus est. Quando in aliqua Ecclesia constitutione à Pontifice approbata cautum est, vt bene-
ficia detur ministris antiquioribus illius Ecclesiæ, tunc enim satis est si digni sint. Ita Maior in 4 dist 24.

DVBITATIO. III.ª

Virum plura beneficia habentes et non residentes teneat, ad restitutionem?

Loquimur de beneficijs Ecclesiasticis, quia hoc etiam modo infertur aliquod damnum in bonis
alterius Ecclesiæ.

Prima Conclusio. Non licet habere absque rationabili causa plura simul

beneficia, siue sint curata siue non, quia sit obligatio ad restitutionem. Habetur in iure Capite ad hæc
et Capite Quia non nulli De Clericis residentibus, Et in Conc Trid sess 7 Cap 4 et sess 24 Cap 17 Vbi
declaratur talia beneficia non posse retineri siue per diam Unionis ad vitam, siue commendæ perpetuæ,
ad quocunque alio nomine, et quod habens vnum beneficium requirens residentiam, si alterum obti-
neat eiusdem generis, sit ipso iure illis privatus. Notat Hostiensis et alij in Caput Quia nonnulli.

Quod si Epi-

Quod si Episcopus conferat alicui, uno verbo, duo beneficia valeret collatio, et dantur fere no[n]
ad eligendum unum ex illis per caput referente de præbiteris.

Secunda Conclusio. Possunt aliquando licite plura beneficia tam

simul sine obligatione restitutionis, etiam curata et requirentia residentiam, accedente dispen[sa]
one. Est communis. Causa rationabiles communiter solent statui quatuor.

Prima causa, Penuria ministrorum idoneorum. Ita habetur in Capite Clericus 21 Qu[æst.]
Secunda est. Utilitas Ecclesiæ, quando scilicet maius Ecclesiæ bonum speratur ex eo si unus dignus ha[bet]
aut plura beneficia teneat, quàm si singulis inceptis tribuerentur: aut si ea sit dignitas per quam Eccle[sia]
rium sit illi concedere plura beneficia, dummodo illa dignitas cedat in bonum Ecclesiæ. Sola fam[ilia]
tas beneficij non est sufficiens causa.

Tertia causa. Si periculum sit ne beneficium deveniat in manus Hereticorum, tunc enim ille qui habet
illud beneficium, potest illud accipere, et tenere si velet.

Quarta causa est. Si perse sint parua, quamquam tunc erit potius unum beneficium, dummodo paruitas
in utilitatem Ecclesiæ.

Tertia Conclusio. Dispensationes hæc tam in curatis quam in non curatis requi-

tibus tamen residentiam, petenda est à Pontifice, etiam si unum illorum percomendam perpetuum te[n]
dum esset, Habetur in Cone Trid. sess 7 Cap 4. Si tamen alterum tantum sit tenendum intitulo
terum verò in comendam ad tempus ad 6 minimum menses, dari potest ab Episcopo dispensatio, si
fuerit rationabilis causa.

Quarta Conclusio Beneficia simplicia non requirentia residentiam

cet unum illorum sit quod requirat residentiam, possunt haberi sine dispensatione Papæ dummodo non
mis multa accumentur. Ita Soto Solon et alij. Quamuis ubi est consuetudo debet seti differ[re]
ieb Episcopo. Et hoc tantum vult Concil. Trid. cum dicit posse plura talia concedi, non tamen sed
nat à quo. Unde intelligunt autores posse concedi vel consuetudine aliqua probata, vel certe ex
tate Episcopi.

Pro Secunda parte Dubitationis. Nota. Duplicia esse beneficia, alia sunt quæ necessariò aut ex ordi
dine aut exlege: aut ex sua propria natura, eiusq; officio qui ea tenet, requirunt residentiam. Sic
Episcopatus Parochiæ. Præpositura aliqua &c: Alia non, sed alium de requirunt residentiam. Sic
Et sunt Canonicatus. Prælatura &c.

Quinta Conclu-

Quinta Conclusio. Beneficium curatum habentes, tenentur residere, et nisi resi-
dent non acquirunt dominium fructuum. Ita Sotus 10 de Iustitia Qua: 3 Caret 2, 2da Qu 185
Definita est in Concil Trid. Sess. 23 Cap 1.° Vbi docetur id esse de iure Diuino, debent autem restituere
suos fructus ante sententiam iudicis. Ita Alexan. Italensis 3 parte Qua: 36 num 5. et plures alij.
Docetur manifeste in Concil. Trid.

Sexta Conclusio. Non desunt tamen aliquæ causæ, ob quas tales beneficiarij
possunt interdum abesse à suis Ecclesijs sine obligatione restitutionis fructus. Definitum id etiam est in Concil.
Trid. Numerari solent quatuor causæ.
Prima est. Studium Theologicum, propter quod ad quinquennium conceditur licentia Pastori. Professo-
res etiam si sint tales beneficiarij possunt ab esse quamdiu legunt. Idem Navar. sentit de illis qui iuri Canonico
student, aut illud docent, et hoc quidem post Concil. Trid. fieri debet cum facultate,
Secunda causa est. Negotia illius Ecclesiæ in qua habetur beneficium.
Tertia Causa. Obsequium Episcopo vel Papæ, quod debet intelligi quatenus illud obsequium est in Vti-
litatem Ecclesiæ, non solius personæ quæ seruit aut cui seruitur. Ita Navar. Cap 25 n. 121 Aug. verb Clericus.
Quarta est. Infirmitas pastoris. Notat Conc Trid. quando aliqua horum causarum occurrerit
debet petj facultas ab Episcopo discedendi, cuj inscriptis, cuius interest cognoscere an causa sit legi-
tima. Et hoc si parochus debet ab esse vltra duos menses. Episcopus vltra tres, qui etiam ab Archiepi-
scopo vel à Papa; aut à Nuntio apostolico debet habere facultatem.

Septima Conclusio. Beneficia non curata habentes vt sunt Canonica-
tus, si non resideant fructus faciunt non suos, nec possunt bona conscientia accipere distributiones quo-
tidianas. Ita communis Doctorum sententia. et est definitum in Concil. Trid. Sess 24 Cap 12 de Re-
formatione, vbi statuit Obtinentibus in Cathedralibus aut Collegiatis dignitatis. Canicatus,
Prebendas, aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti aut consuetudinis, vltra tres menses
ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse, saluis nihilominus earum Ecclesiarum consuetudinibus
per longius seruitij tempus requirunt, alioquin primo anno priuetur vnusquisque dimidia parte fru-
ctuum &c. Quod si iterum eadem sint vltro negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem an-
no lucratus fuerit &c. Distributiones verò qui statis horis interfuerint recipiant: reliqui qua-
si ob absentiæ aut remissione exclusa, his careant iuxta Bonifacij VIII. decretum. quod San-
ctus Synodus in ipsum renocat, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus. Circa
quam Concilij determinationem. Notant autores. Primum. Aliquos huiusmodi beneficiatos non quidē

iure Diuino.

iure Diuino teneri ad residentiam, sed tamen positiuo ad quod se obligarunt, vnde si non vel
aut sine iusta causa peccant mortaliter Contra præceptum Concilij, et tenentur addictam restituere
Secundum Sicut illi priores beneficiati possunt iusta de causa abesse per duos aut tres men-
ses siue continuate siue in terreuptim, singulis annis, si autem diucius abesse velint, ad id debent petere
cultatem. Ita et hi.
Tertium Illos ante sententiam iudicis facere fructus non suos, hos autem non nisi post sententiam
latam, loquendo de alijs fructibus præter distributiones, hos enim statim ipso facto percipiunt
vt colligitur ex Concil. Trid. Et habetur in Capite Vltimo De Clerico non residente.
Quartum Non residere etiam vltra tres menses sine facultate licitum fuisse exure antiquo
tat Nauar. verum id Concil Trid revocauit et constrinxit vt patet ex verbis ipsius, et intra
Et hinc colliges. Eos etiam Canonicos qui non habent alios reditus præter distributiones, si absque
facultate absint diucius vltra tres menses peccare mortaliter.
Quintum Easdem causas, et quomodo ab excusent priores beneficiatos anon residenda
ri etiam et hos Communis est sententia. Si tamen excipias distributiones, quibus carere debent
etiam illas ob causas non residentes, quia Concilium illis solis vult eas dare qui horis
interfuerint, exceptis illis quos infirmitas aut iusta et rationabilis corporalis necessitas
nidens valde vtilitas Ecclesiæ excusaret, vt inquit Bonifacius. VIII. cuius decretum
Concilium. Multiplex autem hæc potest esse vtilitas. Prima Si quis aduertat
Ecclesiastica tantum ex remissione Capituli absit, absentia illius temporis tantum debere
autores) quod sufficit ad expediendum negotium Ecclesiæ) non erit causa carentiæ, nisi
vellit aliquid temporis primato alicuius negotio, aut vbi nitati (quæ non Ecclesiæ vtilitatem
suam personam concernunt) tribuere, illud enim faciet ann carere distributionibus, nec
qui Canonici possunt id ei remittere, vt constat ex Concil. Vbi dicit Omni collusione, et remo
fictæ. Quæ duo verba multum vrgent, et diligenter obseruanda sunt, diuersa enim significant
Collusio significat certamen inter reum et actorem, ex quo tandem decernitur mutua condonatio
reijcit Concil. Remissio vero est simplex ingratiam alicuius personæ, ipsi facta donatio. Con
quia verba ita Congregatio Cardinalium fecit declarationem. Non licet Capitulo aliquo
tu distributiones quotidianas donare, relinquere? aut quamvis collusione remittere alicui
Ecclesiæ seruitio absentit, nec fas sit eui eam eas recipere, et si acceperit, suas nefaciat, sed eas
fuere omnino cogatur. Non dubitauerim tamen eas eo modo reliqua donare posse, sicut et
quæ sunt sunt quæ vere donare solet. Secunda Vtilitas Vbere Veteris Nobis
Si Canonici quia ad sunt alicui Concil. generari, absint ab Ecclesijs, tunc enim per Concil

tiense cogo

simile censentur præsentes, et habentur proresidentibus, nec huic illa Constitutio officere potest. Secus
dabit gratia fuit inferuntis proprij Episcopi, tunc enim etiam alios fructus facerint suos quamuis
non residerint. tamen distributionibus carere debent. Pro qua sententia adducit contrariam Sanc-
tum, et subdit quia serviunt Episcopo causa ambitionis vt aliquid plus obtineant, nec alios fructus
lucrare nos. Tertia Utilitas Vt videm autor. Si doceant Theologiam in bonam Ecclesiæ.
Canonicum excusantem notat Conar. 3 variarum resolutionum Cap 23 num 8, cum tantum
debitus qui residentes ad suam Ecclesiam non permittit interesse statis horis. Addunt aliqui et
Concilium inuitationem iniustam. De corporali necessitate nihil dico.

Sextum est Quod notat Paletus lib 2 Cap 12 Hanc restitutionem curatos quidem debe-
re facere Ecclesiæ aut pauperibus. Loquendo autem de curentibus non curatorum, vt sunt Canonici
distributiones quas habent ex ministerio vel Choro, eas debere fieri Canonicis ipsis, vel beneficiatis
qui officio interfuerint.

Septimum est. De cantu habentium Canonicatus, et similes alias dignitates. Et multorum qui-
dem sententia est. Caiet. Navar. Soti. hos teneri per se cantare horas Canonicas, et diuino Of-
ficio, alias non faciunt suas distributiones, et ad dicunt prose Pij. V. Decretum. quod incipit
ex Concil. lateranen. vbi ait. Vt Canonicus qui non psalit in Choro: licet adsit præsens, fructus amit-
tat quos lucri fecisset si cantasset. Aliorum tamen sententia est, Less nempe lib 2 Cap 34
Dub. 33 et Suarez lib 4 de Iuris Canonicis Cap 12 censent excusari eos et à peccato si non ca-
nant, et non perdere eos distributiones integras, dummodo adsint præsentes vbi est consuetudo non carendi,
distributionibus integris Quia partem dimidiam omnino amittere probant efficaciter, cum in parte tantum ser-
uitio facere faciant Concil. Atque ita intelligenda est constitutio Pij. V. licet ea quoque aliter legatur.
Et hoc quidem verum esse docet Soar. vt dixi. si iuxta statuta, consuetudinem, aut fundationem, sola
præsentia sufficiat ad lucrandas distributiones, talis enim videtur esse conuentio, inter fundatorem
et Cantum, et præbendatos, quam conuentionem, nec esse irrationabilem, nec contra aliquod ius natu-
rale: aut positiuum. Nec dari esse contra Tridentinum. Certum enim est quando eos iubet per se di-
uina expedire, et monet prælatos vt ad id compellant Canonicos, si intelligantur de cantu etiam
horarum quam missarum, loquitur de fundatione quæ facta sunt iuxta communem ius, quod omnino
eos iubet canere per se, vt nisi canant, perdant distributiones: Non tamen prohibet Concilium, quin
liceat hæ fundationes aliter fieri, vt numerum satis sit eos præsentes ad esse dum alij canunt, quibus
fieri dimidia distributionum (quas acceptari erant Canonici, si cecinissent ipsi) data est misi pendiu.
Et hoc puto esse factum Lucerid, Quod tamen diligenter videndum esset illis qui distributiones acci-

fiunt, quamuis

piunt quamuis non canunt horas et Sacra. Et hinc illud colligitur, et bene ac fuse deducit Barb. vt distributiones accipiant Canonici, teneri ipsos omnino ad esse praesentes Ecclesiæ, dum in ea cantantur Horæ, et Sacra quotidiana, nec ab hoc excusari consuetudine vlla aut statuto Ecclesiæ, aut Capituli ne, vt habet resolutio Cardinalium circa sessionem 22 Cap 2 in hac materia. Quæ ita habet. Non posse Episcopum dignitatibus, personatibus, et Officijs statuere contra Canonicij formam præter solitam pro lucrandis distributionibus. Hæc autem solita definita et mos cilio, vt statis horis præsentes sint, atque in Coro ad psallendum instituto, hymnis et Canticis Dei nomen reuerenter, distincte, deuoteque laudare adsint. Imo discere licet obligationem ad essendi plus quam vni Sacro lecto in ordine ad distributiones lucri faciendas, cum concilium inbeat eos deuotè Dei nomen in coro ad psalendum instituto Hymnis et Canticis debere celebrare, atqui Hymni et Cantici, et Chorus ad psallendum institutus, nullo modo solum sacrum intelligere, ergo

Octava Conclusio

Qui non habent aetatem sufficientem non habent aetatem, ratione cuius hoc aut illud beneficium obtinent, fructus non sunt illorum, teneturque ipsos restituere, et collatio est nulla. Habetur in Concil Trid. sessio. 34 Cap 12. Et idem habetur de obtinenda beneficia dignitatum et Canonicatus, aliorumque similium quibus non sub est cura animarum, requiritur ætas, vt non sit quis minor 22 annis completis, quamquam pro Canonicatu potest quis esse 14 anni inchoati, vt post annum possit esse subdiaconus. Quod si beneficium sit Diaconatus vel Presbyterens, requiruntur 22 anni, ad beneficium Parochiale 25 anni incoati, ad alia beneficia 14 anni quatuordecem iuxta Concil. requirentur. Aetas Iesus potest Pontifex in his quibusdam rem ætatem dispensare circa filios Principum, et quando indicat Ecclesia id expedire. Addit finis quod in ijs quæ Concil determinauit, et sunt nouo iure inducta, multi possunt excusari, quia ius illud Concilij non est receptum (quod tamen de nostra Polonia non potest dici, et certe ad hoc receptum, nec abusus quorundam sunt alleganda) vel qui bona fide per triennium in possessione absque simonia et intrusione, quæ possessio parit vsu capionem, et dominium. Host. Panor lib 3 Consilio 42 De præbendis.

QVAESTIO, II.

Quis teneatur restituere

Indubitatum est illum qui iniuriam alteri fecit teneri ad restitutionem, sine quia re alienam

tionem accepit, siue quia eam possidet. Fit autem proxime iniuria et ab eo qui eam causat: siue instant re ipsa iniuriando: et ab eo qui aut iubet, consulet &c aut non impedit ni iniuriam inferri comprehenduntur illo versu.

Iussio, consilium, consensus, laus quę, comesque,
Qui recipit, mutus, non obstans, non manifestans.

Ostendemus an, et quomodo teneantur ad restitutionem videndum, de illo enim priori qui vere effectiue facit iniuriam non est difficultas obligatum esse, licet an semper et cui debeat restituere, in sequentibus declarabitur.

DVBITATIO. I.

Virum imperans, consulens iniusta acceptione teneat, restituere?

Ad hoc imprimis notandum, hos et alios cooperatores teneri ad restitutionem quando sunt causa iniustę acceptionis; aut damnificationis. Dupliciter autem possunt esse concausę. Uno modo mediate, quando non quidem ipsi cum altero iniuriam inferunt, sed tantum aut præcipiunt aut consulunt eo modo ut per alios fiat damnum, et tunc sic ita consulunt verbi causa, ut sine ipsis effectus effectus, damnum videlicet, sunt simpliciter concausę, secus si quis consulat paratum facere. Secundo Immediate, quando vere cum damnificante inferunt damnum, ut qui ascendenti fenestram teneat scalam, secus si tantum ea attingat eo quę actu nihil innat rem. His positis sit.

Prima Conclusio Qui præcipit iniuriam, et quodnis damnum, est restituere. Ita Communiter omnes.

Ratio Quia hic est præcipua et quasi movens causa damni. Siquidem est infectionem hanc damni dupliciter fieri posse Primo Expresse ut si quis præcipiat, rapere, interficere, non soluere &c. Secundo Tacite, ut si famulo, filio, aut alteri qui ipsius pareat imperio, dicat quis: opto ex tali iudicium; vel ut tale aut tale damnum inferatur: velsi dicat placebis mihi si hoc feceris, aut non placebis si non feceris: vel non apparebo coramme donec non aliquid detorihoc, e in hoc audiam. Ex utraque ad restitutionem obligari mandantem certum est. Si secutus est effectum et quidem ex eo mandato. Ita enim est. Quid si filius, famulus, aut alius quis, non quidem præce-

dem præce-

dem præcedente imperio patris aut domini, sed tantum ex eo quia putat se placiturum, si mi-
us damnum alicui faciat, tunc licet postmodum pater vel dominus ratum habeat damnum illud
quam factum est, non erit causa damni, nec tenebitur ad restitutionem. Ita Medina
7 Et Molina tom 3 tract. 11. Disp 72 q. quid quid dicat Sylvester et non nulli alij, si mo-
non fuit causa damni, etiam per illam ratihabitionem sequentem, secus esset si nomine ipsius quis id fe-
ret, et ille cum potuisset id impedire; ostenderetq; se hoc nolle: et non faciat, et hæc forte videtur
dicti autores, et iura quæ ipsi prosè allegant.

Secunda Conclusio. Qui consulit de industria damnum alteri

te contractum, ex quo damnum potest oriri, tenetur ad restitutionem. Est communis sententia
Notant autores aliqua. Primum est. Nomine consilium dantis intelligi etiam eum qui hortatus est,
instexit, cõmoda proponit, vel aliud simile, unde quis addamnum alteri, iniuste inferendi animo
Secundum. Duplices posse esse homines qui consilium dant, aut sunt ij quibus id ex Officio incumbit,
quia periti sunt in ea re quam consulunt, quales sunt Confessarij, Medici, Causidici, &c. et hinc si ex
prostipendio; sine modi aliqua sua Utilitate, et damnum sequitur, sine consultore; sine alteri, si modo
iniste, tenentur ad restitutionem, etiam de leui culpa: Si faciant gratis, tantum tenentur de lata
aut sunt quibus id non incumbit ex Officio, neq; in ea re habent supra alios periciam, et hi tunc tantum
ere tenebuntur, quando dolo id faciunt quibus consuleti est, qui horum sequi aut non sequi consilium integrum
Tertium est. Aliquando non teneri ad restitutionem eum qui est secutus consilium consulteris
damnum faciat, sed tantum ipse Consultor, si enim qui consilium est secutus in discrimen incurrit
mnum quod facit ni iustum esset, et fecit id ductus autoritate consulenti, tunc Consultor restitue
tenebitur, non ille cui consulitur.
Quartum. Si postquam consultor dedit consilium, postea videns malum esse, illud revocat, et tunc
damnum ille alter infert, non erit liber à restitutione consultor. Ita Innocentius Capi ad diuinum
Angel. Silue. Nanar. Cap 27 num 233, secus de mandatore fure, quamquam si mandatum
nisi tam habeat rationem aliquam, qua motus ille cui mandatur aliquid facit, tunc tenebitur re-
ere qui mandat. Ita Molina disput. 731. Quod hucusque diximus de consultore, tunc ver-
se multi docent, quando solo verbo revocat consilium, nam si adhibeat diligentiam et effi-
at illi cui Consilium dedit, et ille nolit desistere, liber erit à restitutione. Idem
mandatorio.

Tertia Co-

Tertia Conclusio

Paratus facere malum, si consulas minus cùm eum non possis impedire à malo auertere, non est peccatum, nec obligatio restitutionis. Fusè id probat Medina disp. 336. & 730. quod tamen ita intelligendum est, quod quando Petro verbi causa vult furtum mille florenorum. et non potest eum à proposito abducere, si fuaseris vt furetur centum, procedit Conclusio, dummodo terminus Consilij non sit malum vt malum, sed vt minus, secus si volenti furari Petro mille flor. consulas vt furetur petrus Paulo centum, nam restitutionem Paulo faciendam vult hoc consilium. Quod si fur non est determinatus ad certum personam, cui minus cui plus fauere velit damni, non esse fauendum minus malum censent autores, licet aliqui docent cha in hoc casu

DVBITATIO. II.

Verum laudans, consentiens, et alij participes iniustæ acceptionis teneantur restituere?

Prima Conclusio.

Laus, qua aliquis monetur ad malum, non debet restitutionem parere laudantis. Ratio est. Quia hic vere est causa mali, et iniuriæ. Eadem dico de adulatione, imo & vituperatione, ac derisione. Dixi laus qua monetur ad malum. Quia si quis tantum laudet, et quasi gratuletur alteri de malo, peccabit quidem, sed non est obligatio restitutionis, quia non inuenitur hic ratio iniuriæ.

Secunda Conclusio

Qui ita consentit in malum alterius iniuriosum, vt consensus sit causa damni, obnoxius est restitutioni. Patet esse. Secus si non est causa. vt si subscribat quis iniustæ sententiæ, quâ tamen sine ipsius subscriptione valuisset. Eademne iudicium de ferentibus suffragium, in alterius iniuriam, quorum enim suffragia sunt talia, vt iam sine illis decretum valuerit, eo quod priora sufficiat, peccabunt quidem hi qui sua suffragia fuerint secuti alios, nec tenebuntur illis dissentire, non tamen erit obligatio restitutionis, et hoc quando suffragia ferunt aperte. Secus si ferantur secrete hæc suffragia, tunc enim omnes restituere debebunt, quia non constat vllo modo iudici de suffragio aliorum, atque adeò nec potest videri vtrum votum suum sit bonum vel malum, omnes concurrunt tanquam causæ particulares ad eundem effectum iniustum,

Tertia Conclusio

Comes seu qui participat crimen tunc est obnoxius restitutioni quando est concausa, ita vt sine eo non fuisset factum. Est communis et facile colligitur ex dictis.

Quarta Conclu-

Quarta Conclusio. Si quis recipiat malefactorem, et non lesactor est, tenetur ad restitutionem. Est definita iniure. Secus si recipiat alio titulo, scilicet consanguineus: seu ex charitate vt eum protegat. Notat Molina, quod si quis suat aut suspectos liquos ingressos suam domum, cum pecunia furtiua, et eam accipiat proxeubus quas ipsis benefi xi ad restitutionem. Idem dicit, si quis talibus volentibus tali pecunia ludere concedat mes sedilia apponat, lumen ministret &c.

Quinta Conclusio. Mutus, non obstans, non manifestans, tene nentur ad restitutionem, quando ex Officio pro quo accipiunt stipendium, tenebantur ad ipsorum fuit Officij. Est communis. Quia hi saltem indirecte sunt causa damni. Idem docent res de Confessarijs non imponentibus in confessione restitutionem, quando ad eam est obligati. Famuli etiam eorum fidei comissi, sunt res, si non impediant furtum rebus quas custodire tenentur, debent restituere. Secus de illis qui cum non habeant aliqua sub sua custodia, et videat alte rum famulum de illis surripere aliqua.

DVBITATIO. III.

Quomodo hi omnes debeant facere restitutionem?

Prima Conclusio. Omnes predicti tenentur restituere in solidum, siue in integrum. Sic Nauar. lib. 7 de restitutione Cap. 4 de communiter omnes. Sensus conclusionis est, quod debent restituere totum damnum, singuli restitutionem. Illud tamen de partiepantibus in damno notant autores, quod si communi consilio rei cens causa damni. Si vero concausæ tantum fuerint parciales, vt si duo vtuerent, et à singulis insolidum non est seorsum causa mortis, ad partem tenebantur.

Secunda Conclusio. Si vnus ex coöperatoribus ad damnum, satisfe pro principali domino proprio, alij non tenentur eidem domino vllam satisfactionem facere. Quia iam ei supponimus satisfactum. Duo hic notant autores. Alterum est. Quando coöperat res rem alienam inter se diuiserunt, tunc illi qui exactis satisfecit, tenentur reliquis eas partes com

Quo sit habeat

Quia hi habent apud se rem alienam, et ille alter habet damnum in hoc quod in toto satisfecerit. Ergo reliquum, quomodocunq; dmus, siue fuerit principalis, siue non, fecit restitutionem ex toto, reliqui tenentur illi restituere pro ratione uimixtum damni, quod quinis mtullit. Quod si damnificatus remittat restitutionem principali, reliqui etiam liberi erunt. Et doctrina Sancti Antonini titulo 8 tertia partis Cap 12 Nauarri loco citato, et D Thomæ 2, 2 Quæst. 62 art 6.

QVAESTIO III.ª
Cui fieri debeat restitutio.

Certum est rem sequi dominum suum. Difficultas tamen est an semper vero Domino facienda restitutio rei vel etiam possit fieri ei, à quo accepta est, licet dominus ipsius alius sit. Circa item quando dominus ignoratur.

DVBITATIO I.

Vtrum res accepta ab iniusto possessore, ipsi sit tradenda an vero proprio Domino?

Nota 1.ª Iniustus possessor dicitur ille, qui aut per iniuriam rem alienam accepit, aut iniustè detinet, licet eam potuerit iustè et bona fide accipere. Exemplum primi potest esse Si fur furetur rem alienam, et alteri aut totam aut partem eius donet, fuè vendat, aut aliquid alio modo à me deueniat. Idem dico si monumenta aliqua super bona ab aliquo qui ea iniquè acquisierit aut possidet, ad me deuolantur. Vtrum ego tenear domino proprio sine ei à quo illa habeo, restituere. Exemplum secundi est. Emit quis bona fide aliquid quod erat alienum, vbi aduertit esse alienum, non tamen restituit, sed aliena datur mihi.

Nota 2.ª Duplices possunt esse res alienæ in præsenti materia. aliæ quæ manent eædem, dicuntur usu non consumptibiles; aliæ usu consumptibiles, seu functionem recipientes, de vtrisq; est difficultas. Quo à priores sit.

Prima Conclusio. Quando iniustus possessor non comparet, nec si adesset possessori iniuria, sed domino. Est communis doctrina, cuius tamen duplicem ponunt autores limitationem. Altera est non posse reddi res aliena domino proprio sine periculo, eo quod aut reddenti insidias struat iniustus possessor; aut ipsum sæpe insimulauit hic, aut ille cui redditur, tunc reddendum iniusto possessori.

Altera est.

Altera est, quod si post quam eam reddidit hic vero Domino, adhuc eggendus esset iniustus possessor ad restitutionem pro eadem eidem Domino, non huic sed iniusto possessori reddenda.

Secunda Conclusio

Si sit res accepta a fure verbi causa furtiue oneroso quia nimirum soluta est; aut ratione illius facta sunt aliquae expensae, non est obligatus eam restituere vero domino, sed restitui potest iniusto possessori. Ratio est Quia nemo tenetur suo discomodo cõmodare alteri, neque verò hic differeret bona proximi, sed suo vere domino ad sua seruanda, tantumq; non prospiceret bonis alterius ad quod eum suo incõmodo nemo tenetur. Est doctrina Nauar. Cap 17 num 79 & 84. Quae procedit in foro interiori, non in exteriori in quo tenetur talis restituere vero Domino. Praeterea procedit doctrina si non est alia via seruandi id quod pro illa re datum vel expensum est, nam si esset alia cõmoda, aliter esset dicendum ex Sylu. Denique notant autores intelligi hanc doctrinam Nauarri, si est bona fide accepta, nam si mala quamcunque titulo accipiatur, vero Domino restituenda, etiam si precium perdendum esset, cum emptor vitiosam emerit, sibi debet attribuere iacturam.

Tertia Conclusio

Quod si res ab iniusto possessore accipiatur ne vllo onere, gratis omnino, siue per donationem, restituenda est omnino vero Domino, & tenetur dominus, quamuis illud verum sit, quod si certum esset iniustum possessorem eam restituturum vero Domino, posse ipsi eam restitui.

Obiicies Iulege prima de vi dicitur, Per donem restituendum esse secundum ratum iuris, in possessionem rei. Ergo quomodocunque res aliena ab iniusto possessore accipiatur, siue mala fide siue non, oneroso siue non oneroso titulo, ei et non vero Domino restituenda est.

Rndeo Cum Panormitano, legem intelligi quo ad forum externum, quando probari non potest eam à quo res accepta est, fuisse iniustum possessorem.

Obiices 1. Res comparata ab iniusto possessore, si debeat reddi vero Domino, est ne exigendum precium ab eo cui redditur?

Rndeo Negatiue, quia Dominus cum rem suam accipiat, nihil pro illa debet, nisi forte eam reddit, eo consilio eam comparauerit, vt eam reddere vero dño, alias peryisset, hic restituendum esset.

Obiices 2do Quid si emat quis rem alienam, et postea

factaing

facta inquisitione non cognoscat dnum proprium illius, potest ne is eam alteri vendere et qmo
Rides tenet. sed debet vitium patefacere, et esse paratus servare indemnem emptorem, alias iniuriam
si faceret.

Quarta Conclusio Si res furtiue non sunt permiste cum rebus furis, aut e-
as quicas ab ipso accepit debent eedem numero restitui. Probatur Quia sunt substrate Domini sui.

Quinta Conclusio Si vero sunt permista tunc eas reddet similes in specie
et communis et ex se patet. Notant autores. Si fur factus est impotens ad restituendum, cum qui
accepit bona fide rem functionem recipientem a fure, teneri ad restitutionem, Secus si non factus impotens.

Quares. Quid si res empta bona fide vendatur alteri etiam bona fide, et apud
hunc secundum emptorem cognoscatur esse aliena, ad quid tenebit ille qui empta vendidit huic secundo.
Rides Si vendat eodem precio non tenetur ad refundendum contractum cum secundo empto-
re, nec ad reddendem precium Domino illius rei, sed tantum ad seruandum indemnem secundum em-
ptorem. Ita Caiet. Nauar. Cap 17 num 8 Conar. Med. et Soto. Ratio primi est Tum quia
primus aut secundum emptorem non comparere, aut nullum illi imminere periculum: tum quia enim re
bona fide acceperit, non est unde teneatur precium vero Domino restituere, illud enim precium
habuit idem, quod ipse pro re bona fide empta dederat. Ratio secundi clara est. Si quis de
bonis aut exenatura sua defectuosam, debet ergo cauere de damno proximi, aut reddendo qui pre-
tium aut dando illi accionem contra furem. Si autem vendat maiori precio quam ipse emerit, tene-
tur excessum damnio restituere, quia in eo factus est dicior.

Rides Ergo si quis prandeat verbi causa apud furem nesciens res esse furtiuas, ibi quo
prandium illud expensi sunt duo floreni, ipse autem si domi sumpsisset prandium consumpsisset
quatuor, eo quod tot ordinarie consumeret, tenebit restituere florenos quatuor, quia in illis factus est dicior.
Rides Ipse respectu furtini prandij duos tantum florenos consumpsit, illos ergo tantum tenetur restitue-
re, quia in ordine rei alienæ quæ non plus constabat pepercit suis sumptibus, quantum valent duo floreni.

DVBITATIO. II.

Vtrum res ab iusto possessore accepta, restituenda sit vero Domino?

Iustus pos-

Iustus possessor est, vel qui licet non habet ius ad ipsam rem, potest tamen habere ad illam ius, sicut sunt depositarius, commodatarius, conductor, tutor, procurator; vel qui eam bona fide possidet, vel qui ex eius possessione aliquod meretur lucrum, vt quando bestia possidetur à seruore quam recipit.

Prima Conclusio. Si iustus possessor sit suspectus, et sit periculum quod non restituet, potest fieri restitutio vero Domino. Est communis. Dummodo pericula sit probabilis, vt notat Sotus. Dixi. Si est periculum, alias enim debet illi fieri restitutio, vt docent Medina. Petrus Nauar. Ioannes Gut. Siluc. verbo restitutio 4. Iustus enim possessor habet ius ea utendi, et aliunde non creatur persona damni tertio.

Secunda Conclusio Quando iustus possessor meretur per possessionem precium, illi omnino restituenda, alias iniuria ipsi fiet. Patet haec doctrina perse. Idem dico quando rei administratio, administrum possessorem pertinet.

Tertia Conclusio Possidenti quidem bona fide, rem alienam, possum restituere sine peccato, non tamen teneor illi, vt communis et probabilius multi docent. Potest ergo etiam restituri vero Domino. Probatur Quia si possem postquam intelligo alienum rem esse alienam, mecum Dominum, et ei significare vbi sit: possum et restituere, cum eam habeo, neque ni hoc ipso exercitium meum facio alteri iniuriam. Et hoc verum est si certo constet esse alienam, nam si dubium sit, tunc cum sit melior conditio possidentis, huic restituenda est.

Q. Ilares. Quid si habeam creditorem cui debeam mille florenos, qui etiam habet alium creditorem, cui tantundem debeat, possum ne ego huic restituere illo praetermisso? **Rudeo** Posse id fieri si adsit tempus solutionis, et nihil inde grauabitur meus creditor, debeo ipse excusticia id creditori suo praestare; quod ego facio.

DVBITATIO, III.ª

Accidit aliquando vt res aliena habeatur, et ignoretur cuius sit, cui tunc restituenda?

Talia bona duplicis possunt esse generis. Alia possunt esse inuenta, et haec aut habemus

quando de

quando Dominum aut non, vt lapides pretiosi in littore maris inuenti, de his dicimus alias; illa in iusse acquisita. siue per depraedationem, furtum; siue per vsuram: possuntque aut de nullo esse Domini, aut plurium, haec dicuntur bona incerta.

Prima Conclusio Bona inuenta potest sibi inuentor retinere, et si post diligentem inquisitionem non compareat Dominus, eius erunt. Ita Sotus 5. De Justitia. Medina lib. 1. cap. 4. Solon Quaest. 66. arti 5. et haec Conclusio procedit de iure communi, nam si circa haec inuenta bona est alicubi lex aliqua particularis illi standum esset.

Obiectio 1. Bona derelicta debent distribui secundum voluntatem interpretatiuam derelinquentis, sed haec bona videntur derelicta. Ergo &c.

Ridet Istae esse veram quando Dominus scitur, et constet de voluntate Domini derelinquentis quae necessario praesumendum est eam esse voluntatem derelinquentis, vt ea detur pauperibus, posset et haec esse vt ea felicitate vtatur inuentor, et ita aliqui dicere solent, felicem qui inueniet.

Obiectio 2da. In cap Si quid inueniisti, et Cap multi dicitur, quod qui inuenta non reddit reputat

Ridet Loquuntur iura de illis qui haec accipiunt cum voluntate non reddendi, etiam si Dominus comperiat, nec faciunt diligentiam in acquirendo Domino. Ita obseruat Glossa ibidem.

Secunda Conclusio. Bona incerta danda sunt pauperibus, ita omnium sententia, est que hoc non quidem iure naturae, sed tantum de iure positiuo Canonico, habetur in Bulla compositionis, et in cap Omnis, de rebus furtiuis et alibi. Et autem haec restitutio facienda aut per Episcopum aut Parochum, aut ex consilio Confessarij, quamuis potest et sine his inuenta ipsa bona incerta. Et si ipse possessor earum sit pauper, potest ea sibi retinere etiam primata auctore. Ita Cajet. Soto. et Nauar. Et hoc de bonis incertis, iuste acquisitis. Illud hi notant quod si post diligentem inquisitionem, quae debet omnino fieri circa talia bona de proprio domino: non adueniat, et post modum dominus verus compareat: nihil ei tenetur restituere, quia leges priorem dominum ab ipso primato fieri. Item non necessario est facienda pauperibus illius ciuitatis vbi sunt

Tertia Conclusio Quando verò bona incerta bonotitulo acquirentes necessariò danda sunt panperibus, sed possunt à possessore retineri. Ita Petrus Navar. & dereditate ne Cap. 2. Ratio Quia bona hæc incerta debentur tantum panperibus, exuire postine. Sic hoc loquitur debonis tantum incertis injuste acquisitis, hæc ergò habent rationem bonorum immobilium; et erunt premio occupantis, cum deinde naturæ non sunt restitutioni obnoxia, ullis, ne panperibus quidem quod hic inhis bonis ad hunc multo magis valent ea nempe esse possidentis, cum ipse fabulo supponantur acquisita.

QVAESTIO. IV.

An semper sit restituta facienda?

Quod quærimus est an sint aliqua quæ excusent à restitutione vt non necessario sit facienda sint aliqua quæ ipsam impedire possent, et communiter quædam censetur impedire executio restitutionis quando cui debet fieri restitutio, res restituta detrimentum allatura sit eo quod aut ea abutatur aut quia furiosus est. Item si cum in culpa sine damno tenetur quis restituere, si sit debitor ni extrema necessitate, vel si ipsi periit res: si Dominus rei absit; aut longe sit, an tam etiam quando sine culpa qui damnum intulit, quando item non absolvit rem. et tamen alter patitur damnum, an etiam dus rei ablatæ restitutioni sint obnoxij. De hæc in sequentibus examinanda.

DVBITATIO. 1.

Vtrum restitutio facienda rei quæ in damnum cederet illi cui restituenda

Dupliciter res restituta potest damnum afferre, vel quia ipsa vsurus est alter ad peccatu, vel quia in

Prima Conclusio Si potest commode differre restitutionem rei debitæ

ad tempus, quo non sit creditori allatura damnum, ni anima peccet restituendo, secus si non potest. Ita doctrina communis, quia hic charitas proximi urget, vt ipsi quoque commodemus omni vid possibili. Ita nobis aut nihil est incommodi, aut certe modicum. Illud notant autores Si creditor nimium

restitutionem

restitutionem, et ei alter restituat, non peccabit, sic enim non ad peccandum restitueret, sed ad se liberandum, et defendendum, quam sui defensionem quoq; modum sibi à natura habet. Vt è communis doctrina.

Secunda Conclusio. Quando in detrimentum tertij cederet res restituta, tunc esset contra iusticiam etiam, et non solum contra charitatem, si sine incommodo et magno suo damno posset non restitui pro tunc. Ita Sotus, et multi recentiores.

Probatur conclusio. Tum quia nemo tenetur cum suo magno periculo et damno, alienis rebus prouidere, sed habet potestatem vtendi re sua ad sui ipsorum[que] commodum: tum quia si non sit hoc periculum, esset causa damni tertio oni posset ne obuiam, sicut quod qui est concausa damni tenetur ad restitutionem, ita et hic quia esset concausa, teneretur.

DVBITATIO II.ª

Vtrum debitor existens in extrema necessitate teneatur restituere alienum? Potest esse difficultas si ant hic tantum aut etiam ipse creditor sit in extrema necessitate.

Prima Conclusio. Si tantum ipse debitor sit in extrema necessitate, rem alienam siue bono, siue malo titulo eam teneat, non tenetur restituere. Ita communiter omnes. Confirmatur: hoc quod sunt alicuius particularis, et incipiunt esse communes. Confirmatur: hoc ex eo. Quia si in extrema necessitate accipere quid, est licitum de rebus alienis tam habita in tali casu retinere erit licitum.

Secunda Conclusio. Existente tam debitore quam creditore in extrema necessitate, non obligatur debitor ad restitutionem. Ita Caiet circa Quæs. 12. Sotus 4. de iust. et Quæ 7. Ratio est. Quia cum vt dixi in tali casu omnia sint communia ac primo occupantis, melior est conditio possidentis.

Tertia Conclusio Existente etiam patre et liberis ac ipsa uxore debitis in extrema necessitate, liber est debitor à restitutione, etiamsi ipse creditor sit in eadem necessitate. Ita Sotus Quæ 62 dict. 8ª. licet multi etiam alij contrarium sentiant. Ratio conclusionis est. Quia maior videtur obligatio pietatis, quam iusticiæ particularis, expietate autem tenetur debitor in tali casu illis prouidere.

Obycies.

Obiicies. At qui ad illam rem habet ius creditor. Ergo et ipsius necessitas et ius ad illam rem, cogit debitorem ad restitutionem.

Rndeo. perdidisse eum ius seu Dominium particulare, posito debitore ipsoque de quibus diximus in extrema necessitate, quod vero etiam ipse sit in eadem necessitate, habet quidem ius aliquod, sed non hic ut dixi melior sit conditio possidentis, ad restitutionem non tenetur. Illud tamen verum est dicere autores, quod si debitor tua data extremam necessitatem, tenebitur ad restitutionem creditori, et saltem minimum acquirerat durante tantum illa necessitate, qua finita est obligatio supra rem alienam, et eam consumpsit, restituet inquo factus est dicior. Ita Salued in 4.° disem. 15.° Soto et plures alij.

DVBITATIO. III.

An restitutio obliget eius rei quæ non est ablata.

Casus hic esse potest, abstulit vel occidit quis alteri pullum equinum alicuius expectationis, an cum debeat quæ fuit impotentia, hoc est quam potuit Dominus habere ex hoc pullo si creuisset teneatur ille qui abstulit restituere, et sic de similibus. Dupliciter autem potest hic pullus auferri, aut occidi, animo nocendi, aut sic cet impediatur commodum et vtilitas, vel non nocendi animo, sed tantum auferendo simpliciter, vel occidendo

Prima Conclusio

Si pullus occisus aut ablatus est non nocendi animo, ea quæ poterant ex eo consequi, sufficit quantum valebat ipse, restituere. Est doctrina D. Thomæ, quia hic per accidens se habet nocumentum illud, eorum quæ sperabantur.

Secunda Conclusio

Si vero animo nocendi, etiam quæ abstulerat restituere facienda, secundum valorem quem habuisset in sua maturitate, deductis tantum expensis in colendo. Ratio est. Quia hic recte mi rendebat hoc damnum, et secutum est. Confirmatur. Cui defecit alterius bona, tenetur secundum valorem male getes inflere vel gramine, vt sic damnum in fermento inferat, tenetur secundum valorem malum talis compensare, vt communis est sensus hominum. Sed hic eadem est ratio. Ergo &c.

Tertia Conclusio

Potest hæc restitutio fieri aut expectando eventum rei in sua maturitate et perfectione, vel ad arbitrium boni viri. Ita Sotus. Salon, Bannes, et Aragona.

Dubitatio &c.

DVBITATIO. IV.

An fures perdatur sit obligatis restitutionis, si eodem modo apud dnum peryisset.

Hæc esse potest, communi in vendio perijt res apud ministrum siue rustum possessorem, quia comodata vel deposita fuit, aut deposita &c. siue à diripientibus direpta est, et eodem modo apud verum Dominum peryisset, vel quia etiam eius domus exusta, aut direpta est, vel etiam diuerso modo perijt apud dominum et diuerso apud dominum peryisset, an nihilominus teneatur ille ad restitutionem Domino faciendam.

Prima Conclusio. Si res eodem plane modo perijsset apud Dominum quo perijt apud rustum seu rustum possessorem, non obligat restitutio, videtur hæc Conclusio esse definita iuxta legem item 3. in fine prima ad legem Rhodiam vbi dicitur. Si nauta cum faceret Dominum nolle, posset res in naue deteriorem, quam conuentum Domino conuenerat, et perierint res illæ, tenetur restituere nisi postea illa melior in qua fuerant ponenda perierit. Huic resolutioni simile est id quod diximus in Conclusione. ergo. De Probatur. Quia si esset facienda restitutio, esset hoc damnum illicitum, cum autem nullum est damnum illatum, quod alioqui Dominus passurus non esset. Ergo &.

Secunda Conclusio. Si diuerso modo apud furem verbi causa alio modo siue rustum siue ministrum possessorem perijt, et diuerso apud Dominum peryisset, tunc obligationem restitutionis tenetur Docent Conar. Medina de restitutione Quæst 4. Nauar 4 De restitut. Cap 1° n° 17. si apud Dominum vel direptione peryisset, apud furem verbi causa excusat quia non seruauit bene, quod deseruit. Probatur hoc exeo. Quia si quis alienam rem ex vendio liberat, tenetur ea restituere, quia alienum accepit, et quamuis perderet aut deseruet ad hoc tenetur, sic licet similis &. Ergo.

Dices 1°. Ergo sciens vnus fur de altero, qui vult furari Petro mille vngaricos ipse preueniat, non tenebitur ad restitutionem, quia etiam peryisset ab altero fure. Nego consequentiam, hic enim in vtroque est minus acceptio, et ratione vtriusque esset obligatio restitutionis, in consequentia autem loquimur, quando et apud furem casu peryisset, et apud Dominum item aut alter ex malitia vel fit in furre preueniente, inque non est translatio perditio, æqualis illi quæ apud Dominum peryisset, qua perditio excusaret vt dixi.

Dices &c.

DICES 2do Ergo saltim quando res venditur, quæ postquam empta est perit apud emptorem, et eodem modo si res fuerit apud venditorem, deberet restitui pretium emptori, vel si non dum est solutum, non deberet postulari.

Rndeo. Non debet, quia hic acquisivit Dominium. Ergo illi fit damnum; non autem debitori, qui autem non acquisierat dominium rei.

Tertia Conclusio Quod si res apud verum Dominum non perijsset, sed perit apud ministrum possessorem, debet restitui Domino. Est communis, et a fortiori sequitur ex secunda Conclusione.

Quarta Conclusio Quando vero apud mutuum possessorem res aliena perijt, tunc si esset accepta in utilitatem accipientis, subiacet restitutioni. Et magis communis sententia quam tamen limitant autores hoc modo. Si non transierat in Dominium accipientis, et casu pereat non procedit Conclusio. si minimum tantum comodato accepta est, et sine omni culpa perijt. si enim cum culpa etiam lenissima, tenet restitutio. Quando vero transit in Dominium vt sit in mutuo, tunc etiam sine omni culpa pereat casu, obligat restitutio.

Quinta Conclusio. Quando vero accipitur iuste tamen res aliena vtilitatem dantis tantum, tunc debet restitui si pereat cum magna culpa accipientis. Est doctrina D. Thomæ. Et ratio est Quia cum gratis supponatur quis accipere rem alienam. Verbi causa depositarius, non debet tali onere gravari, nisi fuerit valde negligens in re aliena asservanda.

Obicies In Capite Bona fide dicitur. Quod si exortus incendio extulit quis suas res et non extulit alienas apud se depositas, censetur obligatus ad restitutionem, et tamen hic non videtur interesse nisi magna culpa accipientis. Ergo &c.

Rndeo Quod in hoc Capite dicitur procedit, id est habet actionem in foro exteriori, quia censetur non bona fide egisse talis cum proximo, et fuisse in gravi culpa, aut in foro conscientiæ sic peccaverit, id est potest cogi in foro exteriori ad restitutionem, at in conscientia liber esse potest.

Sexta Conclusio Si vero in utilitatem utrumque proveniat, ut si mutuo accepta pecunia ad emptionem rustici rei alienæ, vt sit in locationibus et functionibus, conductor si fuit in culpa lata et lenissima, non tamen lenissima, obligabitur restituere. Ista communiter Theologi et juris consulti, qui istum supponunt

supponunt non obligari eum ad totam restitutionem, sed ad medium damnum, nisi promiserit omnem cu-
stodiam post acceptionem precij, tunc enim etiam de culpa lenissima obligaretur ad restitutionem, non ta-
men si casu res periret ad nihilum obligaretur. Vt si equus quem conduxi fulminie pereat; aut
latronibus eripiatur; aut sine omni culpa vectoris moriatur, vector ex rigore non tenetur ad nihil
amplius, nisi fecerit contractum assecurationis.

DVBITATIO. V.

Vtrum si Dominus longe absit, sit restituti⁹ facienda, et si in itinere periret, cui periret?

Dupliciter poterat deuenire res ad manus eius qui hanc restitutionem debet facere, vel per iu-
stam acceptionem, vel per iniustam, si per iustam, aut erat designatus locus, in quo reddenda fuit vel non.

Prima Conclusio. Si res accepta est mala fide, per iniustam nempe accepti-
onem, debet restituere illi ad Dominum, vbicunque fuerit, sed quidem sumptibus eius qui ea apud se habet.
Probatur. Quia ipse est in causa quod Dominus rem sua careat, et damnum patiatur. Docet Caiet. hic
rei ad id posse venire cum expensis etiam si superent rei ipsius valorem. Valon tamen sentit quod
tantum cum ea quæ æquivalent ipsi rei. Et hoc est probabilius.

Secunda Conclusio. Quando verò res accepta est bona fide, et no
est designatus locus, nec fuit in mora accipiens, ibi tantum tenetur restituere vbi acceptio facta est.
Probatur. Quia non fuit causa damni. Secus si est locus designatus, et ipse se obligauit ad eum, vel
si fuit in mora restitutionis, cum creditor esset pro tempore in loco, vbi et quando facienda fuit restitutio.

Tertia Conclusio. Quod si in transmissione periret res, tunc aut mala
fide fuit accepta, quomodocunque pereat, debet restituere debitor, quando pernuntium debitoris
mittitur, secus si mittatur per eum quem ipse creditor elegit vel misit. Quando verò bona
fide accepta fuit, tunc re soluenda est difficultas iuxta dicta superiori dubitatione, si fiat in vtili-
tatem aut damnis aut accipientis illa acceptio.

DVBITATIO, VI.

Vtrum etiam fructus rei alienæ debeant restitui, et si res posita est in statu meliori?

Potest aliquando accidere vt res aliena existens suæ apud iustum possessorem, meliorem acquirat statum; siue quo ad valorem et estimationem: siue quo ad fructus accedente industria possessoris. Puta quia ex natura sua est fructifera, fructificat possessorem, et poterat fructificare suo Domino. Est ergo difficultas, an etiam sit restituenda secundum illum statum quem habuit opera debitoris, et an etiam fructus quos fecit, quos ut factura sit domino, eidem restituendi sint.

Prima Conclusio Si possessor suæ iustus suæ iniustus non fuit in mora, vt res secundum statum optimum redderetur domino, et postea facta est deterior, non tenetur ad illum statum optimum. Est hæc Conclusio definita in iure.

Secunda Conclusio Quod si antequam redderetur Domino facta est deterior, et dominus illam consumpturus erat in optimo statu, restituenda est secundum statum optimum quem habuit. Ratio est Quia damnificatus est ratione status optimi. Dixi si fuisset illam tunc consumpturus, alias enim debet restitui secundum valorem illius status in quo eam consumpturus erat Dominus. Et hinc patet primò Si fur verbi causa seruatur triticum cum habet magnum pretium, et restituit antequam aut pecuniam alio tempore quo est minoris precij, satisfacit, si illud seruaturus erat eius ad hoc etiam tempus. Patet Secundò Quod si quis alienam apud se habeat pecuniam, et postmodum ipsius valor decrescat, et secundum hunc restituat, etiam satisfacit, si eandem seruaturus erat dominus ad idem tempus, et ita nisi pactum nouum et peculiare intercesset.

Tertia Conclusio Si res aliena extet, quæ natura sua facit fructum, debet restitui cum fructibus, deductis tamen laboribus et expensis quos Dominus circa eandem fecisset, si valuisset eam fructificari. Est communis doctrina. Quia si res est aliena et crescit et non crescit, quia verò et ille debuisset facere expensas, et labores vt crescat et non fecit, iuste ille possessor debet sibi illos compensare eo modo quo diximus. Dixi nunquam tamen fructus industriales qui non subiacent restitutioni. Vt si quis aliena pecunia negotietur fructus facit suos, quia eo ipso quia sua pecunia, non feci set, quanquam fi de cesset aliquod lucrum, bene cergat damnum dno, tenetur restituere postea

Quarta Conclu

Quarta Conclusio Possessor male fidei ex bona reialiena agri verbi causa
rei, fructus quos percipit debet restituere, etiam si illos non percepisset Dominus, si eam rem habuisset.
Nota. Vbi notat et cum eo Syluc. hoc esse verum, si illi fructus extent, quia si perierunt, sicut etiam peris-
set apud Dominum, admihil tenetur, quod si eos consumpsit, id magno factus est ditior restituet.

DICES I°. Quos fructus debet restituere rei alienæ possessor, illos ne quos ipse facit, et fert
res illa, an vero quos fecisset apud Dominum proprium?

RÆDES. Si Dominus in illa re fecisset sibi maiores fructus adhibendo maiorem diligentiam quàm adhibuit
iniustus possessor, tunc debet restituere illos quos fecisset apud Dominum. Ita Panormitanus, et Couarruias.

DICES 2do. Jam quid dicendum de locatione rei alienæ, debet ne iniust. possessor fructi, locationis restituere?

RÆDEO Certum esse illum debere, cùm hi fructus non sint mere industriales, sed misti. Vide Sylu. ponit
non ob hanc causam inter industriales, quia sunt misti, partim nempe industriales partim naturales.

DVBITATIO VII.

Vtrum quæ per leges petuntur si non reddantur sint obno-
xia restitutioni ante sententiam Judicis?

Hæc quæstio est difficultas de vectigalibus si quis ea prætergrediatur, astringatur ad restitutionem.

Prima Conclusio Vbi est consuetudo exigendi vectigalia, si ea quis prætereat, tenetur
ad restitutionem. Probatur Tum quia aliendi pro reparatione pontium, aggerum, et viarum sumuntur:
cum ergo tali contractu in aliquibus regnis permittuntur mercimonia. Vbi autem est res prætio
abilis, et mutabilis

Secunda Conclusio. Quod si alibi ea sit consuetudo vt non detur ni-
si exigantur, tunc si prætereant, non erit obligatio restitutionis. Probatur Quia illa dissimulatio excu-
sat. Dic autem id apud nos excusat dubium est, ego puto non esse, si quidem puniantur illi qui ea præ-
tereunt, si deprehendantur.

DVBITATIO VIII.

Vtrum quando inferueniente culpa infertur damnum, sit obligatio restitutionis?

Certum est.

certum est posse aliquando inferri damnum præter intentionem, et sine culpa, quia nempe ea adhibita omnis diligentia: aliquando cum culpa. Solet autem à Theologis et Iurisperitis triplex culpa quæritum ad præsens. Alia est culpa lata, quando non adhibetur ea diligentia, quam homines communiter adhibere solent, vt si quis rem cómodatam relinquat in foro, sine custode, et peccunes communiter adhibere solent homines adhibere, sed non ea Culpalenis, quando adhibetur quidem diligentia quam cómuniter solent homines adhibere, sed cum ea quam prudentiores adhibent, vt si vestem verbi causa alienam relinquat quis domi suæ, sed cum fores non claudit ostium et perit. Culpa leuissima, quando adhibet et hanc et illam diligentiam, non tantam tamen quam curiosissimi homines adhibent, vt si relicta veste domi; clauso què ostio abeat, non tantam fores retractione clausas bene, vel non lustrauit domum, ne forte latuerit ibi fur, et perit vestis. Porro ex est difficultas, an, et cum qua, et sine qua culpa, est vel non est obligatio restitutionis, qui alicui inferat damnum.

Prima Conclusio

Qui infert damnum cum culpa lata, obligatur ad restitutionem.

Ratio est. Quia hic intercenit voluntaria omissio illius diligentiæ quam quisque tenetur adhibere in suis actionibus. ex illa autem voluntaria omissione quia sequitur damnum, videtur voluntarium, atque ita in velit restitutionem. Notant autores. Si ex oblivione naturali; vel certe excusans causa sufficienter excusante non adhibeatur seu omittatur illa diligentia, in foro quidem externo videbitur restitutio, at in interiori poterit talis excusari.

Secunda Conclusio

Qui excusa culpa vel leuissima infert damnum non tenetur ad restitutionem, dummodo non sint cómodata, locata, aut deposita. Ratio est, quia huiusmodi damnum est involuntarium, cum hic adhibeatur prudentia. Quod autem quis non adhibeat summam diligentiam, in hoc non est culpandus. De rebus cómodatis et similibus aliter rem procederé videmus, supra.

Tertia Conclusio

Quando sine vlla culpa est illatum damnum non tenet restitutio. Ita D. Thom. Quæst. 64 art. 8. Cajet. ibidem. Covar. Medina. alij. Ratio est. Quia potest vllo ratione in tali casu dici esse causa damni, si non est culpa, nec enim voluntarium hic intercenit. Quando autem sine vlla culpa, quia si fuit aliqua culpa, aut præcedens aut culpabilis, non tenet restitutio. Et quando postea intercedit de restitutione, etiam si damnum sine culpa eueniret vt docet Navar. Cap. 17. Exemplum primi casus. Conduxit quis equum tantum ad Ostrog, et eo Jasloniam vsque vbatur, interim versus Jasloniam ab latronibus eripitur, aut à latronibus eripitur, tenet restitutio. Secundum et tertium facile patet ex dictis, et post

DVBITATIO. IX.

An cum quouis suo damno teneatur quis facere restitutionem?

Exemplify.

Exemplificet Capite poteſt obuenire damnum reſtituenti. Primò famæ aut vitæ, vt ſi reſtituam in
manus fabbo aut vitam perdam. Secundò Infortunis, quia aut ad extremam rediget egeſtatem
certe decidam deſtatuneo: aut certe non habeam vnde reſtituam, verum in hoc vltimo non tam
damnum, quam potius impotentia alteri dicitur.

Prima Concluſio

Si maior ſubſequeretur infamia, aut etiam æqualis damno
quod alteri infertur del illatum eſt, non eſt obligatio reſtitutionis. Secus ſi infamia ſit parua reſpectu il-
lius damni. Ratio eſt. Quia nemo tenetur reſtituere cum damno ſuo maiori. at hic eſſet maius damnum. Ergo
in casu vbi ſunt æqualia, quia vbi ſunt paria damna melior eſt conditio poſſidentis. Et hinc habetur reſo-
lutio multorum caſuum. Si mulier ex adulterio concipiat filium, non tenetur illum reuelare marito,
nec filio quod ſit ſpurius indicare, ſi maior ſit futura eius infamia vel etiam æqualis, quàm hereditas,
quam ipſe cum iniuria aliorum liberorum adire debebit, imo etiam ſi eſſet minor futura infamia, ſi di-
ſtribuenda ſit inter alios proſtituenda ſua reuelatione. Eadem proportionaliter dicendum de Iudicibus falſo aduidica-
tem bona alterius, et deſcriba confitente falſum inſtrumentum in damnum alterius. Eſt hæc
doctrina Banncc. Aragonā. Couarruuiā, et Soti 4 Dein ſticia.

Secunda Concluſio

Tenetur tamen hæc mulier de qua diximus, Idem de
filio. Et doctrina valde communis, licet in modo quo dd id hi obligentur, non conueniant autores, cer-
tum tamen conueniendum et ſine peccato hunc modum debere fieri. Illud aduertunt autores, poſſe huius-
modi filium debonis propriis ſi quæ habet compenſationem facere veris hæredibus, ita tamen ne for-
tunas conſtet contra ſe, et neſe prodat. Illud denique addunt Doctores ſi mater adulterium ſuum
detegeret filio ſpurio ad impediendum damnum veris hæredibus, filium etiam ſi nixeſit ſpurius, dum-
modo id ipſi non conſtet, non teneri in hoc credere matri, ſi quidem poſſet ſibi perſuadere ma-
lo animo communi ex affectu ad alios liberos, Si tamen illi conſtaret certo in conſcientia non
poſſe ſuccedere in hereditatem.

Tertia Concluſio

Cum periculo vitæ nunquam eſt facienda reſtitutio Eſt
doctrina communis. et ponitur idem exemplum de vxore adultera, licet Sotus rianus ſed improbabiliter
contrarium tenet.

Quarta Concluſio

Si quis reſtituendo incideret in extremam
neceſſitatem, non obligatur ad reſtitutionem Eſt communis doctrina, ſupponitur enim tanquam certū
tum poſſe differre reſtitutionem, inuito etiam creditore, vſque dum emergat ex illa miſeria, et bene-
ficium ſortunæ.

Quinta Con-

Quinta Conclusio.

Si debitor nihil habet iuxta acquisitum, sed totus status ipsius est ex rebus minus recte comparatis constatus, tenetur statim restituere, etiam si illi debitori sit extra necessitatem extrema. Et dandum sit aprioris reatu, et deuenendum ad mendicitatem, dummodo sit extra necessitatem extremam. Ratio est. Quia iste nihil habet sui totusque ipsius status est ex alienis, quā alteri debetur. Ergo

Sexta Conclusio

Si habens rem alienam habet etiam alienum sic acquisitum, quod tamen non sufficiat ad statum retinendum, nisi simul habet se alienis quæ apud se habet non tenebitur statim restituere alienum si est spes fore breui vt rebus suis accommodatis possit restituere proxime. Est doctrina certa. Instat enim casu duo iura concurrent. alterum reddendi aliena, alterum retinendi sua. Si ergo tunc creditori nullum imponeret periculum. sed enim supponimus) debitori aliquid imponeret, recta charitas suadet melioremesse conditionem possidentis. Vbi tamen illud notandum est. Id esse verum si debitor non sua culpa se redegit in has angustias. Atque ita ex hac conclusione sequitur non teneri quenquam res suas distrahere pro cibo bandere vt alteri restituat, si tamen ille creditor tuā interuenirent quas attigimus in Conclusione, licet verum sit teneri talem; qui ex ista causa affert restitutionem; ad compensanda damna si creditor per hoc aliqua subeat.

Septima Conclusio.

Si quis habens multos creditores cedat bonis suis reliqua sibi aliqua particula pecuniæ verbi causa, ad sui sustentationem, non tamen tales na quibus cedit sufficiant ad omnia soluenda debita, est securus in conscientia, dummodo illa bona quibus cessit fuerunt iuste acquisita. Secus essent iniuste acquisita, omnibus cedere deberet, et ipse mendicare. Quod si postmodum veniret ad pinguiorem fortunam, tenetur ad omnia in integrum soluere.

Octaua Conclusio

Qui omnino est factus impotens ad restitutionem, quomodocunque est factus, est liber omnino, nisi forte ad pinguiorem fortunam deueniret. Est communis. quia ad impossibile nemo obligatur.

SECVNDA PARS
DE CONTRACTIBVS.

Agemus de contractu proprie et per se sumpto, quomodo Vlpianus elicit eum esse obligationem vltro citroq; id est esse pactum ex quo vltro citroq; ab vtraq; nempe parte agitur obligatio, in qua vna ad dandum altera ad accipiendum se obligat: tantum verò ait de contractibus circa bona externa. Nam et in matrimonio est verus contractus verum de hoc alias. Eos autem sumemus contractus examinandos qui magis sunt hominibus familiares in bonorum externorum acquisitione seu aliquatione. Et sunt emptio ac venditio. Pactum retrovenditionis, contractus Societatis, Mons pietatis, census, vsura, locationes, Conductum, monopolium, Simonia, & similes. Natura cuiuscunque contractus breviter indicanda erit, et quomodo in his iniusticia inveniens restitutionem reperiatur, videndum.

DISPVTATIO I.
De emptione et venditione.

Notant Iurisconsulti originem contractus emptionis et venditionis simul cum pecunia emsq; vsu cæpisse. antequam enim pecunia inventa esset commutatio tantum rerum fiebat, dabatur bos pro equo, vinum pro tritico, calceus pro domo, et è contra, et tantum hæc sicut et ille valebat. Postmodum verò quia domus plus valere cæpit quam calceus, et sic de similibus: ad commodiorem vitæ sustentationem inventa est pecunia, quæ certum valorem haberet, ac rerum emendarum precium esset, rationeque illius alia res mercium rationem habere cæperant, et hinc emptio ac venditio. In quibus quomodo et quando iniusticia committatur, dicemus. Quæ committi potest tum ex parte rei venditibilis; tum ex parte precij tum ex parte personarum; tum ex parte modi, vt infra.

QVAESTIO. I.ª

An sit illicitum rem pluris vendere quam valeat

Potest res vendi pluris, aut alicui genis; aut domesticis, hoc aut illo tempore, tali vel tali precio, quae sunt precia rerum, et an aequaliter tam huis quam illis vendi debeant res, videndum.

DVBITATIO. I.ª

Solemne sit precium rerum, an multiplex, et quod iustum:

Triplex communiter distingui solet precium Rigorosum, Medium, et Infimum, unde constat multiplex hoc esse non unum, Verum videndum videndum est an quodnis exhis iustum esse possit. Plures tant autores hanc diuisionem esse precij naturalis non legitimi. Naturale dicitur quod res ipsa habet seclusa lege humana ac publico decreto: Legitimum dicitur quod publica lege et decreto ipsum fit, vt rempe olla vini tot grosis, et non pluris vendatur &c.

Prima Conclusio Medium precium quo res ordinarie vendi solet

Infimum, quo eadem alicubi minoris venditur. Summum, quo alibi eius dem rei non inuenitur emptor. Alij tali exemplo haec precia explicant et distinguunt. Si res vendatur florenis 95 erit infimum si eadem centum, medium. Si 105 erit summum sine rigorosum.

Secunda Conclusio Totissima circumstancia exqua precij quantitas desumi potest et debet, est vsus hominum eorum[que] necessitas attenta tamen hominum affectione respectu illius vsus. Probat hanc Conclusionem multis Molina tom 2 trac 11. disp 347

Tertia Conclusio Sanctas etiam rei vel multitudo, vno alterove

ptorum, auget vel minuit ac mutat precia. Est communis doctrina et ex se facile patet.

Quarta Conclu

Quarta Conclusio Ipsi mercatores siue venditores non possunt statuere precium rerum, quia licet possint res vendere carius, pront impensas aliquas in earum conductione fecerint, et labores susceperint magnos, quia tamen possent quasdam impensas in pactum precium deducere etiam iniuste, ideo id non est ipsorum, verbi causa potest quis mediam partem mercium percipere, et reliquam ita estimare vt compenset illud damnum, vbi iniustitia interueniret, quia ipse sibi periculo et talis periculo exponit, quod non teneantur alij compensare.

Quinta Conclusio Si quid vendatur aliquo horum precionum, iusta est venditio. Ratio est Quia omnia sententia illa precia sunt iusta.

Sexta Conclusio Vendere aliquid infra medium dimidium iusti precij, et omnino infra dimidium iusti, est iniustum et inducens obligationem restitutionis. Et communis doctrina explicatione tanta indiget. Tum veneti rem supra dimidium iusti precij, quando supra iustum precium rei exigitur in venditione adhuc plus quam medium supra iustum precium, vt si quæ res valent grossos decem, et vendatur sedecim. Idem dico proportionaliter de precio infra dimidium iusti.

Septima Conclusio Si vero non excedatur, vel non attingatur hoc dimidium iusti precij, ita vendendo, locando, permutando &c. licet non detur de hoc actio in foro exteriori, in foro tamen conscientiæ est peccatum, veniale aut mortale de propria excessus tenetur restitutio. Ita Thom 2.2. Quæst 77 art 1. Caiet opusculo 17 responsionum Cap 12 Nauar Cap 23 num 77 Ratio est. Quia est contra illud quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Notant tamen autores quod si quis bona fide cum probabili ignorantia, egressus est latitudinem iusti precij, quamuis non teneatur ad restitutionem, post quam comperiret excessum. Ita Nauar loco citato et Medina, quia res aliena detineretur.

DICES Et qui leges ciuiles non prohibent excessum infra dimidium iusti precij mouere supra, Rndeo Id fieri propter lites vitandas et maiora mala, habens ergo tantum permissiue quomodo et ratione permittit lex licet ergo id quod diximus hac Conclusione, lex non prohibet, forum tamen conscientiæ id prohibet. Illud hic notandum. Posse reipub. auctoritate maiori bono communi sic exigente, constituere precium rerum, illud quod etiam sit infra dimidium iusti, et tunc qui eo res aliquas emunt, liberi erunt in conscientia, quæ ratione adducunt in Polonia licite Milites emunt (etiam repugnantibus priuatis) legumina sata, sibi precio, iuxta taxam constitutionis in publicis Comicijs edicto et assignato, quia reipub. tanquam Domino bonorum priuatorum in necessitate potest vt est disponere de illis, consentientibus illis quibus interest, vt dixi, quare in hoc casu cedit quasi de iusto precio ordinario, et aliud precium statuit bono communi id exigente.

Dubitatio 2da

DVBITATIO. II.

An in aliquo euentu liceat vltra iustum precium vendere, et infra iustu emere?

Diximus iam licere infra iustum precium emere ea, et ibi vbi et quæ communi consensu vsui sunt precia assignata habent. Potest tamen adhuc esse difficultas, si res quæ venditur sit venditori per locatos vtilis emptori verò molesta vel minus vtilis, Similiter potest esse aut cara venditori quia ipsi affectus, aut eam vendendo ad alterius instantiam damnum aliquod habet, suæ lucrum ipsi cessat, vel quia vtilis esse valde necessaria emptori. An ergo possit ex his capitibus res vltra iustum precium vendi, vel infra iustum emi, controuertitur.

Prima Conclusio

Si res sit vtilis venditori vel locatori, emptori vero vel conductori minus vtilis aut molesta, eam tamen aut charitate ductus: aut precibus venditoris fractus aut moti emeret aut conduceret, potest pro ea dare precium infra iustum. Ioan Medina Siluester Nauarrus Cap 23 numero 84. Probatur. Quia tunc rei aliena est precium eo quod ea emptor aut conductor non egeat, vel illi molesta sit futura. Ergo respectu illius est hoc precium rei iustum.

Secunda Conclusio

Quando res qua venditur talis est vt exempta conditione lucrum cesset aut damnum emergat, potest vendi vltra iustum precium. Ratio est, quia huiusmodi augmentum precij est iustum ratione lucri cessantis aut damni emergentis, quod ipsum debet iuste rei emptori, et vt inde aliqua ipsius accrescat vtilitas.

Tertia Conclusio

Si sit talis res ad quam venditor habeat talem affectum vt vrgeatur ad eam vendendam, potest ratione illius affectus accipere quid vltra iustum precium. Nauar. loco citato. Probatur. Quia est precio estimabile priuare se ea re ad quam quis multum affectus. Hanc tamen doctrinam Nauar. ita temperant autores quando venditor non leuiter est affectus adrem, vt non plus quàm ad precium ipsius, etiam rigorosum, quamuis fuerit si ei daretur, quia si æquè tunc tam fieret compensatio, nec posset plus petere. Si item non se exponeret venditor ad eam vendendam oblaturus iustum precium, etiamsi rigorosum recusaret. Denique Si significaret emptori se carnis vendendæ affectum, in quo si nollet consentire emptor, non posset eam vltra iustum precium vendere.

Quarta Conclusio

Ex hoc quod res emptori valde necessaria est, non potest carnis vendi, sinde nihil est damni aut discomodi venditori. Cuius esse potest. Video alicui esse.

dicio esse meam domum valde necessariam, non possum eam eò solo nomine carius vendere. Secus
esset si me privarem aliquo cómodo aut subirem aliquam difficultatem in alia acquirenda. Ratio
dictionis est Quia hoc nihil aliud esset quàm vendere alteri suam ipsius utilitatem aut commodum
quod autem alterius est vendi non potest. Quam doctrinam intelligunt omnes procedere de rebus quæ
secundaria sua sunt aut esse possunt vtiles siue vtiliores, sed ratione et respectu personæ particularis.

DVBITATIO. III.

An quando res venditur credito, potest vendi pluris quàm valeat?

Circa hoc caput potest procedere Dubitatio præsens, vel quia timetur periculum siue amittendi siue
differendi pretium in repetendo precium, vel quia venditor indiget in præsenti pecunia, vel quia tantum non potuit
habere in præsenti.

Prima Conclusio. Si probabiliter putat venditor se facturum expensas

in repetendo precio, potest pluris vendere Ita communiter autores. Ratio est Quia nemo tenetur gra-
tis facere expensas in suo recipiendo, cum alter esset in causa harum expensarum.

Contra hanc autores duo. Primum est Deberet id innotescere emptori, augeri nempe hoc precium ratio-
ne damnorum et periculi faciendarum expensarum, vt ipse in id consentiat. Secundum Futuris esse deter-
minatas expensas in ipso contractu venditionis nihil statuere, sed tantum obligare emptorem in genere
ad expensas non determinando adtantas veltantas sed ita vt teneatur eas soluere quanta facta fuerint.
Si autem facta non fuerint vt non teneatur. Si tamen a contrahentibus bona fide vterer minando ren-
dum sit quidem illam quantitatem quæ probabilior est fore. licitus est talis contractus, et teneretur
emptor soluere precio etiam si postea nulle sequerentur expense Ita Sotus lib 6 Quæs 4 art 1°
Ratio est Quia tunc vterque exponit se æquali damno et lucro. venditor quidem non exigendo plures
expensas etiam si eæ plures futuræ sint, et obtinendi precium expensarum etiam si postea nulle sint fu-
turæ. Emptor verò exponit se periculo soluendi expensas etiam si nulle sint, et liberandi se a maiori
quæ fortasse futuræ sint.

Secunda Conclusio Dum res venditur credito, et timetur

periculum perdendi precij. et deducatur in pactum manifestum precium cum emptore vbi id fuerit
non manifestum, non est illicitus contractus. Probatur Quia subire periculum perdendo pecuniæ

est gravamen

est grauamen precio æstimabile. Ergo potest deduci in pactum. Monent hic autores aliqua

Primum. Non esse facile huic contractui consulendum eo quod hinc possint facile negotio palliari fraudes tum quia potest hinc periculo obviam iri, nolle nempe rem vendere nisi detur sibi fide iussor qui præcaueat precium. Secundum. Vt ille metus periculi non proueniat ex auaricia et pusillanimitate venditoris, sed potius ex qualitate personæ emptoris. Tertium. Vt non sit commune periculum sed aliquod particulare. De his solues quos dam Canones quæ contra nostram conclusionem afferri solent loquuntur enim de communi periculo. Doctrina hæc est Molinæ disp 356 Coninck. in summa. Ray. Valentiæ Quæst 2 punct 2 Navarri Caput nauigauit de vsuris. Ubi enim tantum licet mutuo dare quantum sufficere qui ratione solutis mutui potuit alteri mutuare pecuniam, nisi faceret secum contractum societatis seu pactum assecurationis.

Tertia Conclusio. Si ex eo quod differtur solutio precij venditor

patitur damnum, aut ipsi lucrum cessat, potest cum dictis conditionibus id exigere monendo de eo rem emptor rem plures rem vendi obiectas causas Et doctrina extra controuersiam.

Quarta Conclusio Si ideo tantum exigitur plus precij propter

venditionem, quia in præsenti non soluitur, et quia credito venditur est illicitum. Et communis doctrina

Probatur Quia hic nullus apparet prætextus augmenti precij.

Quinta Conclusio Etiam emere vilius anticipata solutione licet

licet, iuxta doctrinam superiorum Conclusionum. Et communis, eo quod dicatur minus stare emptor ratio anticipatæ solutionis, facile id quod dicimus ex prioribus colligitur Conclusio et esse patet Quanquam de hoc etiam dicemus aliquid, quando de usura ferme erit.

QVÆSTIO. II.

De venditione rei cum defectu.

Nota 1°. Dupliciter posse rem vendi cum defectu Primo, quando cum venditur cognoscit et non negat. Secundo quando non cognoscit. Potest item ex parte emptoris idem considerari scilicet rem tanquam defectuosam, et emit vilius, et tamen sat certo non esse defectuosam.

Nota 2°. Varios posse considerari defectus in re vel in substantia si vitium proprie dictum sit in quantitate, si mensura deficiat, vel in qualitate si in firmum profano.

Imbitatus 1°

DVBITATIO. I.ª

Confencatur venditor defectum rei quam vendit manifestare emptori?

Procedit Dubitatio de defectu cognito, nam ignotum impossibile est manifestare. Duplex autem communiter datur defectus cognitus, vel ipsi tantum venditori, vel talis est qui ex natura sua omnibus manifestari potest.

Prima Conclusio Quando vitium notum tantum venditori tale est vt repugnet intentioni emptoris, debet manifestari emptori. Ratio est. Quia ad contractum stabiliendum necessario est vtrinque consensus, at hic est aliquid repugnans saltim implicite intentioni emptoris. Ergo non potuit consentire vere in illum contractum.

Secunda Conclusio Etiam si non esset contra intentionem emptoris, sed emptor sciret illum defectum, nollet emere rem illam, tunc si ex hac voluntate emptoris venditor, et scit defectum vitium, nullus est contractus, etiam si non acceperit precium maius, quàm quantum illa res cum tali defectu valeret. Est communis. et ratio ipsius est quæ et superioris. Quod idem dico quando talis defectus fuit qui per negligentiam aut alia simili ex causa non advertitur, ab emptore posset tamen adverti.

Tertia Conclusio Quando verò defectus rei non repugnat intentioni emptoris quomodo, non peccat venditor eum non manifestando, dummodò diminuat de precio. Solet hoc dari exemplum. Quæritur pro aliquo seruo equus qui sit manifestus et frœmis pectibus, habet autem hoc vitium quod est fessus et piger apud aliquem equus, potest hunc dissimulato hoc vitio, et diminuto precio vendere facile, etiam si emptor præcidisset vitium hoc, cum illo non emisset.

Probatur hæc doctrina. Quia hic est æqualitas inter rem et precium vt suppono, et licet vendatur emptori inuito, non tamen conqueritur quod non vellet emere nisi ab esset illud vitium. Est etiam communis. doctrina, Quod quando vitia non reddunt notabiliter minus vtilem rem ad quod emitur, non teneri venditorem manifestare, etiam si præsumat emptorem si agnosceret non empturum, dummodo minuat de precio. Secus si reddant minus vtilem. Dant exemplum autores de Sartore vendente calceos sutorio adustos: aut minus bonos: Aut de mercatore vendente pannum adustum.

Quarta Con-

Quarta Conclusio Sunt tamen aliqui defectus qui etiam hominum etiam si occulti sint debent manifestari emptori. Res hæc non potest ita determinari quoad omnes particulares: Illud tantum dico Quod quando emptores habent ius exquirendi defectus occultos tenentur eos venditores ex iustitia manifestare.

Quinta Conclusio Vinum si dilutum vendatur pro tanto precio quanto æquivalet illi vt est dilutum licite venditur, dummodo non fiat in fraudem, vt puta per hæc occasione non decipiantur ac admoneantur emptores ab alijs venditoribus, vt dummodo non vendatur illi qui putat vinum esse dilutum emere, vt si pro Sacro, vel pro medicina ematur, hic enim intendit emere non dilutum aquam.

Sexta Conclusio Qui vendit rem minori mensura quam sit constituta dummodo adsit fraus. Imò et illud notandum, quod si precio assignato à republ. vendatur rem minori mensura eò quod illud precium videatur sibi parvum, peccabit. Cum quia non est obedire legi tum quia rem illam vendit carius quam respub. statuerit, pro illo enim precio vult respub. vendatur vt detur illa mensura, si quidem pro ordinaria mensura assignavit illud precium.

Quæres Si mercator vendat alicui aliquot ulnas sex ulnis cuiusdam panni precio infimo, quia aliter non potuit, et dum reddit ita mensurat vt ulnæ deveniant ad sex, sed ad tot quot deberent esse si aut medio aut rigoroso precio venditi esset, Utrum is peccet, videtur enim non peccare, quia vendere rem precio rigoroso non est peccatum, sed hic vendit et dat quantum valet pro precio rigoroso ergo &c.

Rudes Cum communiori sententia talem mercatorem et peccare, et teneri ad restitutionem. Molina disput. 352 Ratio est quia hic resilit a contractu altero nescio. Imo post contractum dominus rem per illum alienatam sibi appropiat, persistit enim contractus, non traditione rei emptæ sed consensu et traditione illa de precio inter venditorem et emptorem. Quod verò dicitur hic illam esse venditionem intra limites iusti precij, intelligitur verum esse quando non datur est de certo precio conventum ex utraque parte.

Septima Conclusio Vendens rem aliquam currenti precio quod sit breui futurum minus, non peccat nec tenetur restituere Ita D. Thom. 2.2. Quæst. 77. ad 2. Cajet. ibid.

Sotel ibidem Soto. Gabriel. Sylue. verbo emptio Quæst. R. atio est. Quia venditur iusto precio pendente ab hominum æstimatione, vtitur etiam venditor iure suo ad lucrum suum, et damnum vitandum. Confirmatur hoc exeo quia hæc ratione etiam debet augeri precium quando scitur ventura egestas, et tamen hoc non licet. ergo neque etiam est necessarium diminuere de currenti precio, quia scio futurum postmodum minus. Adrat autores procedere conclusionem quando scitur futurum minus, quia scitur aduenturam magnam copiam frumenti. Nam si ideo fuisset minus futurum quia est lex lata à Principe, ne alio quam assignato precio bona vendantur, tunc qui scit de hoc mandato, non potest rem vendere illo antiquo precio, etiam si adhuc alij ignorant de constitutione, eo quod iam ipsi innotuit constitutio; cui tenetur parere, et iam æstimato alia facta est ab illius quam ipse nouit. Idem volunt intelligi autores quando res locatur quam suo breui peritura autumnus vastaturam, quia aut pestis superueniet, aut hostis vastabit omnia, quia hic similiter locator iure suo. Illud tamen addunt autores, dummodo non in fraudem vergatur emptor seu venditor: aut fraude vtatur. Ita Molina Disput. 354.

DVBITATIO. II.

Vtrum etiam emptor committat iniusticiam quando emit rem non defectuosam, vt defectuosam?

Nota. Emptorem aut aduertere rem non esse defectuosam, ipse tamen persuadit venditori esse defectuosam, et emit vt defectuosam: aut certe non aduertit ipse, sed bona fide procedit, prout enim venditor putat rem esse defectuosam, ideò quæ vili precio vendit, ipse etiam putat esse talem, et bona fide procedès quam restituendi? postmodum verò aduertit et cognoscit non esse defectuosam. quæritur an teneatur ad a-

Prima Conclusio Siquis persuadeat per fraudem venditori rem quam vult esse vitiosam, eumque inducit vt eam sibi tanquam vitiosam vendat, tenetur ad restitutionem, vel ad ingressum pretium. Ex conclusio extra controversiam, et per se patet.

Secunda Conclusio Etiam cum quis putat ipse per se rem esse vitiosam, et eam vendat vt vitiosam emptori scienti non esse vitiosam, emptor tenetur augere precium Ita D. Thom. Medin. Soto. Sylue. Nauar. quos citat et sequitur Molina disp. 353. Hinc colliges falsam esse sententiam quam licet dicentis Siquis scienis valorem gemmæ eam emat à rustico qui valorem illius ignorat, et rusticus nouerat, eam velle se habere tuta conscientia, ac proinde vt videat, an ipsi condonare velit, si quidam

plus ea res

plirs ea res valeat : posse tunc bona conscientia emptorem rem illam tenere sine obligatione restituendi. Falsa inquam est hæc sententia vt multis probat Molina, tenetur enim ad restitutionem precij. Negat hic ex tantum voluntarij, vt sufficiat ad condonationem.

Prima Conclusio

Quod si vterque ignoret valorem rei, et committat se vterque periculo paciscatur de precio, si postea dum valor rei maior innotuerit ad nihil tenebitur restituendum emptor. Ita Cajet. quod approbat Molina. Ratio est quia vterque æqualiter se exponit periculo. Illud tamen hic observandum. Si emptor sit sagax, et venditor rudis, emptorque rem emeret valde vili attendens nulli probe se periculo exponere amittendi precium, imò cum versimiliter in tali re in gentis lucra non esset tutus in conscientia, sed teneretur restituere saltim quantum fuit spes lucri.

Quarta Conclusio

Emptor emens agrum, in quo sit spes thesaurum, non tenetur id detegere venditori, neque plus precij pro eo dare, quàm valeret si thesaurus non haberet illi thesaurus.

Probatur Tum quod vt dicit Soto, emptor superficiem fundi emat : tum quod thesaurus est inventoris vt dicta : tum quod ille valor agri ratione thesauri est per accidens. Idem dicendum si herba in pabulum animantium vendendi asseruatur, et Pharmacopola videat ibi aliquam herbam magni precij ad formam conficiendi, potest nempe eo precio emere, quo emeretur illa herba in pabulum animantium. Quod si aduertat ibi talem herbam, fructus is est prudentia ipsius quam habet ex sua arte, alias non magnifica restituere teneretur earum precium magnum, ille qui eas herbas vt nocivas ex aligens segetibus colligit. post quam innotesceret eas in ordine ad usum Pharmacopole esse tam vtiles et caras, quod tamen falsum est. Imo et ipse Pharmacopola colligens eas ex fundo alieno teneretur etiam earum valorem domino proprio manifestare et precium restituere, quod item dem falsum est.

QVÆSTIO. III.

De iustitia emptionis et venditionis ex parte modi et precij non boni.

Ex parte modi attenditur emptio et venditio si adhibeatur dolus, mendatia, affectus nimius ad lucrum. ex parte verò precij quando non bona detur verbi causa pecunia.

Prima Conclusio. Mendatia ex iniquitia vendentium et emendantium

prouenientia,

proveniencia, reddunt illicitam venditionem et emptionem. Et communis. Probatur. Quia asserere rem alter esse quàm sit est illicitum. Dixi escneguitia ementium et vendentium, quia potest hic dari esse mendacium, res una pro alia fictio vendatur, aurichalcum verbi causa pro auro, vel ficta venditio. De istis diximus et ad hunc erit dicendi locus. Illud hic notant autores. Si mendacia faciant emptorem emere rem ultra iustum pretium, tunc esse ministram mortaliter, venditionem, pro qualitate excessus.

Secunda Conclusio

Affectus nimius lucri in venditione tunc est peccatum mortale, quando venditor transgreditur vel transgredi paratus est praeceptum aliquod obligans sub mortali. Haec doctrina facile ad praxim deducitur, et manifesta est.

Tertia Conclusio

Dans falsam monetam pro uerere, et peccat mortaliter, et tenetur ad restitutionem. Et communis et esse patet, dummodo id scienter faciat.

DICES. Quid de eo qui ignoranter accipit et scienter exponit p bona?

Respondeo Cum communi sententia quam persequitur Sylue. Verbo moneta Quæs 7 et peccare et teneri ad restitutionem. Quoad hoc tamen limitant autores, quod si talem pecuniam defert ubi indifferenter accipitur, atque ea quæ est iusti precij, excusari eam quia nulli facit damnum. Quod si ille cui falsam dedit quis monetam, et iam ignoranter eam tradat alijs, tunc tenebitur illi restituere quem fat habere damnum, quod si ei non constet quis ille sit, debet fieri pauperibus restitutio. Deducitur ista ex Sylue eo loco citato

Quarta Conclusio

Qui monetam cudit sine consensu Principis, peccat et tenetur per se. Qui item falsam, et peccat et tenetur ad restitutionem communitati vel personæ quam fat patet damnum, quod si specialis nesciatur persona, tunc pauperibus. Ita Hostiensis et plures alij quos citat et sequitur Sylue. Notant autores, plures posse dici falsificatores Primo. Qui falsificant signum. Secundo Qui materiam. Tertio Qui diminuunt pondus. Quarto Principes quando valentem seu bonam reprobat, et minus valentem accepta vel de nouo facit, et illam faciat conflari et cudi. Et omnes isti iuxta dicta tenentur ad restitutionem.

Quinta Conclusio

Quod diximus de iniustitia et falsificatoribus monetæ, idem intelligendum de falsificatoribus ponderum, et mensurarum. Ita Sylue loco citato deducit

et constat ex dictis.

Sexta Co

Sexta Conclusio. Qui tractitam vel comendatam sibi rem alienam

vel etiam currenti precio, eam habet vendendam, si vendat carius; debet restituere Domino, si non est deductum in pactum, vt si quid vltra assignatum pretium à Domino posset exigere (nisi forte ex [illegible] rigorosum precium, sic enim teneretur emptori restituere) id sum esset. Ita Molina disputatione 35; [illegible] Idque verum esse docet, si sine stipendio conductus id faciat. Hic qui vendit: sine gratis, res enim [illegible] minime fructificat. Nec refert quod potuisset vendere rem non nisi precio assignato sine mendicitate, nec refert in quam [illegible] Quia vero quæsiuit talem emptorem cui carius vendidit, id fuit esse industriæ, nec refert augmentum [illegible] dictum, neque confessarius debet permittere facile hunsmodi venditoribus, vt illud augmentum [illegible] accipiant sibi prolabore: Tum quia domini existimarunt fortasse gratis et tanquam beneficium id sibi [illegible] neque vellent operas illorum vti prostipendio, quia vel alium inuenirent qui gratis id faceret: vel [illegible] potius rem venderent: tum quia occulta compensatio locum non habet, nisi quando debitum alia ratione [illegible] non potest, hic autem posset, neque verecundia excusaret eum qui nollet petere pro hoc compensationem. [illegible] tamen hanc doctrinam Sylu. verbo Emptio. Gabriel in 4 distin. 15. Nauar. Cap. 17. num. 91. Si mercator [illegible] dius emptor iussus est vendere in alio loco, hic verbi causa lucrorià, neque hic moralis diligentia [illegible] inhibita in venire posset emptorem vltra precium à Domino assignatum, ipse deferret rem, habitum [illegible] acciperet, posset prolatore tali quia est fructus industriæ accipere augmentum. Limitare adhuc [illegible] eadem doctrina, iuncta dicta disputatione prima Quæst. 5.

Septima Conclusio. Si quis item roguetur a baliquo, vt sibi rem aliquam

emat, et cum posit emere verbi causa grossis decem, emit octo vel quinque tantundem et tanti [illegible] rem atque pro decem emisset. Nu posit sibi retinere controuertunt autores, Resolvendo esse res mixtas [illegible] Et hinc deducit Molina, quid dicendum sit de illa praxi, solent verbi causa factores alium illis committere [illegible] vt pannum aut sericum emant vnde vestes alicui conficiant; vltra lucra à mercatoribus accipere [illegible] pretij. Vel mercatoribus dicentibus se nulli alteri mercem illam fuisse daturos, nisi quatuor [illegible] aureis vna, sed ipsorum gratiam remittere se velle de vna quaque vna multum, quod factores sibi [illegible] eo quod ab ipsos potius quam ad alios mercatores, emptum venerint. Vel certe, accipiant quidem merces [illegible] res precium vt valent vnde panni, vel serici, de precio tamen postea dent tres aut quatuor [illegible] factori, vt cum de nicepis alliciant a à suas potius quam ad alienas merces [illegible] inquam dicit Molina, posse interuenire scrupulos, ac proinde antequam fiat disputandum, quod [illegible] multis probat. Postquam vero factum id est à factoribus, examinandi sunt, num diligenter fecerint [illegible] quod minimum petuissent eandem mercem vilius emere apud alios sine tanto dispendio dominorum [illegible] rum causam agunt, imo et apud eundem si plus institissent, idque sine vlla gratia qua prius stomo [illegible]

Quæsi:

Quod si hæc infidelitas deprehendatur, censet molina obligandos ad restitutionem, et vt non
faciant tales fructus sibi in vitis Dominis, abducendos.

QVAESTIO. IV.

De iusticia venditionis et emptionis, exparte personarum, et rerum.

Et iniusticiam hîc pro eodem accipimus, prout idem significat, quod et illicitum. Potest autem ac-
cidere venditio et emptio esse illicita ex eo, quod fiat à personis quibus prohibita est negotiatio. Et
quæ sint illæ, videndum. Exparte rerum quæ vendi prohibentur nec possunt.

Prima Conclusio Negotiatio merè lucrativa quâ aliquid emitur, vt im-
mutatum carius vendatur, est Clericis illicita atque interdicta, vt eam per se ipsos exerceant. Habe-
tur Conclusio in Cap. Forniciarij distin. 88. et Capite Consequens. Cap. Negotiatorem. Idem habet
in vltimum De vita et honestate Clericorum. **Probatur** Quia hic non decet hunc status
Monachi. Vt habetur ex communi cura, suspendi ac deponi, vt habatur in Capite Consequ
autem antiqua quo ad hoc innovavit Concil. Trid. sess 22. Cap. 1. De reformatione.
Tandem intelligatur quâ et qualis negotiatio Clericis (loquor de iis qui sunt in sacris constituti) prohibeat
Nota Primo Tripliciter posse cogitari emptionem et venditionem. Prima Quando aliquid
emitur ad sustentationem necessariam, et superfluum venditur, hæc dicitur naturalis. Secunda.
quando emitur quid vt vt per industriam commutatum vendatur. Vt si quis emat lanam vt inde pan-
num faciat quem vendat. Vel etiam anes aut equas, vt postquam eos educaverit vendat, aut
extractorium venditio. Tertia Cùm aliquid emitur vt immutatum carius ad lucrum com-
mutetur, & hæc est mera negotiatio.

Nota Secundo Multa, quæ ad secundum genus venditionis spectant, pertinere ad
primum, tale est verb. Gr. emere bmas ex quibus conficiatur vinum et vendatur. Videtur
esse secundi generis, pertinet tamen ad tertium. His positis.

Secunda Conclu-

Secunda Conclusio

Possunt Clerici emere necessaria proprium suorumque usum, et vendere superflua, vel ex fructibus suorum agrorum, vel ex fructibus proprij beneficij, aut undecunque ea habuerint; imò possunt etiam conducere prædia ad suorumque sustentationem, quâ colant, soluendo certam fructuum aut pecuniæ portionem, modò non ad lucrum potius conducant. Et doctrina communis. Quia hæc ad œconomiam potius spectant, quam ad lucrum prædictè spectatum.

Tertia Conclusio

Possunt Clerici vti aliquo artificio vnde aliquid lucretur; ad vitæ sustentationem, dummodò artificium non sit turpe et sordidum clericis, habetur hâc doctrina Cap. Clericus et Cap. Presbiter ac alibi. Dixi dummodò non sit tale quod deceat statum, vnde prohibetur illis exercere officium tabernarij, Mastici pro choreis ludendis, decentibus, tarij, choriarij, conficere taxillos, chartas lusorias, arundines bellicas, Histriones graues pœnæ in Clementina Cap. de vitâ et honestate Clericorum, contra hos sanctum.

Quarta Conclusio

Possunt clerici emere materiam ex qua artifices conficiant siue per ipsos siue per alios vt emere brasium ex quo cerussia paretur etiam pro tabernario dummodò id ad lucrum præcisè, sed aut ob sui aut ob communitatis sustentationem fiat.

+ non

Quinta Conclusio

Emere pro exercitio et cibus necessaria vt redimendo non licet clericis, nisi charitas contrarium postularet. Habetur in Cap. Presbyter. 88 distinctione.

Sexta Conclusio

Possunt item emere animalia quæ aut ni pregnantia vel etiam in impetratis, imò fortè et inconducibilia nutriant, vt cum creuerint; aut partu ediderint; et illa et eorum fructus vendant: sua etiam prædia ac iumenta vsis locare licet. Vt tamen emant prædia ad hoc solum vt ea locent, genus est negociationis. Et doctrina Molinæ disp. 347 Quodsi qui autores ni contrarium quid dicant, vt videantur et loquuntur expropria sententia, vel quod ea quadam epicheia, videantur hâc ejus interdicta, non verò in summo rigore, vel certè si fiant tantum ob lucrum. Vltra sustentationem et necessaria decorum. Plura de hac materia infra.

Disputatio. 2.

DISPVTATIO. II.
DE MONOPOLIIS.

Monopolium dicitur proprie venditio quam vnus tantum in aliqua Provincia, Ciuitate, aut Opido exercet, nam et quando hoc illicitum videndum. Hinc Monopolia dicitur, qui obtinet ius vt ipse tantum vendat. Simul autem hic etiam illam difficultatem expediemus, an ille qui recondit, et observat merces siue coëmptas, siue suas in tempus caritatis, committat iniusticiam, si quidem videtur alios impedire à venditione. Denique et illud inuestigabimus, an iuste possint conspirare emptores vt non nisi tali aut tali precio res emant, vt faciunt nostri Gedanenses cum frumento ex Polonia aduecto. Venditores item vt non nisi tanto vel tanto res vendant precio.

DVBITATIO. I.

An licitum sit quod monopolę instituant, et sint?

Frequens est vsus monopoliorum in nostra præsertim Rusia et Volhinia, obtinent Gudani ne vt soli vendant exemptum, soli cerasum, multum etc.

Prima Conclusio. Vt in ciuitate vnus tantum sit cui liceat emere et exemptum, illudq; vendere ipsi tantum. Idem dico de multo aliisq; similibus illicitum est.

Communis defensa in iure tocius de Monopolijs, lege vnica. Oblita dicitur. Si quis Monopolium antiquum exercere, bonis propriis expoliatus perpetuitate damnetur exilij. Probatur Primo. Quia sic impeditur iustum rerum precium, nam ille Monopola, solus vt voluerit, nec licebit quærere alios qui illam rem carius emerent.

Probatur Secundo. Quia est id in damnum aliorum qui possent similiter dictum vendere et exemptum vendere. Tertio Colligitur priuatorem sine bonam siue malam emere quando est apud vnum tantum, non semper enim continget æque bonam esse, et tunc apud alios posset esse melior.

Dicis. Æqui

Dices. At qui hoc est cõmune inciuitatibus præsertim nobilium, vt harum vel illarum rerum sint Monopola.

Rndeo Multa solent audere homines cum maximo suo detrimento salutis, et iniuria proximi, pe lucri illecti, quod tamen rem non iustificat. Quamuis certum est grauiter delinquere Dominos quo ob sum cõmodum id permittunt, et puniunt subditos si quis tentent ad eadem vendenda, non enim licet ei sus subditis quærere et facere fructum cum iniuria ipsorum quam hic intercedere manifesta non aliud ergo est concedere hæc monopolia quàm dripere subditos.

Secunda Conclusio.

Potest tamen auctoritas publica non nullis ob primi legium aliquando concedere, etiam accepta pro hoc pecunia vel solutione aliqua, id quæ tunc pro bono communis id exigat et postulat. Hanc conclusionem multis ostendit molina disput 24 Probatur Quia bonum commune perponderat priuato. Multi autem ponunt casus quando licite concedi potest. Primò Si respub. aliquibus indigeat rebus, nec sit qui illas afferre velit, eò quod aut tum labore, aut cum impensis fieret earum aduectio, quas fugiunt priuati aut non sunt tanti, tunc id omnino licitum erit ei qui se obtulerit ad hoc vt suppeditare velit res huiusmodi dare hoc primi legium. Secundo Si deprehendatur res valde malas vendi à priuatis quando plures vendunt vt ergo meliores comparentur ac vendantur (quod ipsum est in commodo reipub. ac bono cõmuni) potest illi qui se obligat ad id oneris hoc primi legium concedi. Tertiò Si Princeps aut respub. sit in magna necessitate, et pecuniam vnus offerat in subsidium alter non possit haberi cum hoc tamen primilegio vt Monopolium exercere possit se id concedi deberi Molina de restitutio. Quæst 20 dummodo postmodum Monopola nulla fiant iniuriam. Probatur Quia si Princeps in casu ad succurrendum bono communi potest imponere contributionem pecuniæ subditis, potest etiam illos subrogare illi granamini vt omnes teneantur uno aliquo merces emere, isto præsertim precio. Hoc autem quod dicitur intelligi debet non priuata Principis necessitate aut cõmodo; sic enim id esset iniustum, nec liceret, sed de publica. Quartus foret poni Casus Quando et licite et iuste datur tale primilegium pro Monopolio excussis nempe libris eum vt non liceat eos illi alteri imprimere aut vendere alteri Monopolio, eò quod isti faciant expensas, quas alij non facerent, et libri hi sunt bono communi necessarij.

Petrus Gutt

Tertia Conclusio Etiam illa Monopolia sunt illicita, quando communis ferebat ne subditi alibi res emant quam apud se. Et communis. Tum quia praeluditur illis via quaerendi viliori pretio merces: tum quia siue sint bonae res siue malae, illis obtenduntur: tum quia libera emptio quae est de iure naturae et gentium, inhibetur.

DVBITATIO. II.ª

An liceat res proprias, vel certe tempore quo sunt viliores coemptas seruare in tempus quo carius vendantur?

Dicendum duplici ter fieri. primo vt impediantur alij mercatores tantum emere vt delita emantur illis. Vt desint sequentibus temporibus, sicque inducatur caritas. Secundo vt nihil horum intendatur, aut fiat. sed tantum tempore verbi causa messis emit quis frumentum, quod seruet ad tempus quo erit carum.

Prima Conclusio Si talis coemptio primo modo, est illicita. Ita docet cum communi sententia disp. 346. vbi duo notant. Primum est. Tales puniri debere a repub. prohiberique iure id iis debere tanquam perniciosis, et cogi tempore caritatis in panam vt libus vendant, qua ita nocuerunt repub. praeiudicium fecerunt. Secundum Tales nihilominus videri omnino obligandos ad restitutionem quidquid dicunt Medina et Silu. Gabr. Angelus à Molina citati. Probatur ex eo Quia non videtur venera quod isti peccent contra iustitiam, dum sic peracceders inducunt caritatem rerum, solumq; peccant contra proximos in electionem. Siquidem vtuntur iure suo intra iusticiae limites emendo res tempore abundantiae, non videtur pecunia sua, iusto pretio, et pecuniam quam hunc exponunt non soluunt alio tempore conuenientius faciendos; quos facere potuissent si eam pro frumento v. c. non expedissent: ad victus vero res illae quas emunt debitae sunt ex iusticia aliis de repub. vt ex potius vendere. Imo seclusa lege positiua, qua sub grauibus poenis eius modi emptio alicubi prohibetur, vbi auderet Molina tales homines grauis peccati lethalis condemnare, eo quod isti tempore iure suo, et in pecunia bono tempore exposita, damnum lucri cessantis sub cant, et

tempore.

tempore caritatis seruiunt necessitati reipublicæ. Illa autem caritas per accidens omnino cessabit. Non inficior nihilominus probabilem etiam esse contrariam sententiam de restitutione ab ipsos ipsos fautores.

Secunda Conclusio Si fiat emptio hac secunda modo quando fiat intentione carius vendendi; et sic lucrandi, non est illicita, dummodo et tempore abundet ematur et pretio currenti, et postea vendatur etiam currenti pretio. Et sententia communis et esse patet. Eam tamen ita aliqui limitant et bene, si hæc emptio talis sit, vt tum, dum fit conditio faciat vt res illa carius vendantur, eò quòd multi sint emptores, quod tunc accideret si tales emptores mitterent famulos suos multos, qui pro se res illas emerent, et sic multiplicarent inducerent caritatem. Deberent ergo huius modi mercatores has emptiones facere pro aliis suis necessitatibus prouiderent. Vbi etiam in fiscis et peccati damnandi sunt, qui ad bonas publicas extra ciuitatem egrediuntur vt anticipent emptionem, quam in ciuitate carius vendant, vel si excondicto plures adueroem accurrant, vt eam carius ob multitudinem emptorum vendi faciant, et sic postmodum eam ipsi emant, et postea carius in communi foro vendant. Hinc constat non peccare a fortiori eos qui suum verbi causa frumentum seruant in tempore caritatis vendendum, ipsi eo ipso moueant caritatem.

DVBITATIO. III.

An liceat mercatoribus siue sint venditores siue emptores conspirare vt non carius emant nec vilius vendant quàm inter eos conuenit.

Frequens est huius difficultatis apud nos vsus, præsertim inter artifices, qui conspirant arte facta hoc et non minori pretio omnes vendant: Emptores item non maiori quam hoc pretio frumentum verbi causa ad vectum, vt Gedani fit, emant. Quæritur ergo an sit illicitum et iniustum.

Prima Conclusio Si venditores faciant hanc conspirationem vt sic emungant ab emptoribus multam pecuniam, peccant mortaliter et tenentur ad restitutionem

Idque &c.

Itaque verum est si vltra iustum pretium conspirent, nam si adrigorosum conspirauerint, licet peccent mortaliter, non tamen tenentur restituere.

QVARES. Quid si magistratus statuat certum pretium, et quidam quam res valeat, an sint tuti in conscientia venditores, qui non alio pretio ad assignato res vendunt. RÑDEO Dupliciter id posse accidere, aut ipsi mercatores qui venerunt cum mercibus id datis muneribus Magistratui procurant: aut certe quia magistratus exigit certam pensionem mercatoribus inutilis, quam nolunt concedere nisi maior ex hac fiat mercium, et hanc illis taxam statuit quasi in compensationem. In vtroque igitur casu manifesta est iniustitia; et sit in iuria primatis. Potest ergo hic peccare et magistratus, et mercatores. Et manifestè consideranti patebit. Neque verò si delinquat magistratus, debent mercatores excatis facere: compensationem neque hic excusat consuetudo, debet enim magistratus gratis secundùm æquam æstimationem taxare merces, et defendere ab iniuria primates.

Secunda Conclusio. Si verò id faciant quia emptores non dant iustum pretium, et hoc ex conducto, possunt licitè etiam ipsi conspirare vt non dent pretio quòd offertur ab emptoribus; sed alio iusto Ratio est Quia hic vtuntur iure quo ad damnum vitandum, et sine vlla iniustitia.

Tertia Conclusio Emptores similiter, si conspirent ad dandum infra iustum, peccant et contra charitatem et contra iustitiam: si tamen vel ad medium, vel ad iustum, licet peccent contra charitatem, non tamen contra iustitiam, licet possint puniri. Et communiter et facile deducitur ex dictis de venditoribus.

DISPVTATIO. III.

De ambitu societatis, et monte pietatis.

Solent plerumque duo ac plures etiam conuenire inter se vt contribuant pecuniam ad cõmune lucrum et vsum, et ea vnus vtitur ad mercandum; fructum verò diuidit in socium vel socios si plures.

os si plures sint, et hic vocatur contractus societatis. Potest autem hæc contributio multiplicari fieri, tum vt vnus pecuniam et alter operas suas: tum vt vterque pecunias, et vnus vterque etiam operas. Et et alius contractus inter homines, solet summa pecuniæ congregari ex libertate piorum, qua subueniatur permutuum indigentibus, quam post annum vel duos soluere debent. Reliquitur autem signus aliquod cum accipitur hæc pecunia mutuo. Videtur hæc pecunia, sine hic contractus meus pietatis. Videndum an, et quomodo hæc licite fiant.

QVAESTIO. I.

An contractus societatis sit licitus.

Videri posset illicitus, tum quod vnus capitalem summam recipiat integram, et fructum sine labore: tum quod qui tantum operas suas locat videatur eas magni æstimare, si æqualem vtrumque accipiat cum eo qui dat summam: tum quod aliquando ille qui dat summam aliudue quid simile, faciat assecurationem damni et summæ quod aliquam iniustitiam sapere videtur.

Prima Conclusio Licitum est dare summam suam in hunc contractum altero dante et summam et operas. Ratio est Quia hic vterque exponit pecuniam negotiationi licitæ. Illud tamen obseruandum, si vterque æqualem contribuat summam, et adhuc vnus addat suas operas, deberet hic plus de fructu accipere, alias esset iniustitia, quia et alius opere sunt pretio æstimabiles.

Secunda Conclusio Si etiam quis in contractu tantum operam suam det; alter verò summam, est etiam licitus contractus. Ratio est Quia tum non datur pactum vt ea alter utatur ad libitum proprio vsu; sed vt nomine dantis ipsa negotietur in communem lucrum, vterque etiam se hic exponit periculo, ille perdendi capitalem summam, hic vero perdendi suas operas simulque lucrum speratum, si non succedat negotiatio.

DICES. At qui in hoc videtur esse inæqualitas tum quod dans pecuniam recipiat eam integram et lucrum; alter verò qui operas dedit tantum lucrum et operas perdat: tum quod videatur ille qui laborat plus debere accipere, siquidem labores sunt æstimandi

put æstimandæ operæ ipsius. Rndeo. Illud primum tamen habet, quod vere non
mercat operæ proueniat ex natura illarum, quod autem hic et summam recipiat, est, quia manet
in natura sua. Ad Secundum. Non semper plus valent operæ mercatoris, quàm ipsa summa
pecuniæ, ratione locorum et temporis, aliquando enim et alicubi potest quis lucrari plus parua in-
pecunia, quam alibi maxima! Licet verum etiam sit aliquando hic standum esse arbitrio et iu-
dicio boni viri, cui plus et quando dandum sit.

Tertia Conclusio Vt autem hic secundus modus contractus licitus
sit, debet habere primum ex parte dantis pecuniæ. Secundum ex parte accipientis. Tertium
ex parte lucri. Hæc conclusio est communis, indiget tamen explicatione. Ex parte dantis pecu-
niæ in contractum opus est, ne det pecuniam mercatori via mutui. Sed vt ea velit nego-
cii. Si enim dabit via mutui, accipere aliquid ad ea exit vsura, vt exhibitis constabit.
Restituitur autem quando quis dat via mutui pecuniam, ex eo, quia si perit, qui pecuniam acci-
pit, illi perit, et tenetur ipsam restituere: si autem datur per contractum societatis,
perit eam, ei perit, qui eam dedit in societatem, nec potest eam repetere. Ex parte vero accipi-
entis opus est, vt ipse illis vere negotietur, ad hoc enim dantur, si quidem sit commercio quasi duorum in-
uicem ad lucrum, pecuniæ ex parte dantis, operarum ex parte accipientis. Si ergo accipiens vtere-
tur ea in vsum suum, vel ad sua debita dissoluenda, iniuste faceret, quia fraudaret alterum lucro, et te-
neretur restituere tam lucrum, quàm summam, si hoc modo periret: sicut etiam si per negligentiam
eam ad lucrum, aut perderet summam. Ex parte denique lucri opus est, ne
aliter lucri velit accipere, quàm haberi potest via negotiationis. Modus autem dividendi
lucri Dominus hic esse solet. Imprimis segreganda est summa capitalis, quæ fuit data et red-
dita ex parte dantis (quæ verum est quando præfixum est tempus reddendæ) postea ex lucro sol-
uendi, et solent esse instrumenta, naues vestes. Can. et similia. Hæ enim expensæ
fiunt, aut non fiunt, accipiunt, æqualiter aut in æqualiter, prout æqualem aut non æqualem fecerunt compositionem.

Quæres Quid si dum dissoluunt inter se contractum hunc societatis
non redeat tota summa capitalis, teneturne mercator de damno?
Respondent Communiter Doctores non teneri, quia enim vterque se periculo non lucrandi ex
societate; vterque damnum subire debet, tum in lucro: tum in perdendis, tam laboribus, quàm sum-

ma capitali

ma capitali, nisi aliter in pactum deductum esset vt dicemus.

Quarta Conclusio. Potest assecuratio fieri in hoc contractu, et summa capitalis et lucri, ita vt periculum pecuniæ perdendæ sit penes illum qui accipit pecuniam et lucrum teneatur dare danti pecuniam, idque siue lucretur, siue non lucretur. Ita communiter docet tenetur Molina, quam multis probat Disput. 417. Potest autem autem duplicator assecurationis fieri, vel vt certum et quotannis detur verb. Gra. cum dantur mille flor. vt pro ratio lucri sibi mercator singulis annis detrahendo florenos. aut plures vel pauciores, vel ut assecuratio fiat summa æqualiter amissum lucrum adse deueniat, deductis tamen expensis. Si fiat premio maiori certum est licitum esse contractum, idque siue hoc pactum offerat ipse accipiens, siue dans pecuniam. Ita Nauar. Cap. 17 num. 254 Maior in 4. dist. 15. Quæst. 4. Conarruuias 3 Variarum resolutionem Cap. 2. Ratio huius rei ea esse potest. Quia hic mercator potest plus lucrari vel vel omnino sperat. Ergo id sibi compensat. Secundus modus videtur omnino iniustus, quia nihil perderet clam, accipiens enim nihil lucraretur. Ergo in illa æqualitate lucri accepti esset iniusticia. Notant autores debere præhoc onere compensationem fieri mercatori, præter assecurationem, alias esset minus contractus. Talis autem compensatio fieret, vt si dat florenos. non petas plus quam quatuor flore. lucri vel etiam quinque, licet possit aliquando plus accipi, pront aut pecunia est magis necessaria, in ordine ad maius lucrum, aut minus periculi subit mercator summa perdendæ.

QVÆSTIO. II.

Quomodo mons pietatis iuste exercere possit.

Solent dari montis pietatis aliquæ leges. Prima est vt qui accipiunt pecuniam exmunt de pignus ne perdatur pecunia. Secunda vt quando tempore designato non restituitur pignus, pignus vendatur restituto debito montii reliquum restituatur. Tertia vt accipientes mutuum singuli pro quantitate summæ acceptæ, contribuant aliquid.

Prima Conclusio. Prima et secunda lex nullam omnino habet iniusticiam, quia licitæ sunt. Et communis. Probatur. Quia cum hæc pecunia sit in usu non egentium

rum egentium, sufficienter ipse qui accipit potest sibi succurrere si ad tempus certum debitum se-
quitur, si vero non esset certum eum redditurum protempore assignato, et in periculo es-
set mors, et alij frandari possint subsidio, ergo quod det pignus in assecurationem restitu-
tionis, et quod tempore elapso vendatur, pignus iusta dicta iustum est.

Secunda Conclusio Vt etiam illa contributio fiat, nulla est im-
munitas. Ita Navar. in commentarijs de Usuris num. 64 et in Manuali Cap 17 num 213
Probatur. Quia hic esset damnum sine spe recuperationis, cum enim hic pro hoc monte
habendo sit donus, ministri qui eum curent ac necessaria prouideant, libri emendi, deberet
imperare fieri expenso monte, et ita diuinimeretur, ad successu temporis periret. Natura autem
huius montis est vt nunquam decrescat, nunquam etiam accrescat, quare nec debet plus accipi
quam expensa requirant. Ergo ad arbitrium bonorum virorum deberet determinari quantum sum
pro contribuenda, habita ratione temporis, pro quo ad vsum sumitur pecunia,
Ex hoc notant autores Primum est Melius multo esse si qui habent curam montis pietatis alium
de prouiderent has impensas. Si tamen fieri id non possit, licite possunt accipere illam contri-
butionem. Secundum Siquis suam pecuniam ad id aut offerat, aut ipse sua opera ad hibi-
ta cum conuertat ad hanc necessitatem indigentium, posse eum postmodum eam conuertere ad a-
lios vsus, si nolit eam in perpetuum in tali necessitate esse.

DISPVTATIO IV.

De venditione cum pacto retro-uendendi, et contractu opignorationis bonorum.

Venditio cum pacto retrouendendi est, quando id quod est venditum alicui, iterum
venditori retrouenditur, vel retrouendi debet ex pacto. Vt si tibi Petrus vend. b. cau. ven-
dat prædium, quod vt tu iterum ei revendas in pactum deducitur. Tripliciter autem id
fieri debet et potest. Primò vt obligatio retrouendendi sit imposita emptori Secundò vt re-

trouendi dilio imponatur venditori. Tertio Vt super vtrumque cadat hæc obligatio, vt emptor et venditor teneatur redimere quando fuerit monitus ab emptore: et hic reuendere venditori. Potest verò tempus adrenendendum vel redimendum assignari, sine ad certum tempus: sicut vnum vel tres annos: sine ad incertum iuxta voluntatem venditoris, aut emptoris. Hinc certi valde similis est oppignoratio bonorum nostris Polonis vsitata Jastawok vocant. In hoc huic contractus insens sit, examinandum erit.

QVAESTIO. I.

An licitum sit obligare emptorem vt post quam emit teneatur reuendere eadem bona.

Dicitur hic contractus esse in fauorem venditoris et cum onere emptoris quando hoc datur vt teneatur venditori bona eadem quæ ab ipso emit reuendere, sine determinato tempore sine quocunque placuerit venditori. De vtroque est difficultas, sicut et de pretio quod debet emi, quo redimi, quibus iterum oneribus subiaceat emptor talium bonorum

DVBITATIO. I.

Vtrum præfigere certum tempus emptori, quo teneatur empta bona reuendere, sit licitum?

Duobus modis id fieri potest. Primus vt intra tempus præfinitum non possit, eo elapso posse. Secundus Vt possit quidem, et ita teneatur intra illud tempus; quando fuerit monitus: ipso non possit et si velit, sed aut teneatur tenere adhuc, ad illud certum tempus, aut in tantum, aut aliam subire debeat pœnam.

Prima Conclusio Licitus est hmmsmodi contractus cum determinatione temporis. Est communis sententia. Probatur Tum quia nulla lege est prohi-

tum tale

tale pactum emptori apponere vt constat. Ergo licitè apponitur: tum quia in tali contractu nulla iniuria non benefactori si quidem in favorem illius apponitur, vt et pecuniam possit habere in suam acceptationem, et iterum habiturus sit sua bona, vt necessitati satisfecerit et ea redimeret: tum etiam emptori, tum quia sciens et volens nullaque necessitate adactus in illud pactum consensit: tum quia hoc modo ei compensatur, quia minus dat pretij pro illis bonis, quàm daret si ea in perpetuum haberet, et tamen omnes fructus percipit, et cum sciat tempus determinatum, facile eò adveniente habebit res suas accommodare vsque prouidere, antequam teneatur reddere bona quæ tenet.

DICES At qui ipse emptor recipiet totam pecuniam postquam fuerint reddita bona. Ergo fructus percepti gratis sunt accepti, atque ita ex hac parte videtur esse illicitus hic contractus. Videtur enim hic quod dam esse mutuum, et quasi ratione mutui accepisse illos fructus?

RADES Nego consequentiam accipere enim fructus extra empta non est accipere gratis aut ex ratione mutui, sed iuste quia ex suo, sed hic est vere res empta vt supponimus, et qui emit rem transfert dominium eius acquirit. Ergo cum hic emat non gratis nec ex ratione mutui, sed de suo accipit. Nec vero recipiat summam integram, est quia vendit quod erat suum, siquidem ita fuit suum illud tempus. Quæ prædium ad certum tempus, vt hoc tempore certo adveniente fuerit obligatus reddere. Et veneno si quod reddat hic summa integra, et tamen sint fructus accepti, ex eo quod hic contractus illicitus, omnis omnino emptio ex eo esset illicita, quia et ibi tota summa redditur pro reditus annos, et lucrum habetur, et aliquando res ipsa nihilominus possidetur. Ergo emantur bona fortuna in perpetuum, quod tamen nullus dicet.

DICES 2do Habetur Levit. 25. Quod cum filij Israel emebant possessiones eum pacto retrouendi tenebantur computare fructus in partem pretij dati. Ita vt si quis emisset quinquaginta aureis, et fructus accepit qui contribuunt centum florenis ad tempus redemptionis, tunc tantum quinquaginta recipiebat debebat florenes nongentos. Ergo si modo non computentur sumptus in præcedent communiter autores. Illud præceptum fuisse iudiciale, atque ita cum lege veteri cessasse sicque et hoc fuit. Quia Deus certis conditionibus filijs Israel terram promissionis concessit, in quas inducendos erant ad explicandas contractus in initio dubitationis difficultates, commodius infra explicabuntur.

Dubitatio 2da

DVBITATIO. II.

Vtrum liceat ita hunc contractum facere vt quocunque tempore velit venditor, teneatur ipsi emptor revendere?

Magnus hac conditione fauor fieret venditori, et magnum emptori onus. Possunt ergo bona quæ venduntur hoc modo; dupliciter se habere, aut data et præparata venduntur, vel a tempore quo libuerit venditori, aut non data quæ postea ex coluit et consecuit emptor.

Prima Conclusio. Si Petrus vend. Cant. vendit Joanni terram

excultam, nec satum, si tali pacto id faciat, videtur esse contractus iniustus. Probatur. Tum quia pendet Joannem illo sæpe pacto ne excolat agros, seminet, et ad faciendos fructus industriam adhibeat, verebitur enim Joannes nepostquam excoluerit velit Petrus redimere bona illa, cum eo maximo damno, et hoc timore abductus damnum subibit: Tum quia postquam seminauit, habet agros, aut cum stagna sunt dissoluenda ad pisces capiendos, et vendendos, possit Petrus velle redimere bona, et manifeste damnificaret Joannem. Quare in aliquibus regnis notat Nauar. loco citato cauetur, vt si fiat talis contractus non sit licitum ante messem vel vindemiam redimere quocunque tempore, si ante Pascha non redimit.

Secunda Conclusio. Vt autem talis contractus cum tali tempore

indeterminato ad hunc magis iustificetur debet venditor multo minus pretium accipere a tempore pro illis bonis, quam si vendere illa à tempus determinatum. Probatur. Quia non hoc modo valent quam si illo modo emerentur: cum propter rationem dictam, quia non habet fructus interim emptor perciperet, et præterea posset sine difficultate alia bona pro eodem pretio fructifera acquirere, et pro temporis brevitate ac longitudine variari debere pretium.

DVBITATIO. III.

Quantum pretium debeat exigi et dari pro bonis quæ venduntur cum hoc pacto retronendendi?

Prima Concl.

Vide fol. 537 supra.

deferat, incendat, tenetur de damno Domino, et precium pro vsu soluere. Ergo apparet Dominium rei esse domus penes locatorem, Dominium vsus penes conductorem. Et confirmatur totum id, quia Dominium rei Dominum sequitur. sed domus locatæ quo ad dominium ipsam locator est Dominus, ergo ipsi debetur fructus pro eius vsu, hic autem fructus est illud precium in locatione conuentum. Idem dicendum de damnis naturalibus, et occasionalibus. Vnde locator tenetur reficere tecta domus, fenestras, celaria vi, et si quid vsu est attritum et destructum non culpabiliter tamen regnè industria, sed eo modo quo et apud ipsum locatorem destructa et attrita fuisset damnum erit locatoris.

Ad rationem dubitandi respondeo. Duplicem esse vsum. Vnus qui cum ipsa re alienatur, vt cum venditur aliquid vel donatur, aut commutatur. Alter vsus est quo non perditur res vsus tantum eius alteri concedatur, vt si alicui concedam dominum ad vsum, vestem aut quid simile. Pro primo vsu nihil, pro posteriori possum aliquid accipere, quia mea res est, et possum id quod fructus fert mihi accipere. Pecuniæ quam ego alteri do mutuam habet se priori modo, non posteriori, ideò pro illo vsu nihil possum accipere. Verè enim dum mutuo do pecuniam meam alteri, si eam perdat eham casu, tenetur ipsam mihi restituere, verum de hac re pluribus infra. Domus verò locata, vestis et similia habent se posteriori modo vt ostendi. Vnde pro tali vsu potest precium licitè accipi.

DVBITATIO. II.

Num locator possit aliquando conductorem pellere ex domo, et adigere ad restitutionem rei?

De duplici loqui possumus expulsione vel ante præfinitum tempus, vel eo finito.

Prima Conclusio. Potest enim pellere ante præfinitum tempus, si non solvat pensionem certo tempore. Est communis. Hæc autem pensio solvenda est aut prout conuentum fuerit, aut prout fert consuetudo loci, quod si non sit consuetudo certa, soluenda est in fine anni. Ita habetur lege 4. ff. in iure Ciuili. Et in lege semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. Et omnes fere doctores in hac non solutione debere intercenire contumaciam, si debet ob hanc causam expelli, nam si fuit inculpabiliter in mora, vel eham si culpabiliter. Si tamen offerat

pensionem

pensionem, et non sit quod urgeat expulsionem, non esse faciendam.

Secunda Conclusio. Potest adhuc locator expellere conductorem ex re locata ante finitum tempus, si supervenit causa necessaria ad usum et habitationem locatoris, quæ causa non poterat prouideri ante contractum, vel dum fieret contractus. Ita Navarr. Cajet. num 193 cum multis quos citat et sequitur molina disp. 499. tractatu 2. tomo 2.

Exempla. Si verbi causa domus in qua locator habitabat imperatè corruat, actuto ni ea non possit habitari, neque habeat aliam in qua commodè habitet: vel si sit hostis ni vicinia, vbi habitat locator, et non possit ibi tuto manere: vel si locator exoremdux it, quod dum locaret non sperabat futurum, atque ad habitandum cum ea est sibi necessaria domus locata, quia aliam ni modam ad id non habet. Quod exemplum approbat conar. et alij doctores communiter, sed si indigeat domo ad habitandum filio, sorori, multo magis si patri aut matri, quamquam de necessitate patris Lusitana tantum lex id habeat, de necessitate filij vbique valet. Cuius rationem reddunt autores. Addunt alij et illam necessitatem, quando ob superuenientem angustiatem indiget locator domo, aut re locata. Immo et illam si ad exercendam aliquam artem quam didicit, aut exercere iustis de causis cepit, indigeat ampliori domo, seeus si possit sine tali arte vivere, et differre eius exercitium sine suo magno incommodo.

Quares I. Quid si fuit impactum deductum vt non le expellerent poterit ne in tali necessitate pelli, Negat Angelus, concedit Couarruuias et Lopez.

Rndeo Ex circumstantijs concurrentibus rem determinandam, num locator intendens renunciare suo priuilegio quod ni euentu suæ necessitatis ad habitandum posset expellere conductorem, si enim verissimiliter intelligatur cedere ac intendisse renunciare iuri suo, cum rem id valide facere potuerit, indicandum est expellere non posse conductorem. Sed vere si fuit ter id non intelligatur, saltem quia res est dubia, expellere eum potest vt sentit Couarruuias et Lopez. Ratio est. Quia non solum quando conductor est in culpa expelli potest, sed etiam minus vt dicemus, etiam si fiat hoc pactum superadditum, sed etiam quando nulla inuenit culpa, id iis concedit propter dicenda tertia Conclusione

Quares 2do Quid si necessitatem inquam incidit locator re locata, prouiderat dum faceret contractum locationis, imo fuit cadens necessitas, licet

capitas licet modica, post modum vero grauior superuenit et accrenit licet ne tunc expellere? Rndeo Docent communiter Doctores licere.

Tertia Conclusio. Licite etiam ante tempus præfinitum expellitur conductor, quando domus post quam est locata egere cepit reflectione necessaria, quæ adhiberi non potest conductore in ea habitante. Est definita in iure, vbi etiam docetur teneri locatore ferre reflectione resistere eam conductori, vt finiat totum tempus contractus.

Quarta Conclusio Potest item expelli, quando conductor abutitur re locata, inferendo damnum locatori, vt introducendo fures in domum conductam, quæ alias munda est, vel introducendo in eam Meretrices, aliudue quid in ea exercendo, vnde oritur scandalum vicinis. Secus si obista non sequeretur vicinis scandalum, eo quod mores sanare esset domus illa.

Quinta Conclusio Ex secundo euentu orta expulsio solum intelligitur de Domibus, est enim illa expellendi facultas primi legium, quod non est circa alia contenum, quare non debet extendi vltra id ad quod est concessum. Expulsiones vero ex aliis euentibus intelliguntur, de omnibus alijs rebus etiam mobilibus vt docet Sanchis in Decal.

Sexta Conclusio. Quando expulsio fit ex tertio et secundo euentu remittendum de pensione prorata temporis quo conductor re conducta non vtitur sine sua culpa non vtitur, vel certe prouidenda est alia domus aquibona et commoda conductori, ne interim dum domus reficitur habitet. Est conclusio definita in iure, et facile explicatam, hunc si locator inuenit alium conductorem pro reliquo tempore sine mercede pro rata temporis, quanta solebat prior, aut eum offert illo qui abutebatur re conducta, debet locator remittere priori conductori de pensione, si tamen aliquod damnum illi locata intulit, agendum cum eo de damno, quod si alius non inuenitur, debet et potest repetere a conductore pensionem pro reliqua rata temporis, aut non tenetur ei reflectionem totam accepit. Est doctrina sepe circa legem Etam, et facile patet.

Septima Conclu-

Septima Conclusio. Exquacunque harum causarum fiat hæc expulsio, potest fieri propria autoritate. Ita communiter docent autores, quos citat et sequitur Molina loco citato licet quidam dicant tutius esse adire iudicem, atque ab illo petere ministrum publicum, qui id executioni mandet.

Octava Conclusio. Finito tempore potest conductorem à locatore ejici certa et constans est autorum doctrina, ubi notant illa duo. Alterum si non restituat tempore debito conductor rem locatam tenebitur ad damnorum refusionem, nisi dissimulet locator et tacito consensu. Alterum si fecit aliquas impensas utiles in rem locatam, licite non cedet re locata donec nec compensatio fiat.

DVBITATIO. III.

An liceat locare rem conductori, qua ipse abusurus est ad peccatum?

Verbi causa, domum conducit quis lenonibus vel meretricibus, vel pro publicis conventibus Hæreticorum, ad usuras exercendas, aut eas in ea ipse exercebit: vestes similiter et torques ad eundem finem exercebit, peccat ne locator tali locans res huiusmodi?

Prima Conclusio. Non licet locare tali domum vendam aliam similem, quæ ipse ad peccatum abutetur, si locantis intentio ipsum peccatum attingit. Est communis. Ut si vendit domum ad aliquid petatur loces mihi domum tuam ut in ea exerceam meretrices: aut usuras exercebam, aut conventiones habeam Hæreticas, vel obsimiles fines, id enim esset communicare locatore in peccato alterius, si minimum attendat ad illum finem.

Secunda Conclusio. Posito quod meretrices aut publicæ fœminæ tolerentur ad vitanda maiora mala, et usuræ non puniantur in foro exteriori, et hæretici ubi sunt inter Catholicos tolerentur, non est peccatum illis locare domum, aut aliam rem similem, modo locator non intendat malum, sed tantum habitationem conductorum, licet sciat eos abusuros ea habitatione ne ad peccatum. Ita Molina Disputatione 500.

Probatur

Probatur. Quia locatio domus verbi causa eo fine facta vt in ea quis habitet, est bona, at ipse ex fine imponitur locare. Ergo. Permissio etiam peccati quod futurum praenoscitur, malitia habitantium, admissi in ea domo, etiam non est mala locatori, quia huic abusum huc et haec peccata non tribuere tenetur, cum praesertim eorum permissio ordinetur ad maiora mala vitanda. Monet tamen Molina de sua sententia dicens hanc locationem talibus personis, et non est signum valde probi virii id facere, non comburere potius domum deberet quam locare huiusmodi hominibus. Consentit huic doctrinae Sanchez. Cap. 17 num. 195. Vbi dicit difficile defendi hos non peccare mortaliter.

Tertia Conclusio.

Peccatum est mortale locare aliquid, quando intelligitur ex illius esse administratam alterius mortalem, etiam si non intendatur illa iniuria. Ita Molina loco citato. Et dat exemplum. Si quis gladium aut equum alteri locet quo intelligitur vsurus ad bellum iniustum, ad iniuste vulnerandum aut interficiendum proximum. Vbi tamen notant autores excusari locatorem nisi possit abstinere à locatione sine suo magno damno aut periculo, vel si ad id cogatur.

DVBITATIO. IV.

Ex quibus causis reddatur iniusta locatio?

Ex dictis constat ex dictis resolutio huius dubitationis, si enim non sequuntur ea quae diximus in maxime habitudine secunda, admittetur iniusticia. Sed hic tamen sunt aliqua quae reddunt locationem iniustam.

Prima Conclusio.

Iniusta est locatio quando fit a non habente potestatem rem illam. Et communis. Quia nemo potest iniuste disponere de alterius, cum non sit dominus non potest illi iniuste fructificare. Si verbi gratia famulus rem domini locet, nisi suum fructum, hunc enim et peccat, et restituere tenetur fructum domino suo, et si quae damna inde rem sequentur, deberent à tali locatore compensari domino rei, nisi probabiliter speretur dominum non contradicturum. Tunc enim tantum de damnis teneretur huiusmodi famulus iuxta dicta supra.

Secunda Conclusio.

Successor prioris conductoris tenetur stare contractui locationis ad modicum tempus per praedecessorem facti, si hic id sibi minuxit re intacta

pactum.

pactum deducta, vel tali contractu accepit rem locatam. Est communis, et habetur minore etiãi habuit enim ad hoc potestatem prædecessor ille et alteri locandi, et tali vel tali modo obligandi fundum. Idem dico de successore parti ipsius locatoris, debet in talibus casibus idem nem servare locatori conductorem. Quod dei maxime verum est quando bona sunt absentata respectu conductoris.

Tertia Conclusio

Minores finita tutella aut cura tutorum, tenentur stare contractui locationis, et conductores respectu illorum habere se debent, vt respectu ipsius locatoris. Ratio est. Quia quando quis legitimus est administrator nomine alieno rerum aliquarum, vt sunt tutor, curator. tunc is cuius nomine eas res administrat, non secus tenetur contractu per illum facto, quam si ipse eum celebrasset vt docet Conarruuias 2ãe Variarum resolutionum cap. cum communi sententia. Si tamen minor comperiretur notabiliter lasus, concederetur ei restitutio in integrum.

Quarta Conclusio.

Cum Maritus administrat bona paraphernalia uxoris non proprio nomine sed ipsius, tenetur vxor stare locationi quo ad hæc bona facta per Maritum. Ratio eadem quã superioris Conclusionis. Dico cum administret. Quia deinde communi non videtur pertinere hæc administratio, sed ad ipsam vxorem. Dicitur hanc ille habeat sit de consensu vxoris aut ex aliqua lege particulari id habente vt sit in Lusitania.

Quinta Conclusio.

Maritus eatenus stare tenetur contractui locationis facto de bonis dotalibus vxoris adhuc ante Matrimonium; qualenus aut consensit in illum actum, idque sciens aut cum illo conuentum est. Patet doctrina hac exclictis. Si non consensit, sed ignorabit, et non est conuentum de hac re cum illo, non tenetur, cum sit particularis successor emptor donatarius et legatarius.

Sexta Conclusio

Locationi facte à prædecessor prælato aut beneficiario curatore hospitalis, non tenetur stare successor, loquendo de bonis ad ipsius beneficium pertinentibus de talibus enim non poterat pacisci cum conductore nisi ad vitam suam, nisi antequam moreretur non conuenit cum suo successore et confirmet: locationibus tamen bonorum pertinentibus ad vsum Ecclesiæ ipsius si quã sunt, stare tenetur successor vsque ad tempus finitum, si seruata est hac in re solemnitas iuris. Si tamen deceptatur notabiliter lesa Ecclesia

rit potest

ad idem reddere restitui beneficium integrum. Probatur hæc doctrina, quia prior beneficiarius ad bonorum tantum fuit dominus illorum bonorum, quare non potuit illa onerare nisi ad vitam: Bonorum vero Ecclesiæ ipsius fuit vt tutor aut curator quidam, ideò tenetur successor ad ea quæ præcessor fecit iuxta dicta. Non potuit tamen bona alienare sine consensu Episcoporum Papæ, imo derogata fuit ei constitutione Gregorij edita Anno 1588. quæ etiam de bonis Cathedralium et Ecclesiarum Græci ritus intelligi debet, quæ non possunt etiam alienari aut locari in præiudicium successorum. Et loquendo de bonis ipsarum Ecclesiarum non nisi ad triennium locari possunt iuxta Pauli 2. constitutionem, aut iuxta ius commune, vbi illa non est recepta ad triennium, post Concil. verò Trident. ad nullum tempus si fiat in præiudicium successorum.

Septima Conclusio Est etiam iniusta locatio quando sit rei quæ non potest locari prout habet, talia sunt bona Ecclesiæ, de quibus tantum quando et quomodo locari possunt, et non possunt præterea quæ iam diximus, dicemus si tempus superuenerit quo agamus de simonia.

QVAESTIO II.

De locatione ad vsum fructuũ, seu strendis.

Ad vsum fructuum res locatur quando non tantum vsus rei sed etiam fructuum vsus conceditur siue bonorum ad vsum fructuum quos illa ferunt, quomodo res per strendam et Emphiteusim locari solent. Nos hic tantum de strendis, de Emphiteusi aliquid supra diximus. Per strendam autem locantur horti, agri, prædia, iumenta, boues, berbi causa bacæ et oues, siue lanifera, siue caseifera &c. et quamuis actionis huius contractus multa seruiunt excidentia priori quæstione, ad hæc tamen hic aliqua sunt examinanda. Supponimus autem hic strendam esse heriam, quia veneratio hic fructuum sit venditio in bonis, ac eorumdem emptio, nec recipitur pecunia imo etiam perditur.

Dubitatio Prima.

DVBITATIO. I.

Vtrum casus et damna occurrentia circa ferendos fructus sint penes Arrendarium an verò penes locatorem?

Aliquid de hac re Quæs. 1. Dub. 1. diximus. Possunt autem supervenire duplices casus et damna, fortuiti et cum culpa adnexa. Fortuiti essent si pagus combureretur ad mopram, redigerentur sub dili, et ita non posset Arrendario fructus facere; aut pestis tinguerentur, et ita arari non posset prædium, vel certe hostis supervenies cum metus faceret arrendarium mutare locum, et desererebona conducta; vel certe fames non crescret ob sterilitatem, corrumperenturque per pluvias aut grandinem; Culpati vero seu cum culpa evenient sipse Arrendarius austeritate sua pelleret rusticos, aut ad pestilentiam eos nimia omnichone redigeret, sive comitijs aut certe negligentia aliqua non solueret sufficienter fructus unde pateretur magnum damnum. In his ergo est difficultas quæ penes illum debeat esse damnum, et quando penes locatorem.

Prima Conclusio. Ordinarie loquendo, quando res locata

perit, aut sine culpa locatoris capitur de potestate conductoris, nequit locator potuit id impedire, ut damnum locatoris. Est communis doctrina. Quia damnum sequitur dominum, at locator est minus illius rei fructiferæ. Ergo? Unde conductor tantum tenetur soluere pensionem pro rata temporis; Si verò totam accepit locator pensionem, tenetur proratione damni restituere conductori. Idem dico si exparte rei locatæ aliquid supervenial, reddens illam aut non fructiferam aut non tam commodam ad vsum.

Obiicies primò: At qui videtur Arrendarius seu conductor

se Dominus illorum bonorum protunc si quidem, traduntur illi cum omni iure Dominij ac proprietate, hanc enim formulam quæ reuera est mistatuto dicimus transferre Dominium. Ergo ipsum debent sequi hæc damna?

Respondeo

§. 61.

Rides. Hocius et proprietas ac Dominium tenent se tantum respectu fructuum, non respectu reliquorum bonorum praedij vend. Can. inde, si quid enim ibi dem additur cum qui accipit per hoc censetur bona testari debere, si non alio titulo sed mercede per arendam acipere illa bona. sic autem acquirere non est acquirere bonorum Dominium in se, sed tantum fructuum.

Obiicies 2do. Si ergo et Dominium illorum fructuum quae vendita emit, ergo damnum in fructibus eius esse debet quia eos emit, sicut, si quis emit equum et ille postero die moriatur, damnum est emptoris, et tenetur dare pecuniam pacta.

Rides. Verum esse habere illum Dominium fructuum vt eos possit recipere tanquam suos, post quam autem eos non accepit non potest dici eorum dominium habere, tanquam rem possessoris, nec ergo erit ipsorum Dominus quando illos percipiet, seu quando sibi traditi fuerint, quare et damnum non debet subire nisi ys si eos non dum habuit. Est ergo dispar ratio rei emptae, hanc enim semel quis suas manus accepit, vel in culpa fuit ne acciperet, damnum iam suum erit posset accidat etiam occasionaliter et fortuito.

Affirmatur. Si post quam emptus est equus non dum est traditus emptori sine ipsius culpa, illud de quibus cum mercibus simul perit damnum erit venditoris, sed ita res se hic habet ligo.

Obiicies 3to. Potest fieri vt Arendarius licet vno anno damnum sentiat in fructibus, at sequenti potest sibi id compensare vt etiam plus accipiat quam soluat locatori pro illo anno ergo in tali casu non erit damnum locatoris nec esse debet si quidem nec ipse arendarius damnificatur.

Rides. Posse id tolerari et excusari si et pensio Arendarij non esset valde magna et arendatorum esset annorum. Verum si et magna est et brevis difficile haberi potest talis compensatio.

Rides 2do. Fructus alterius anni iam sunt computati et aestimati in illa arendaria, ergo non possunt cedere in compensationem.

Obiicies 4to. Atqui potest accidere fortuito et casu vt etiam plus fructuum ferat et accipiat quam aestimentur illa pensione arendarij, et hi

non plus-

non plus pendet ergo non etiam debet minus pendere si fauciores accipiat et defraudetur

Rndes. fieri hoc potest vt fortuito et casu accipiat plus fructuum vt si molendina in pratis destruantur, ipsius faciet illi magnos fructus, et tunc tenent autores - debere arendarium in tam magno excessu fructuum augere pensionem, quia prior illa fuit facta et commuta inter ordinarium, hic autem est quid extra ordinarium, et domino deberet fructificare. Sed locator vellet vt respectu horum casuum fortuitorum in commodum factorum suscipientur ad arendarie fortuiti casus cum damno et illius esset, tunc id esset in mestum quia plures sunt casus fortuiti infelices quàm felices Ergo non esset sufficiens hæc compensatio.

Secunda Conclusio. In contracte arendæ facere hanc conditionem vt arendarius subeat et suscipiat ipse casus fortuitos, et infelices, est iniquum. Probatur quia sic est illum exponere ordinario et frequenti periculo damni. Sitamen ipse sponte in se suscipiat et fieret illi compensatio sufficiens, nempe exigendo compensationem modicam arendarium, posset hæc condicio tolerari. Dixi si fieret compensatio et sponte Quia potest forte dari vt ipse debet ipse suscipere pericula hæc, sed id non tam libenter quam reuerentor, et exercite faciet, nec in tali casu ad excussandam iniuriam valeret illud volenti non fit iniuria.

Tertia Conclusio. Si exparte ipsius arendarij quiet superuenerit quamuis fortuito, quod eum cogeret non percipere fructus ex relocata, tunc damnum est clarij non locatoris Ita Molina disp 443 Casus esse potest Conduxit quis domum ad habitandum, vel operas alterius, et postea aut non eget tam re quam operis illius, aut non habet parere ibi: aut non potest, quia sibi fugiendum obsunni particularem hostem quia infert bellum, non ne bonorum Quia si ibi alter esset nihil illi faceret) sed ratione personæ, tunc dicit hic teneri arendarium et omnem conductorem ad integram pensionem, si verò deberet vt liceret sibi alteri locare eadem bona ad hoc est euidentius cum teneri ad integrum pretium.

Quarta Conclusio Res vario modo possunt fortuito reddi infructuosæ aut cum damno arendarij, per sterilitatem minuam grandinem, diu pluuiarum aut per peste indicio boni viri debet fieri æstimatio huius damni, et ratione huius dimitti de pensione, liquis tamen quæ non sunt corrupta fructus totus debetur arendario, vt ex Silues. Sayr. creditibus &c.

dabunt &c. debet quę haberi ratio impensarum quas ille fecit. Vbi tamen illud aduertendum quod si fiat damnum in fermente siue ab hominis malicia siue permissu diuino per grandinem aut alium post quam est collectum in cumulos, licet in campis adhuc esset, quando supervenit damnum, arrendarij, quia iam collegit illud, multo magis id habebit locum si venit damnum dum est domi in horreis et holeariis.

Quinta Conclusio. Quando vero arrendatarius culpa sua non per fecit fructus ex arenda, aut eos perdit, damnum est ipsius. Et Conclusio communis, et bene constat. Debet tamen intelligi quando debuit et potuit impedire et non impedivit. teneri autem ad damna hęc arendarium imo et omnem conductorem de culpa lata et, non levissima.

DVBITATIO, II.

Quis modus locandi per arendam animalia sit bonus et licitus.

Duplici fine potest quis apud alterum conducere animalia, primo ad fructum, secundo vsum, vt boues ad arandum, equos ad equitandum &c. Ad fructum vero quando conducuntur oues, gallinas, apes, &c. vt ferant fructum. Potest autem hęc conductio fieri cum bonis, prędicto verbi causa, siue etiam animalium tantum, quâ postea conductor ad finem ad finem prędictum, vt ibi ex eis fructum capiat, debet fieri inter conductorem et locatorem conuentum meriti. Et quidem conductio ad fructus, est et dici debet arenda. Duplici autem fit et fieri potest. Primo vt damnum animalium sit penes dominum, fructus penes arrendarium. Secundo vt et animalia ferentur integra quo ad numerum, et damnum sit arrendatarij, id est teneatur semper eundem numerum restituere, et fructus ipsius sint. Potest ad hoc et tertius modus quando arendarius seruat apud se non omnia animalia, et partem fructus dat locatori, partem accipit ipse, illi verbi causa lanam, sibi lac et lactitinio, animalia verò eadem eadem restituentur, in diuisionem.

Prima Conclusio.

Prima Conclusio. Locatio et conductio animalium ad vsum, licita est.

Doctrina sequitur ex dictis dummodo regulentur conditionibus hactenus explicatis.

Secunda Conclusio. Arendare animalia siue locare et conducere ad fructum est etiam licitum. Probatur. Quia non est ratio maior bonorum ac vsus prædy quam

Tertia Conclusio. Damnum si quod ex ipsis animalibus obset, domini seu locatoris esse debet. Ratio est. Quia damnum sequitur dominium, sed locator est earum dominus vt dictum est. Patet ergo. Dixi in ipsis animalibus. Quia in reliquis qua ratione etiam ad

arendarium damnum pertinere deberet, constat ex dictis.

Quarta Conclusio. Arendare ita animalia vt damnum vsorum et fructuum sit penes arendarium; tunc licet quando id onus compensatur, et deducitur in pacto ita dicta de arenda prædiorum, et ita licitus est ille contractus, vt tradat quis centum oues ad arendam pro florenis 10. cum abstractione earundem, quia ratione oneris non nisi tres grossi debentur ab vna quaque oue in anno.

Quinta Conclusio. Tradere aliqui centum verbi causa oues vt eodem numero restituat, eum vel ex fetibus vel alunde supplendo si quæ mortuæ fuerint, autem distractæ, est etiam licitum dum modo compensatio oneris fiat, quod imponitur arendatori.

Sexta Conclusio. Etiam tertio illo modo arendare oues vel boves vel vaccas, est licitum, quia non videtur vna pars magis grauata. Vbi tamen notandum, damnum periculum animalium debere esse penes locatorem, nisi compensatio esset de ducta in pacto quamquam hoc pactum hic fieri potest, quia debet esse diuisio animalium quæ sunt arendata et incrementi siue augmenti eorundem, vnde hoc damnum deberet esse semper penes locatorem. Diuisio autem talis esse deberet, si post duos annos faciendo, tunc tertia pars conueniret animalium, si post annum, quinta pars.

DVBITATIO. III.

Vtrum aliquas expensas teneatur facere arrendarius sine conductor in re locata, et quas nam illi soluere teneatur locator?

Non est dubium si quid hac in parte consuetudine regionis; aut expacto introductum est hic standum est, sed quid de iure et equitate hac in parte seruandum vt fiat iusticia satis, et nullus fiat iniuria.

Prima Conclusio Ad expensas quæ sunt ad perpetuam prædy vtilitatem et longioris temporis quam sit tempus conductionis non tenetur conductor. Et communis, quia esset parti damnum ob alterius commodum, ad quod non tenetur iusticia.

Secunda Conclusio Impensas quoque quæ duraturæ non sunt in tempus conductionis, et tantum ad vsum conductoris non tenetur conductor. Sed Auarus Dec. de iure emphiteuticis Quæst. 26. num. 6 vbi docet posse cogi ab illo locatorem vt faciat impensas necessarias ac consuetas ad commodum vsum rei locatæ, et si loco illius conductor eas fecerit, posse illas repeti ac defalcari de pensione, et teneatur ad remissionem locator. Idem tenet in iure Si iniquissimus §. lege fedaddes. Vbi dicitur Si conductor in domum conductam aream cameratam atque adeo magnam multauerat, et locator sine scitus sine ignorans talium domus arcta fuit, ita vt educi arca non possit; teneri ad sumptus necessarios ad amplandum aditum vt possit arca educi. Vbi consul teneri etiam locatorem reficere tectum domus locatæ quando indiget refectione nō sufficiēta vitiosa, aut aliqua alia de causa; reficere item reliqua quæ vsu consumpta sunt aut corruerunt. Ratio est Quia hæc ad commodum habitationem sunt necessaria, imō si destruantur vsu fenestræ, fornaces, scamna &c non debet à conductore petere compensationem, sed tamen vsu arrendario hæc alterauit, et destruat.

Tertia Conclusio. Ad tributa, functionesque publicas, reficiendas

Vias publicas.

Vias publicas etiam iuxta domum, ad portam purgandum et similia non tenetur conductor ratione rei conductæ. Vt habetur lege ædiles. §. quicunque, et si fiant debere id ipsi à locatore compensari. sunt enim hæc onera fundi ipsius seu domus ipse, cuius dominium est penes locatorem.

Quarta Conclusio.

Ad expensas vtiles quæ rem locatam reddunt melio rem ac vtiliorem, nec locator nec conductor tenetur, si tamen eas conductor fecerit, tenetur locator eas compensare, cum recipiat melius prædium. Addunt autores, si cum voluntate locatoris facta sunt, aut certe non sunt multum ipsi graues, id quæ sine sint facta in res necessarias siue in vtiles, sine in voluptarias, quæ manere sunt, nam si possunt a conductore extrahi sine detrimento locatoris, potest id fieri, prosequi conductorem non amittere bona locata, donec sibi compensentur, potestque sibi non soluendo pensiones compensare quantum expedit. Hæc dicta na quæ communis est, procedit si id non fuit dedictum in pactum, vt si quid fieret, fieret sine conductoris, cum à qua compensatione Ratio conclusionis pro hac et illa parte facile habetur ex eo quod in locationibus locator sit dominus fructi. Ergo quicquid fructus accrescit ipsius debet in

QVAESTIO. III.

De locationibus rerum ad obsequia

Sic locant famuli suas operas dum famulantur dominis, imò et subditi quo modo si quidem his cedunt domini fundos, et dant necessaria ad eos colendos, proquibus hi tenentur obsequia sua præstare dominis, et operas in eorum vtilitatem exponere. Quid in his licitum, quid illicitum, hic debet

DVBITATIO. I.

Vtrum famulis sua merces debeat, et quæ sit mensura

Nomen pro eodem accipiuntur famuli et serui latè nempe modo nomen serui sumendo, prout idem est quod subiectionis servus, quia nempe subiecit se imperio alterius pro mercede, sua affe

quia et oper.

quia et operas locando cum suo fructu. Nam de seruis qui sunt propriè serui alia est ratio, hi enim quod quod lucrantur, domino lucrantur, quà de re in materia Dominij aliquid diximus.
Famuli autem seu serui illi priores generis duplices sunt. Alij qui suas operas et obsequia locant ad annum, vel longius etiam tempus; Alij qui ad diem, horam, hebdomadam, mensem, vel aliquod breue tempus.

Prima Conclusio.

Quicunque sint famuli ad breue vel longum tempus locant suam habere mercedem. Est communis. Quia nemo militat propriis stipendijs, et opera eorum ac obsequia quæ exhibent suis dominis sunt pretio æstimabilia, ergo cum eas impendent, et dominij suam ex illis vtilitatem habuerint, tenentur ex iustitia ad mercedem solvendam. Peccant ergo graviter Domini, qui aut mercedem non solvunt, aut defraudant: aut differat alijs famulos cum ipsorum maximo damno. Leuitici 19 dicit Deus Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.

Secunda Conclusio.

In solvenda mercede habenda est ratio dignitatis patriæ, et laborum siue obsequiorum impensarum, quibus eam exhibentur, temporis etiam quo exhibuerant. Est communis.
Probatur. Quia hæc omnia maiorem aut minorem faciunt vtilitatem, magis veluminus onerosa ad famulis, ex æquitate pretio sunt æstimanda.

Tertia Conclusio.

Si ex conductio eorum dem, vbi nihil cum illis de mercede statuatur, et tunc etiam illis debetur omnis merces. Est certa doctrina. Si quidem et hic rem pretio æstimabilem cum vtilitate domini exhibuerunt. Notant autores duo. Primum est. In hoc casu multo magis obligari Dominum ad solvendam mercedem, si quidem famulus nihil temerarie fidebat suo domino, et volebat iudicio domini sui pretium laborum et obsequiorum suorum.
Secundum. Si Dominus non fecerit cum famulo conventionem, non habuit voluntatem soluendi, eue tam diu cum apud se habuit, cuiusque opera vsus est, et non cum dimisit ita diu.

Obiicies. Mult

Obiicies. Multi Domini habent famulos e suis subditis, ergo cum horum opera Dominis debeantur, saltem talibus non erit obligatio soluere.

Rndeo Si tales famuli plus impendunt operâ dum famulantur, quàm impenderent famulando domi suâ, exhibendo obsequia subditorum, ipsis quoque debetur solutio, nec abusus generalem Dominorum allegandi sunt.

Quarta Conclusio.

Justicia mercedis attendenda est ex ratione laborum, et ex consuetudine laudabili ac tolerata, et à probis actmentibus Dom hominibus usitata. Est communis, et patet ex dictis. Illud certum est hac in parte non posse statui certam regulam communem, dicamus mercedem pro ratione regionum variari, sicut et ipse modus alendi famulos variatur, cum in his partibus vilior est ratio sustentandi famulos, quàm in magna Polonia et Prussia.

DVBITATIO. II.

An liceat aliquando diminuere pretium famulorum.

Potest haec diminutio prouenire vel causari tum ab ipsis Dominis, tum ab ipsis famulis.

Prima Conclusio.

Si Dominus famulum absque culpa magna famuli, sed ex alia causa domo expellat, et nolit eum sibi ad tempus praefinitum famulari, non potest Dominus deminuere de precio. Est communis. Intelligitur quando inde damnum sequitur famulo quia non potest mienire Dominum, eo quod tunc non conducuntur famuli quando ipse pellitur, manifesta enim est hîc iniuria.

Secunda Conclusio.

Quod si famulus sua culpa et quidem magna discedit à Domino, vel pellitur ab eodem, potest illi minui de precio, id est non tenetur ei integrè soluere. Ratio est. Quia ipse est sibi causa damni, nec Dominus tenetur molestias magnas ratione famuli tractandi tolerare, multo minus damna subire.

Tertia Conclusio.

Si famulus culpa sua et quidem magna infert domino damnum, potest dominus de precio famuli licitè minuere, etiam si cum domo non pellat.

Ita communiter

Vide supra fol 569.

Prima Conclusio Certum est non esse necessarium vt detur pretium equivalens ipsis bonis in se, id est non tantum quantum daretur, si illa bona in perpetuum vendentur. Quod inde probatur. Quia ponitur onus supra emptorem vt teneatur revendere haec bona, quod onus quia est pretio aestimabile, debet compensari, quod eo modo fiet si minus pretium dederit, quam constarent ipsa bona in perpetuum et pleno iure empta, semper enim plus constant bona libera, quàm sub aliqua obligatione. haec autem essent sub obligatione venditionis ergo. DICES. At qui non resultant emptores hoc esse onus: imo gratia ipsis fit quod tam ampla bona minori summa emant quàm constent, et ordinarie apud nos in Polonia, magis oneratur venditores, quod teneantur redimere haec bona.

RACEO Non loquor ego de eo casu quando hoc ipsum potius onerat venditores quàm emptorem, nec quid fiat apud nos, de hoc enim postea: Sed loquor imo quando revera fiet favor venditori et onus emptori, quod certum est fieri posse et solere, et tunc illa currunt quae diximus in conclusione.

Secunda Conclusio Requiritur tamen ad huius contractus iustitiam, vt detur iustum pretium, id est nec maius nec minus quam ferunt fructus bonorum, cum illi tamen onere. De communis. Ratio est Quia ad omnem venditionem vt sit iusta requiritur iustum pretium, sed haec est vera venditio Ergo. Illud est inter autores controversum, quod nam sit iustum pretium intali vltali venditione, cum aliis pactis, et quidem monent, habendam rationem non solum oneris siue obligationis maioris vel minoris quae imponitur emptori, si enim maius est tempus redemptionem determinatum, maius etiam debet emptor dare pretium, quia maiori et longiori tempore praecludit viam venditori ad acquirenda bona, et plus potest de illis lucrari, minus autem lucrat tempus, minus etiam debet exigi pretij. Si nullum sit certum sed in aeternum vt diximus, multo adhuc minus debet accipi.

Tertia Conclusio Iustum pretium ordinarie assignatur bonorum totalium, vt tertia pars eius minuatur, quod daretur si in perpetuum emenda essent, et hoc quando tempus mediocre est determinatum, vt si ad tres vel ad quinque annos fit venditio bonorum. Tamen autores legibus et consuetudinibus provinciarum, Regnorum ac iudicio bonorum virorum standum esset.

Quarta Con-

Quarta Conclusio Si quis emat rem cum pacto retrouendendi tum exiguo pretio potest bona conscientia percipere omnes fructus bonorum illorum, tenetur tamen ad restitutionem, seu potius ad summam augendam, vel certe vt det partem de fructibus suis in recompensationem non auctæ pecuniæ. Ita Medina et alij.

Probatur Quia illorum bonorum quamuis exiguo pretio venditorum comparauit, et quidem omnium Dominium. Ergo potest ex eis percipere fructus, quia tamen damnificauit Dominum dando minorem summam, tenetur eam augere; aut damna quæ passus est resundere, hæc quæ si quæ cessarunt compensare.

Quinta Conclusio Si tamen ille qui vendit bona nolit ea magna summa vendere, sed tantum parua, licite emptor dans paruam summam tenet illa bona.

Probatur Quia volenti, et quidem liberè acquirenti non fit iniuria nec dolus, liberum enim est illi suo iure cedere, et nimis exigere. Illud tamen hic notant autores. Primum vt id non sit fictum et dolosum. Signum autem est non esse fictum, si emptor paratus esset dare maiorem summam pro illis bonis, vel eandem pro minoribus rebus, vel si vellet ipsorte concedere illi partem aliquam fructuum de illis bonis, quod est valde secretum. Secundum vt sponte et nullis de causis venditor velit accipere minorem summam, tum vt ipse, tum eius heredes facilius possint redimere illa bona, quo minor fuerit summa.

DVBITATIO, IV.

Quando in tali contractu requiratur vera venditio et emptio?

Manifestum est procedere dubitationem, tam in venditore quam in emptore requiratur vera venditio et emptio, et vt ille velit vendere et hic emere.

Prima Conclusio Necessarium est omnino vt sit vera emptio ex parte emptoris. Probatur. Quia alias non acquiret dominium rei, sed erit tantum mutuum, et ratione mutuatæ pecuniæ fructus percipiet, atque ita erit vsura.

Secunda Conclusio Etiam ex parte venditoris requiritur ve-

ra intentio.

tentio, et voluntas venditionis. Probatur. Quia haec ad omnem venditionem requiritur, ut haec appellatur esse venditio. Ergo debet esse intentio vendendi, cum debeas transferre dominium in emptorem, et fructus tanquam de suo percipiat.

Tertia Conclusio. Si tamen in emptore esset vera voluntas et intentio emendi, in venditore non item, aut tantum simulata. Emptor bona consecutia potest percipere fructus, non ratione venditionis, sed ratione lucri cessantis cum venditore. Et communis sententia, et facile patet, potuisset enim emptor si non recepisset suam pecuniam, aliquod fructuosum pro ea emere.

DVBITATIO. V.

Quibus damnis et oneribus, et quando subiacet emptor bonorum cum hoc pacto.

Possent damna oriri in bonis vel casu omnino vt si combureatur pagus, horreum vel quid simile: aut casus vastet, vel ex negligentia eius qui illa possidet bona; onera item possunt esse aut ordinaria, aut extra ordinaria, an et quibus emptor subiaceat videndum.

Prima Conclusio. Damna quae interuenerunt ex negligentia emptoris, ex eaque causa, illi omnino sibi danda sunt, id est non debet petere compensationem fructuum percipiendorum ab eo qui erat bona. Probatur. Quia et bona ipsius sunt, et ille fuit causa damni, ergo sibi imputet.

Secunda Conclusio. Si quae damna casu obueniant, idem dico de oneribus, tam ordinariis, quam extra ordinariis, ipsi subeunda sunt emptori, quam diu illa bona tenet. Probatur. Tum quia qui succedit in bona, succedit et in onera ac damna, sed hic succedit. Ergo. Tum quia dominium sequuntur damna, sed hic est horum bonorum sub hoc tempus dominus. Ergo?

Tertia Conclusio. Si tamen fieret pactum cum venditore, et fieret ipsi compen-

ret ipsi compensatio, possent hæc onera ac damna deduci in pactum, vt ea teneatur ipse venditor subire. Et communis. Quia omne illud compensaretur venditori, compensaretur autem, aut deduceretur pretium: aut alio simili modo deducendo id in pactum.

DVBITATIO VI.

Pro quanto pretio debet et tenetur emptor reuendere eadem bona venditori?

Possunt illa bona cum pacto retrouendendi empta, aut eandem seruitutem retinere apud emptorem, in quo erant dum sunt empta; aut deteriora reddi; aut meliora effici. Iuxta ergo enuntiata dubitat de quo debet dari et exigi pro illis. Ratio est Quia ex illo capite immutatur valor eorum, ratione excessus, sine ratione decessus.

Prima Conclusio. Si bona sunt in eodem statu cum reuendumtur, vbi pro eis

Secunda Conclusio Si bona sunt effecta meliora apud emptorem, possunt carius reuendi. Sic Molina Quæst. 376. 2 cum communiori sententia, et facile patet, fiebat enim accidere, vt quis emat prædium sine pecoribus, et non excolerui nec seminatum, hic si habet pecoribus et seminata debet reuendere, potest pro illo plus pretij petere, nisi dum emeret, ratione huius obligationis reuendendi cum pecoribus, et seminatione, si ipsi diminutum de pretio.

Tertia Conclusio Quod si res peior est effecta sine debito diligentiam emptoris, sine casu, potest reddi viliori pretio, tanto nempe, quanto pro illo statu valet. Et doctrina satis communis.

Ratio primi est. Quia ille sunt veræ causa damni alteri, et quidem sua culpa.

Ratio secundi est. Quia illa bona sic destructa, non constant tanto pretio, quantum est datum pro illis dum primo emerentur, Opus est ergo vt ad arbitrium boni viri detur pro illis pretium, hic vtla fit iniuria, quia dominus habet damnum in summa, quod non integram accipiat, alter in bonis destructa reemat, Hoc tamen intelligitur, nisi ipse venditor sic contentus cum tali summa re casu destructa. Notat Molina, etiam, Si quis ex officio emat res viliores pretio, vt carnifex

Vendat manci-

dadet maiori, propter lucrum; siue eiselem à quibus eam emit, siue alijs: nihil faceret contra iusticiam. Probatur. Quia hæc occupatio et lucrandi ratio, est ex ratione Officij.

QVAESTIO. II.

An possit hic contractus fieri in fauorem emptoris?

Multis hic fauor spectari et fieri potest emptori, bona cum pacto retrouendendi emenți. Primò si emptori sit licitum petere à venditore, imo et eum adigere vt ipse reemere apud se illa bona teneatur. Secundò Si emptor emens bona cum pacto retrouendendi, possit ea locare seu arendare, eidem quem ea cum illo pacto retrouendendi emit. Tertiò Cum adscribitur plus summæ quam dederit emptor pro illa re.

DVBITATIO. I.

Vtrum emptor bonorum cum pacto retrouendendi, licitè possit repetere precium seu reemptionem emptorem?

Quæ ostendimus obligari emptorem ad illa bona renendenda, exhibitis contractus. Vbi aut tempus determinatum aduenerit, aut quando ipsi placuerit si nō determinatum fuit tempus, quare de hoc non est difficultas. Modo dubitatur an ipsi emptori licitum sit exigere id à venditore post quam aduenit tempus, et cum aiunt vt vocant ante tempus, monere illum vt aduenire tempus reemptionis, et si non venditor, possit eum licite citare vel certe pœnam illi aliquam ob hoc imponere. Videtur enim hoc ex eo esse illicitum, quia non videtur esse hoc alinud, quam quasi inuitam repetere. Vnde fauor, cum nonnullis alijs censet, quando resolutio huiusmodi contractus fit voluntate emptoris, id est quia ipse ad hoc obligauit venditorem cumq; ad id deget, fructus illius temporis ab eo perceptos restituendos esse venditori, atqs fore vsuram.

Premia Conclu-

Prima Conclusio. Contractus emptionis cum pacto redimendi, ut pe teneatur venditor redimere ex natura sua est illicitus. Ita Conradus de contractib. Qu. Medina Q. 15. de usura. Maior in 4. Distinct. 15. Qua. 43. Conarruvias 3. Variarum Resolutionum Cap. 9. Molina Disp. 377. Valentia Disp. 5. Qua. 22. punct. 6.

Probatur. Quia illa res quam emit emptor est vere illius. Ergo potest de ea contractum facere cum quo voluerit. Et cum certum sit posse cum quibus alio, cur ergo et non cum eo de eam agere emit. Tum quia si quod hic est omne venditoris, cum pretio sit æstimabile, potest ni pactum fuerit et respectu illius fieri compensatio, atque ita non fiet usuria. Nam et illud ego, quod habeat fructus venditor accipiens pecuniam pro illa re, satisfacere nempe suæ necessitati, quem fructum fecit illi, res illa vendita emptori, quæ necessitas non mucuerit tantoperè in eo qui pecuniam recipit et. Ergo non erit hic novus fructus in pecunia respectu emptoris eam recipientis, et ita emptio non est. Unde valde fructificet, nam si fructus ex intermedio tempore accepit, erant ipsius, quia ex re vere empta.

Secunda Conclusio. Ut hic contractus in favorem emptoris sit licitus et excusetur ac toleretur, duo omnino debet habere. Primum est. Ut revera fuerit vera emptio respectu emptoris. Secundum Ut aliqua fiat compensatio damno plus pecunia prorogando, quàm de tam fuisset si non esset cum hoc favore empta. Ratio primi est. Quia posset hic intervenire palliata usura si aliter fieret, imo esset maximum multum, et ratione multi fructus acciperet tunc ex re ingenerata, quod, intra dicemus, esse illicitum. Cognoscitur autem fuisse vera emptio, quando ille qui emit subiaceat damnis ut diximus, et si omnino periret res ut non esset redimeretur, non repeteret emptor pretium, sed uterque damnum subiret, ille inferens quia perierunt; hic in pecunia. Si autem vellet emptor illa bona apud se corrupta reparare, deberet id facere suo sumptu, tum quod fructus ipse recipiet, tum quod capitalis summa ad ipsum redeat. Ratio secundi est. Quia revera oneratur venditor, cum hoc fortasse nollet facere, est ad hoc debet esse paratus ac redimendum, quando emptori placuerit, adhuc major debet fieri compensatio, cum sit magnum inimis hoc onus, minus verò si certo tempore ad id esset obligatus. Quod si non sit hac compensatio, tunc non debere tota summa redimi vem illam, sua empta est docent autores, propter hoc onus impositum venditori. Moveat hic autores, quod quamvis

licitus sit

licitus sit esse hic contractus exse, in fauorem emptoris tali modo factus, non esse tamen inaudendum, eo quod ei facile patietur vsura propter defectum, aut veræ emptionis: aut compensationis oneris quod impo- ne venditori, si tamen hæ duæ conditiones seruentur, non sunt faciendi scrupuli illis qui talé contractū fecerunt.

Tertia Conclusio Potest hic contractus fieri, tam in fauorem venditoris, quam emptoris, id est vt hic obliget se ad redimendum, et ille ad vendendum, siue determinato tempore siue indeterminato. Ratio potest dari. Quia cum hic contractus possit celebrari cum onere hu- ius vel illius separatim vt ostendimus, non est cur non possit etiam simul, et cum huius, et cum illius onere fieri, nec habenda sit ratio maioris oneris, respectu huius aut illius. Est doctrina Moli- næ citato, proqua etiam citat Medinam et contradum.

DVBITATIO. II.

Vtrum liceat rem emptam cum pacto retrouendendi, arendare eidē à quo emitur?

Potest hic tam venditoris quam emptoris fauor spectari, venditoris quidem, quia etsi rem vendidit ad hoc tamen potest sibi aliquos fructus facere ex illis bonis per modum arendæ, vt etiam faciunt alii arendari, et preterea habet vbi et vnde habitet, et inhil amittus accepta pecu- nia pro eisdem bonis satis faciet suæ necessitati. Emptoris verò est hic fauor, quia arendam se- curius sine suo labore et quidem certos percipit, et reuera hic fauor frequentius sit emptori quam spes venditori. Ideò quia videtur hoc esse onus supra venditorem positum, videndum an ita emptor securā conscientia possit facere.

Prima Conclusio Potest emptor eadem bona arendare venditori.

Probatur tum quia si potest ea locare et arendare alteri, non est ratio cur non possit eidem: tum quia vtrobique æqualiter fructus sine labore percipit: tum quia per emptionem acquirit do- minium illius rei, ergo potest de illa disponere prout vult.

Secunda Conclusio Vt tamen id secura conscientia et absque in- iustitia fiat.

iustitia fiat duo sunt attendenda. Primum est vt non cogatur venditor ad id faciendum, si quis nolit, aut non tam libenter quam potius reuerenter consentiat, alias cum hoc sit onus, si desit contractui committetur iniustitia. Secundum est. Vt sit vera emptio, vera item locatio, non verbalis, sed vera nouum contractum facta et stabilita, alias dura patiabitur. Erit vera emptio et locatio si emptor subiacebit emptor sine dominus, ex communi ratione strenue vt dicemus.

Tertia Conclusio. Non maiorem debet arrendator accipere ab arrendatore

arrendam, quam ferat illa summa data probonis quæ empta sunt cum pacto.

Probatur. Quia nec qui arrendatori dat bona per arrendam minus accipit quam summa probabiliter deductis expensis et laboribus, nec qui tenet habet iniuriam soluendo arrendam, quia ex possessione accipit capitalem in suam necessitatem, et cum illa bona plus ferunt fructus quam sit arrenda habet et ipse inde vtilitatem.

DVBITATIO. III.

Vtrum cùm emitur aliquid cum pacto retrouendendi determinati licent maiorem summam scribere quam sit data?

Solet id fieri in fauorem emptoris. Vt si quis emat bona septem millibus, et dum fiunt scriptiones et contractus, scribat octo millia quod ideò fit vt securis reneditur bona, et ne ea tam facile præscribat hæredes redimant, id ipsum etiam solere fieri in simplici emptione, experientia docet.

Prima Conclusio. Non est licitum simpliciter facere hoc vt maior summa scribatur, in huiusmodi emptionibus, quam ea de qua conuentum est. Vt communis sententia.

Probatur. Imm quia est contra veritatem, et cum mendacio, quod Deo displicet: tum quia ea sit iniuria his qui habent ius redimendi, si quidem deterioli tanta summa non attentabunt nisi mere id ad quod ius habent.

Dices. Atqui potest fieri vt qui hoc facit non habet animum accipiendi maiorem summam de qua conuentum est. Ergo non est condemnandus.

Resp.

Videō Quidquid sit de ipsius voluntate, at quantum ex diuinscriptionis exigit quàm sit æquum, et ipsa hac ipsius voluntate, inhilominus illi qui hac bene ius redimendi inscribuntur, cum de illa voluntate ipsius non constet, et si erit mancipius poterit eam mutare. Quid si deueniant illa bona manus alterius, qui aut nescient de illa voluntate, aut non acquiescent illi, sed inherebunt scripti, periculum erit ijs qui potuissent redimere.

Secunda Conclusio. Si tantum subsit aliqua huius rei iusta et magna causa, credibile est id posse fieri dummodo fiat authentica cautio, Diploma vocant quod deferatur ille inscriptio, et fiat determinatio voluntatis. Ratio est Quia hic desunt illæ inscriptionis, et potest facile obuiari periculis, adeoque iusta causa vtendi iure suo, ad suas res melius accommodandas. Potest talis esse casus Emit quis bona apud Petrum, et fiat annum nullo iure in hiare huius bonis vt ea securius teneat, ponit maiorem summam in inscriptione, dat tamen aut eidem Petro aut alteri fidei diploma seu cautionem, qua cauet non se plus accepturum, nec teneri Petrum aliquando heredes plus dare, si et quando voluerint redimere, quàm fuerit vera summa. Dico id licere, nec apparet vnde hoc sit iniustum.

DVBITATIO. IV.

Vtrum vsus huius contractus, in nostra Polonia fieri soliti, sit licitus, vocant eum nostri Zastawa?

Frequenter apud nos tali contractu tenentur bona, datur certa summa pecuniæ et accipiuntur bona, ad annum vel ad triennium, ex quibus interim fructus percipiunt ab eo qui dedit pecuniam, et vbi expleuerit tempus anni vnius siue triennij, qui accepit pecuniam tenetur ipsam restituere, quod si non reddat, ad alios tres annos vel ad annum tenentur bona simili modo, et aliquando accidit solet vt nisi redimantur certo tempore sint irredimibilia. Vocant hunc contractum nostrates Zastawa, sine dationem pecuniæ supra bona aliena, et aliquando intercedit in hoc contractu vera emptio cum pacto retrouendendi, etiam in fauorem emptoris iuxta dicta:

aliquando nul-

aliquando nulla emptio intercedit, sed mera tantum obligatio bonorum, et hæc dupliciter fieri solet. Primo Vt tradantur bona cum omni iure et proprietate, modo tamen obligatorio. Secundò. Sine proprietate et iure obligatorio, et quomodocunque fiat, nostri vt dixi, docent hoc fastare. Dubitatur ergo An hoc sit licitum, et quid secuti, quidne in iusti hiccet tractus habeat, videtur omnino similis contractui cum pacto retronendendi explicato.

Prima Conclusio. Si in hoc contractu adsint conditiones contractus cum pacto retronendendi prout eas explicauimus, est contractus licitus. licet denominetur Iustawa,

Ratio est Quia ille contractus est licitus est licitus vt ostendimus, ergo et hic licet alio nomine denominetur, neque enim appellatio hæc et illa ab hominibus imposita mutat naturam contractus et rei. Sue enim ego quod iure aurum est vocem argentum, sue ferrum, exit nihilominus iure aurum. Et hic contractus apudnos celebretur ordinarie in fauorem emptoris, vel in fauorem vtriusque, debet regulari illis quæ diximus in dubitatione prima. Habetur forma huius contractus in statuto nostro Polonico hoc, Vendo cum omni iure, dominio, proprietate, cum libera redemptione ab anno ad annum, vel a triennio in triennium, quo quietam possessionem habere debetur emptor sub pœnis ibi præscriptis.

Secunda Conclusio. Si etiam dato pecunia, accipiantur bona cum omni iure Dominio et proprietate modo obligatorio, redimibilia ab anno in annum, vel a triennio

in triennium, etiam non est malus contractus. Habetur etiam in statuto Polonico, quo et ille prohibetur, cedenti modo contractus liberum est vtrique parti duodecim hebdomadis ante tempus redimendi significatis. Et conclusio grauium autorum, habetur in libello polonico de contractibus vsurarum præfatione edito. Probatur hæc doctrina. Quia videtur hic contractus nihil omnino aliud esse quam ille prior, de quo prima conclusione, sed ille est licitus vt iam ostendimus ergo et hic. Maior probatur ex ipsa forma inscriptionum, desumptarum ex statuto, quæ videntur idem valere nam vendere rem cum omni iure et proprietate ab anno ad annum, vel a triennio ad triennium, et obligare eam cum omni iure et proprietate ac Dominio ab anno in annum, vel a triennio omnino sunt. Vt tamen hæc conclusio et doctrina sit secura, duo intuli contractu inseruanda iure omnino opus est. Alterum vt ille qui accipit hæc bona, habeat intentionem accipiendi ea cum omni iure Dominio et proprietate, modo obligatorio, et venditor similiter eadem intentione, eadem bona tradat, cuius hoc indicium erit, si vehit subiacere damnum

si quid occur-

quæ occurrerint nisi aliud pactum iuxta dicta faciat et compenset periculum damnorum.
Ratio huius est. Quia hic erit reuera venditio mera iuxta ea quæ diximus, et nisi adsit hæc intentio non acquiret dominium rei, et non poterit bona conscientia postea repetere totam summam; aut certe restituendi erunt quos tempore intermedio accepit. Alterum est vt compensatio fiat oneris huius quos alter paratus esse debebit et obligabitur ad redimendum. Vbi fuerit accusatus hoc enim est onus precio æstimabile.

DICES. Imo. Atqui etiam emptor idem onus subit, quia etiam ipse vbi fuerit auisatus, debet esse paratus et quidem sub pœnis ad redimendo ea bona. Ergo onus onere compensabit.

Rides. Nego sequellam. Emptor enim hoc onus compensat sibi quia dat minus pretium propterea quod illis bonis onus hoc inhæret. Vnde bona est compensatio oneris: venditor autem ob simile onus quod debet esse paratus et obligatus post auisationem ad redimendum, summamq; restituendam; nullam accipit compensationem, atque ita ipsi fit in hoc non leuis iniuria.

DICES 2do. Qualis ergo debet esse compensatio venditori pro hoc onere?

Rideo. Triplex potest inueniri. Prima est. Vt plus pecunia ipsi des quàm dedisses si non fuisses illi hoc onus, vt post tuam auisationem teneatur redimere, idque sub pœna, si enim pro quo tu teneris redendere post eius auisationem, ipse minorem summam ate accipit, tu quoque compensationem similis oneris deberes. Plus dare pecuniæ non repetendæ quam ratione oneris. Secunda. Vt fructibus perceptis ex illis bonis compenses, quot annis nempe des partem pretij ad arbitrium boni viri, vel per modum frendæ solutas, quod omnino faciendum, si sit magna quantitas summæ et fructuum, nisi ipse libens et ultro, et non adactus id tibi donet, vel certe post tempus bona per modicam arendam tradas. Tertia. Si feceris melioratione notabilem bonis, ut exemplibus venditor magnum post modum fructum habebit, verbi causa ædificaris domos, plantaueris vineas, stagna feceris, non repetes pro hoc compensationem.

Tertia Conclusio. Quod si hic contractus modo obligatorio cum omnibus iuribus, dominio, et proprietate inscriptus talis sit vt non apponatur venditori obligatio, vt minoris quolibet præfinito tempore redimere, licet fiat ab anno ad annum; siue a triennio ad triennium, aut alias magis iustus et securus, de non erit compensare necesse venditori, dummodo sit vera emptio ad tale tempus præfinitum. Ratio est. Quia magis accedit ad strictam rationem pa-

di deretroneu-

di de retrouendendo, et quia tantum imponitur onus emptori, vt teneatur revendere præfinito tempore ideò hic minorem dat summam, quàm dedisset si sine onere hoc ea emisset bona. Addicit, dummodo vera fuerit emptio propter dicta, alias erit signum si subtraxerit damnis bonorum vsucta ea quæ diximus. Et verba hic modus facilimus esse, et non est quod eum reformident qui dant pecuniam, nam suam non perdent, si quidem ille qui eam accipit eum dederit bona quæ plures conservabant, aut ipse reemet aut eius heredes, et quamvis non reemerent, nec summa redderet tamen haberet bona quæ vt dixi æquivalent summæ, imò ipsum superant, et denique interim dum non redit summa, percipit fructus satis bonos et maiores quam illa summa, si absolute emeretur, ami posset.

DICES Primo. Atqui semper hic esset sub onere et timore reemptionis nec posset illa bona meliorare propter hunc timorem.

Rŏdeo Hoc onus compensatur illi, quia ratione huius oneris plus fructuum percipit quam perciperet, si bona æquivalenti pecunia omnino emisset. Quod ad timorem attinet, non est quod timeat quia præfinitum est tempus ad annum, vel ad triennium. Deinde potest in pactum deduci conditio vt si non redimerit tempore præfinito apponatur aliqua pena non redimenti, seu minimum id quod damnum emergens; aut lucrum cessans, ad quod posset habere ius emptor illud repetendo si vel non summam sibi debitam de censu. Quod si tunc venditus ipse de illa pena voluerit redimere bona, liberè id faciet quo ad summam, nec id imputebitur emptori loquendo de summa ipsa, de qua non venit venditorem. Quod denique dicitur de melioratione, certum est non debere eam separare absolute loquendo, cum bona illa sub onere redemptionis teneat, nisi sit melioratio quam sibi facile compensabit fructibus. Si tamen esset extra ordinaria melioratio, iudicio boni viri esset ea pensanda à venditore. Consultius esset de tali melioratione conuenire.

DICES Sexto Quid si aduenient tempore præfinito non fecerit auisationem temporis de redimendi onere, nec redemerit, iam cum est tempus quid faciet emptor: debet ne illum citare ad redemptionem, aut quomodo se debet gerere.

Rŏdeo Ex vi talis emptionis et contractus in tertia hac Conclusione explicati non potest, quia non habet obligationem venditor redimendi, sed tantum ipse redimendi, elapso ergo tempore teneat ad annum triennium. Quod si interim post illam auisationem, quam fecit venditor, non redimat bonos, et fecerit in causa vt emptor aliquos sumptus fecerit in qua redimendo alios bonos, at contrarium

cum alteris

cum altero, unde postea aut damnificetur: aut lucrum sibi crescat, potest agere cum venditore de de-
cimis, non tamen de summa, quam tamen si infra dicta bona erit restituere non ita faciet adductus ab
emptore, sed ipse sibi causa erit.

Quarta Conclusio Precium quale debeat esse bonorum in tali emptione
et venditione, sive fiat infra priorem, sive infra posteriorem formam statuti constat ex dictis. Quæst. 2ª
Dub. 3. apud nos ita datur precium ut accipiantur centum florenj à mille, id que si postmodum
per flumina eadem bona eidem venditori tradantur, forte posset id iustificari tum ex eo quod indi-
ne predictum talis summa sit moderata respectu bonorum quæ et conducuntur et arendantur:
tum ex eo quo modo difficilis sit apud nos ratio habendi à pecunia propter bella magna expeditur,
et magna satis copia sit bonorum, sicut ergo cum est magna copia merces diminuitur de precio, si illa
certa necessaria quam precium, ita et vice versa, alias modo peccarent in Moschonio
aliqui centum florenis venduntur borem, aut decem florenis quartam partem olim cremati; et tamen
scribebat eo quo est magna copia pecunia et penuria merces. Ita quia apud nos in Polonia magis
quæ pecunia quam bonis et mercibus, videntur posse ex hoc capite excusari et iustificari. Sepabet
de quia iam modo qui servaria solutione acquirunt pecuniam, libenter dant procentum 12 et 15
florenes eo quod negocient magna pecunia summam. Hoc quod diximus habet fundamentum inde-
clinabile Molinæ tomo 2 de contractibus disputa. 46.

Quinta Conclusio Si fiat datio pecuniæ in bona alterius, nulla
intercedente harum conditionum, erit mera fastura, sive datio pecuniæ super bona, alias oppignoratio
debitique obligationem restitutionis fructuum acceptorum. Ratio est Quia nullus est titulus iustus
ex hoc cur illi fructus percipiantur, non erit venditio seu obligatio cum omni iure, dominio, et
proprietate, si quidem non subiacet damnis emptor, quia ergo redit tota summa, et si non redirent
tenetur de restitutione ipsius alterum cuius habet bona, cuidens est fructus ex bonis non alia ratio-
ne quam ratione nullius esse perceptos, et ita talis non facit contractum priorem, sed tantum transit
in oppignorationem, quæ nulla ratione iustificari potest. Ille etiam quia non vendidit sua bona, dicen-
dum est quod oppignoraverit. Argumenta quibus se tales tuentur solvemus infra quando agemus de usura.

DICES Primo. Atqui etiam prior ille contractus, maxime si fiat obli-

gatorio.

Galorio modo, seu posteriori forma inscriptionis statuti vocatur Jastawa. Ergo hoc est illicitum quod dicitur hac conclusione et illud erit illicitum, aut sic: Illud licitum, et hoc similiter.

Rudeo Nego sequelam. Vt ex dictis constat, neque enim ex abusu nominum et verborum natura nominum et verborum natura rerum et contractuum estimanda est, nec sunt verba tantopere attendenda. Licet ergo quo ad formam verborum quæ etiam ponuntur in hac secunda forma inscriptionis videatur quis per viam mutui dare pecuniam in bona alterius, non tamen quo ad rem iudicium faciendum est iuxta verborum formam apparentem, quanquam de ostendi illa verba statuti posterioris non significent rationem mutui, sed venditionem, si quidem res ipsa habet inse conditiones expressas de vendi et iusti contractus cum pacto retrovendendi, alias. Vide ibi. Cæ. autem hic contractus habens prædictas conditiones vocatur Jastawa Ratio est. Quia magna est similitudo Jastawæ prout fit cum hoc contractu vbique vendit pecunia vbique bona redemit. Cum itaque Confessarius habet aliquem qui dicitur dedisse pecuniam in Jastawe vt vocant, non statim debet condemnare hominem sed bene considerata, sed videre debet naturam contractus, rationem ac modum quo factus est, et regulat se secundum dictas conclusiones conclusionibus. Quod si viderit meram Jastawam fuisse primo de præteritis videat an statim gatus ad restitutionem, vt ad eam sit paratus faciendam vel illi a quo tenuit bona vel heredibus, vel suum confessarius illis, paupertibus, aut vt petat id sibi condonari, vel dum bona restituet accepta pecunia, si fecit impensas non petat compensationem, si tamen bona fide tenuit illa bona, et voluit optime contractu fructum sibi facere, non facile est condemnandus qui hac ratione tenuit bona, dummodo sincere agat. Secundo Debitoris curent, aut rescindi contractum; aut mutari vt velit sibi facere damnis bonorum illorum tanquam prioribus cum sub illud tempus sua sint.

DICES 2do Non multum refert dicebatur an quis illo, an vero hoc modo teneat hæc bona, et det pecuniam ob hanc contractuum horum similitudinem imo et fere qui æqualiter ex hoc atque ex illo modo percipiuntur.

Rudeo Multum refert si quidem si illo contractu teneat tanquam ere sua empta percipit fructus, si autem hoc posteriori, non ere sua sed ex aliena, sicut accipit Dominus ejus a cista pecuniam, accipit fructus ex eadem sua, possunt accipere fructus æquales, sed ille bona titulo, hic vt fur. Eodem modo habet

quis cum bona

gis cum vxore et ex ea suscipit filios, vel habitat cum concubina et ex ea suscipit filios, et tamen de bono contractu, hic pessime. Ita et hic res se habet. Quomodo autem hic contractus merk
stawk et pacti retrouendendi, siue Wyderkawy, etinquo differat, ex dictis facile deducitur.

DISPVTATIO V.

De Arendis, & locationibus.

Locatio est contractus quo res immobilis ad minus tempus quam ad decennium; aut mobilis quoquecunque, ad vsum, aut etiam ad vsum fructuum proprecio conceditur. Locationi respondet conductio, sicut emptio venditioni, vnus ergo et idem est contractus locatio et conductio, sicut venditio et emptio. Atque illa descriptio locationis propria, simplex et stricte, nam potest esse locatio rei immobilis ad longius etiam tempus, potest item fieri non pro pretio sed etiam pro fructibus eiusdem rei, vt si loces alicui hortum vt tibi det certam partem fructuum, aut agrum arandum vt det aliquid frugum. Sunt et hæ locationes, si locatio laboris modo sumatur, licet ab aliquibus hi contractus vocentur innominati, regulantur tamen doctrina et legibus de locatione.

Triplex autem potest cogitari et esse locatio. Prima Cuiquam sit ad vsum alterius, quomodo locatur domus ad habitandum, vestis, torques ad ornatum, supellex domestica ad vsum similiter. Secunda. Quæ sit ad vsum fructuum, quomodo horti, agri, prædia, pagi, molendina, pagus, lactifera, pecudes et bacchæ, oues, sues, locari solent.

Tertia Qua quicq ad obsequium tantum locatur, vt equum ad equitandum et iter faciendum, omnes ad famulatum. Prima et tertia nomine locationis et conductionis vocatur. Secunda nomine strendæ, quare et nos de vtrisque hic agemus, siquidem etiam strenda locatio est. Quomodo ergo hæ se habere debeant, in sequentibus.

Quæstio I.

QVAESTIO. I.

De locatione rei ad vsum.

Potest vt dixi ad vsum locari res, quando non pro ipsa re (quanquam hoc in omni locatione locum habet neque enim arendarius dat precium pro ipso predio verb. Cai. vt dicemus) sed pro vsu ipsius rei vt est domus, vestis, torquis, supellex &c. datur precium. Est ergo difficultas an licet locatio horum et quomodo iniusta esse possit.

DVBITATIO. I.

An locatio domus, vestis, suppellectilis &c. sit licita?

Ratio dubitandi esse potest quia pro vsu non videtur esse licitum aliquid accipere, nam hac ratione vsurarii omnes excusarentur, qui pro vsu pecuniæ accipiunt interesse, quod tamen illicitum esse infra ostendemus. Sed qui hic etiam pro vsu domus tantum videretur accipi precium, si quidem vt dixi domus ipsa emitur et redit integra ad dominum. Sic de aliis. Ergo &c.

Conclusio. Licita est huiusmodi rerum locatio. Est communis.

Probatur. Tum quia vsus talium rerum est precio æstimabilis, estque distinctus ab ipsa domo, siquidem dominium domus est penes locatorem, dominium vsus penes conductorem: tum quia secundum verbi causa locata casu absumatur incendio, damnum est penes locatorem, tunc enim non tenetur conductor soluere precium, et si illud iam soluit, tenetur id ipsi locator restituere, aut precedere aliam domum. Quod idem dico si vestis furto casu non per negligentiam conductoris auferatur vel cum abit cum torque à locatore conductor spolietur sine vlla sua culpa: præterea: tum quia si postquam domus est locata, pestis inuasit ciuitatem, vnde ipse non potuit vsus, neque eius vsum habuit alteri locando, etiam non tenetur ad precium eo quod non fuerit in vsu domus: tum quia sine sua culpa non vtatur domo, aut eam cultabiliter deserat.

Vide infra fol. 553.

Ita communiter autores, et est conclusio euidens, et exdictis patet.

Quarta Conclusio. Si aliquid de domo furto auferatur, aut damnum Domino inferatur sciente famulo, et valente impedire, si non impedit, tunc potest illi minui de pretio, quando sutilli demandata cura illius rei in qua damnificatur dominus vel si illi expectiari non incumbebat custodire, et fuit negligens. Et doctrina communis. Molina cum decreuit Dsprat. 5ª5 infine. Vbi docet non tantum id esse verum quando sciente famulo et valente impedire, damnum illatum est: sed etiam si fuit culpa leui.

Dices Quid si famulus non potuit impedire propter maiorem timorem ad quid tenetur?

Rndeo Tenetur admonere dominum inferentem vt id restituat quod si nolet restituere debet manifestare delinquentem vt si resarcitur damnum, id quod si non occurreret alia via ad resarciendum, et posset sine suo magno periculo manifestare. Vt hoc de famulo cui ex officio incumbit custodire rem illam, et præcauere damna, nam si sint famuli quibus id ex officio non incumbit, cum videant dominum fieri Domino, et non impediunt cum non possint, peccabunt quidem non tamen tenentur restituere. Quare illis posset diminui de pretio, his non.

Quinta Conclusio. Si quis conducat famulum, et ipse incidat in morbum, vt eo non possit vti Dominus non tenetur illi pro rata temporis quo infirmetur soluere pensionem. Ita Molina Disp 492. Quam tamen doctrinam putarem ita limitandam. Primo, si sit seruus de famulo cuius opera verbi causa conducitur pro uno aut pluribus diebus, et ille propter infirmitatem nihil laborauit, tunc enim certum est posse Dominum non dare pensionem. Deinde si sit seruus de famulo qui seruit verbi causa per annum, et aliquo tempore breui vt fit interhomines, infirmetur, non est valde instum vt illi Dominus pro illo tempore de pensione minuat, quia damnum tale nemo solitus tenetur, et alias facilè compensabit, aut iam compensauit ante moram tempore quo infirmabatur. Si tamen per longum tempus duret infirmitas, iustè fiet diminutio, quamquam non faciet id Dominus amans serui, habita præsertim ratione affectus quem habuit et habiturus est seruus erga suum dominum cuius comodum. Præterea. Et illa sunt hic certa, quicunque sint illi famuli, et breui sine longiori tempore infirmentur, promeriti illis debere

à domino.

à Domino quibus ordinarie opus habent ad commodam vitæ sustentationem, vt non pellere eos domo nisi locum velint alium providere; Item trahere victui necessaria. Denique, si egeret medicina infirmus non tenetur è proprio dominus facere expensas, sed fieri deberent ex pensione et precio famuli. Quanquam si in negotio domini supra debitum famulus contraxit morbum, impensis dni curari debent.

QVAESTIO. IV.
De Subditis.

Per subditos hîc accipio colonos et alios rusticos siue incolas habitantes in bonis Dominorum, et habentes suas domos, agros, hortos, et similia, qui eam rationem quandam famulorum habent ea quod locent suas dominis suis operas, dum accipiunt à domino fundum, agrum, hortum, inuentia, et similia, pro quibus obligati sunt suis Dominis. Hæc autem obligatio varia est pro varietate regionum, nos hoc nunc tantum de obligatione subditorum in nostra Polonia quam debeant Dominis suis, et quam possint abillis domini iuste exigere et requirere. Suppono autem illud hîc tanquam certum: subditos dominorum in nostra Polonia proprie non esse seruos, quare non debere Dominos cum illis vt cum seruis procedere. Quid autem hîc faciendum Dominis vt nihil contra iusticiam admittant constabit insequentibus.

DVBITATIO. I.
An subditi possint alijs dominis discedere præter et contra voluntatem ipsorum?

Resolutio huius dubitationis habetur aliqua ex parte in lege Polonico. Ita enim habet Constitutio Casimiri Anno 1360. facta, Cum omnibus Cmetonibus vt abire possint, si propter excessum domini deprædentur, nisi concedit, vel si Dominus filiam vxorem ne Cmetonis spreuerit, vel si sententiam excommunicationis per annum sustinuerit.

Prima Conclu-

Prima Conclusio. Non licet subdito absque causa discedere siue fugere a Domino, et si fugierit tenetur redire si eum uelit Dominus habere; habetque Dominus ius illum repetendi. Et doctrina certa et fundata in iure Polonico. Ratio ipsius manifesta est quia quatenus res alienæ debet reddi Domino, at subditi hi qui fugierunt sunt alieni, ergo &c. habent enim dominii ius ad eorum operas, quas ita obligarunt Vt ipsi et ipsorum filij teneantur eas perdere quandiu eorum liberos non fecerit, Et in hoc nostri subditi videntur esse similes seruis.

Dices. Quid si immineat periculum graue subditis redire volentibus?

Rides. Iure prouidere debeat subditus ne periculum subeat, nec enim tenetur cum omni suo periculo.

Secunda Conclusio. Si fugiat subditus contra Domini voluntatem, nec habuit iustam fugiendi causam, non potest se redimere si Dominus nolit, sed redire debet ad dominum. Et hæc Conclusio habetur in Iure Polonico Anno 1543. De hac re Constitutio à Rege Sygismundo facta Vt Cneto profugus non redimatur decem Marcarum pœnâ, vel vlla alia summa, sed restituatur.

Probatur. Quia cum se in perpetuum tradidit domino quo ad operas, non potest contra voluntatem ipsius reclami, quomodo enim res aliena in bilo Domino et non consentiente vendi et emi potest. Hæc tamen doctrina æquitatis et Epichegiâ cuiusdam habenda est, se rationem monent autores, quæ postulat Vt aliquando occurrentibus certis causis debeat Dominus consentire adhoc, Vt redire se possit subditus sui Cneto. Et fundamentum huius est, quia Cneto non est omnino seruus, sed sponte, et certis pactis subdidit se alterius Dominio; in libera autem et spontanea subiectione æquitas et Epichegia habere debet locum, quando iusta occurrent causa, si quidem quilibere et sponte se subdit alteri, intelligit se subdere salua omni æquitate, æquum autem est vt quando id requirit iusta causa, liber esse possit.

Tertia Conclusio. Ratio ob quam æquum est Vt Dominus permittat subdito hanc sui eliberationem; est status nobilior in quo est positus, Vt sius ciuitatis acquisiuit, et ciuis factus sit. Probatur. Cum quia hoc ipsum cedit in honorem Domini quod sui

subditis magni

subditis magis prodeunt: tum qui nulla hic fit domino iniuria, si quidem ille precio, quod redimendo se dat subditus potest alius prouideri: tum quia obligatio quasi obligauit subditus mansurum se apud dominum, ipsius vtilitatem et commodum orta est ex illis impensis quas fecit dominus locando et conducendo ac constituendo subditum, sed hæ impensæ non sunt tantæ vt constringant in tali seruitute hominem vt non posset interueniente dicta causa fieri liber compensatis damnis si quæ habiturus est Dominus.

Quarta Conclusio. Pretium quo redimere se debet subditus non debet æstimari bonitate status in quo est positus, sed arbitrio boni et prudentis viri habita ratione eorum quæ dominus possidet ab illo subdito, siue onus verbi causa, domum, agrum, et si quæ alia superseruerunt, et quia potest in eorum locum collocare alium, qui eundem fructum sibi faciat. Hæc Conclusio facile esse patet, quia non afferunt vnde iniuriam magnam et damnum Dominus patiatur. Quod vero suus subditus habeat bene et sit factus dives, id Deo benedicente fortunæ industriæ, ac laboris ipsius attribuendum est. Vnde dicunt autores hic aliquod pretium iustum esse, quod vere pretium dici et esse debeat in hac materia, potius ergo id quod offert adsuri redemptionem subditus loco muneris esse, et accipi debet ingratitudinem quod liber à Domino dimittatur.

Obiicies. Et tamen est constitutio facta Cracouiæ Anno 1588. vbi decernitur ne vltra quingentas marcas profugus subditus æstimetur, idque computatis omnibus vsque filijs et alijs cum quibus fugit.

Rudeo Bene notat vnus neotericus hac conclusione tantum damnari excessum in precio ubi quando, quod ponitur et ponebatur incitationibus de subditis recuperandis, poneroque certum summam quem si quis excedat (excipit tamen districtum Belgensem) nulla erit alteris actio, non vero fatebor certum et iustum pretium. Inde ergo non sequitur profugum subditum æstimandum quingentis marcis quas in conscientia possit tuto accipere, sed incitationibus non ponendum maius pretium finis Statuto hic valeat. Cuius rei simile etiam quid habetur in iure Cesareo, De fraude facta in emptione.

Quinta Conclusio. Iustis tamen de causis iniuste expressis, potest fieri subditus à Domino, et redire nec redimere se tenetur nisi præsentis illæ causæ, aut illa sufficiens commutatio. Est doctrina communis et sequitur ex dictis.

DVBITATIO. II.

Cui exigendi labores a Subditis, et qui non?

Prima Conclusio. Secundum antiquam Polonie consuetudinem non tenebantur subditi laborare Domino nisi uno die in hebdomada, et id liberum fuit redimere pecunia. Habetur hoc in constitutione Sygismundi Primo 1520. Imo ante hanc constitutionem, ad nullos labores obligabantur, sed tantum persolvebant certas pensiones exfundis et agris: post modum unus dies laboris exactus, tum duo, tum tres in bonis spiritualibus, tum quatuor in bonis nobilium. Quod breve apud non nullos singulis laborent diebus, multo mire introductum est. Equidem iuste poterant agri dies hi laborum imo et censuum sine pensionum autoritate publica, si quidem ante erat aferum satis, et ita poterant uberiori pretio locari, post modum aucto hominum numero quia agri coperunt esse in maiori pretio, iuste et census et labores pro illis agris exacti sunt maiores tempore enim augentur pretia rerum.

Secunda Conclusio. Vt rustici laborent singulis diebus domino, ubi debet omnino iustum. Probatur. Tum quia hoc est ubi subdito ubi servo si quidem totum ei tempus acipitur, ita ut quid quid vivit vivat Domino, non sunt autem subditi servi: tum quia illa quæ accepe- unt a suis Dominis fundum nempe, agrum, minuta de non sunt tanti quanti valent huiusmodi abores. Excusatur tamen illa consuetudo in ista ubi subditi tota hebdomada singulis diebus enentur laborare Domino a meridie, nam si illi dies in integros computentur, non plures erunt uam tres. An autem possint hi dies medij mutari ut laborent tres continuos integros. i queras Rudes id fieri posse procommoditate et Domini, et sine subditi gravamine, a d uod quainter inducendi dummodo res altemperetur ut non fiat onus rusticis, quod fieret ob ulpa occurrentia, ita enim deberet fieri nec hæc fasia solis rusticis obveniant: loquor de- ictis quos tenentur ipsi observare nuda dicta alias.

Tertia Conclu.

Tertia Conclusio.

Multo magis iniustum est vbi opera rusticorum die Dominico aut festo quod celebratur, fiue id fiat ad hoc vt teneantur suis equis ad templum, fiue alia quauis ratione, est id et contra rusticum vt esse patet, et contra festorum obseruationem.

Quarta Conclusio.

Vectura rusticis impositę sunt cum iniustitia, si fiant ad longam valde distantiam, idque sepius in anno ad libitum Domini, et proprio subditorum sumptu nisi excuset quod tunc liberantur ab aliis laboribus, aut habeant satis agri, quod ipsum compensare potest illorum expensas, et fiat aliquiet dierum ante et post iter condonatio laborum ad se compensandos, et post modum ad quietem. Consuetudines hic pure, si non sit aliquid ex his quę dicimus, non sunt allegandę, sunt enim potius abusus, et oppressiones ac exulcerationes pauperum. Illud hic aduertendum vsum harum vecturarum non vbique in nostra Polonia esse tam frequentem aut vniformem, in Russia et in Lituania maximus earum vsus et frequentior, forte propter supradictas excusari possit et per hoc quod hic rustici non tantum laborant Domino aliis anni partibus quibus non vigent istę vecturę, atque laborant alibi, hic enim cum arandum est, quatuor vel sex rustici iungunt suos bones ad aratrum, equo duo vehunt quoquo vehunt aut conuehunt; alibi quisque suum aratrum mittit ad Domini laborem, et dum vehendum aliquid bonus alibi equivalet nostris octonis aut duobus in Russia, et tamen hic plus agri habent quam alibi. Videtur ergo quod his vecturis non multum onerantur hic subditi, dummodo seruentur quę in memoratis.

Quinta Conclusio.

Solent etiam Domini contributiones imponere subditis faciendas, dum illis verbi causa eundum est aliquo, vt aut vestes comparent haydonibus, vel colligant certam pecuniam pro viatico vt vocant: vel vt teneantur expedire suos filios e cunabulo ibidem, qui sint Domino loco famulorum aut Haydonum. Hanc consuetudinem ab iniustitia non possumus excusare, cum et nullo iure fiat et abusu ac tyrannide Dominorum introducta sit, et nulla fuit compensatio condonatione laborum aut pensionum aliis debitarum.

Sexta Conclusio.

Viget et alicubi illa consuetudo vt certis temporibus, messis nempe, inbeantur subditi binos aut etiam ternos exbuc domo expedire ad laborem, quam etiam video practicari apud viros timoratos et spirituales ac Ecclesiasticos, putes non adeo esse

non adeo esse iustum, tum quia id in nullo iure video expressum: tum quia onerantur multum subditi, tali præsertim tempore quo et ipsis laborandum est circa sua, cum eadem sit necessitas ipsorum tum quæ et aliorum, et tamen avocantur à suis laboribus. Quia tamen est quædam praxis ordinaria vt id fiat etiam ab Ecclesiasticis, non audeo simpliciter eum condemnare, cuperem tamen id non fieri. Existimo igitur Primò id introductum esse ob maiorem necessitatem Dominorum, cum enim hi plus agrorum, et per consequens fructuum habeant qui colligendi sunt tempestiue ne aut corrumpantur, aut tarda collectione impediantur post modum subditi atem pestiua cultura et fatione agrorum tam Domini quam sui prosequenti hyeme. Videtur et in fauorem subditorum videbatur esse, quia facile in id consenserunt subditi.

Secundo. Non fiebat hoc ordinarie sine compensatione, imò et raro fiebat, et tum diabatur ibus et potius illis personis quæ adimplebantur seu expediebantur vltra debitum ordinarium, et hoc me monet vt putem quia video apud timoratos et spirituales ac Ecclesiasticos ita fieri aut saltem si non fit, debere fieri.

Obiicies 1°. Atqui si subditus nolit consentire in hos labores magnos tantasque pensiones potest pelli à Domino, et alter instituí qui in hæc omnia consentiet, ergo ad euitandum hoc et ipse consentiet, et ego non teneor propter hoc qui non consentit pati damnum, quod non patiar ponendo alium.

Rudeo. In primis non esset hæc iusta causa expulsionis subditi, quia obrem habitam tibi denegatam ipsum pelleres. Deinde vtique alterum potes bona conscientia maioribus grauare oneribus cum non sint tanti vt offendi, illa quæ tu pro illius laboribus et operis illi tribuisti.

Obiicies 2do. Atqui hos labores sæpius Domini impetrant à suis subditis ergo tum non onerabuntur quia rogati facient?

Rudeo. Suspectas esse preces Dominorum quas faciunt Domini ad subditos, sunt enim preces armatæ, nec tam libenter quàm potius reuerenter, et vt effugiant manus malum faciunt, quid quid ad instantiam precum à Dominis facturum promittunt et præstant. Si tamen petierunt sua-

uiter promit-

inter promittendo compensationem aut remissionem aliquam laborum alio tempore, excusare possint.

Obiicies 8to Atqui ego emi siue acquisiui bona debitis talibus laboribus et oneribus oneratos, et solui hoc bene, ergo licite id exigo quod alter exigebat, et possem dum mihi vendebat.

Respondeo. Nego consequentiam, nec enim immittari debemus mala, neque errores alterius, et res iuste possessa quomodo sicut et bene dicta et emi potest vt bona fide possideatur. Etenim iniquior ac ter fuit iniustus exactor, oppressor ac usurarator pauperum, ergo et ego qui ipsi succedo esse debeo talis, nisi bellis bna cum illo inferni penas experiri, et condignam probis excessibus etiam iustiores meritis ama

7 pere.

DISPVTATIO VI.

DE CENSV

Census nomine hic proprie intelligimus pensionem certam quæ datur alicui super immobili gravem subiectionis siue alia iusta de causa, vel vt alij volunt Census est ius exigendi certam pensionem ex bonis alterius. Ex duplici autem causa oritur census, vel quia reservatur aliqua pensio super bona alteri tradita, et hic dicitur census reservatiuus; vel quia consignatur pensio super immobilibus alterius, manente Dominio directo et vtili penes eum qui concedit illam pensionem, quod potest fieri vel perdenationem, vt si quis iustis bonis concedat alicui certum aureos annuos, vel certe emptione cum quis iusto pretio emit sibi ius in bonis alicuius vt ex illis liceat sibi certis temporibus pensionem exigere, vel titulo compensationis pro obsequijs &c. Et hic dicitur census consignatiuus. De priori censu nulla est difficultas, tantum ergo agemus de censu consignatiuo, et quidem eo qui habetur ratione emptionis. Quid enim de aliis censibus ratione aliorum titulorum possessis, dicendum sit ex hoc constabit.

QVAESTIO. 1.

De reali censu consignatiuo.

Potest acqui-

Potest acquiri per emptionem ius exigendi censualem pensionem sine in re sine in persona; Jure consignatur hoc ius quando quis super certa re bonis & c aliquibus vel domo obligat solvuen censu.

DVBITATIO, I.

Quotuplex sit census realis?

Tum ratione durationis sive temporis quanto sit, distingui solet et debet realis census ratione pensionis solvendæ: tum ex parte modi. Prima divisio Alius est perpetuus; alius temporalis Secunda divisio Alius est fructuarius alius pecuniarius. Ratione modi Alius redimibilis, alius irredimibilis.

Prima Conclusio. Census fructuarius est quando pensio census

alis est fructus alicujus rei fructiferæ, quomodocunque fiat sive quanta cunque pars statuatur fructuum pendenda. Census vero pecuniarius quando ex re illa fructifera census pecunia solvitur.

Secunda Conclusio. Census perpetuus est qui durat ad tem-

pus non prefixum; temporalis, qui durat vel ad certum numerum annorum, vel ad vitam alicujus non prefixam; redimibilis sive amentis censum, et hic vocatur etiam vitalicius. Quod si hic census possit redimi ita vt liberum sit venditori restituere pecuniam et se liberare ab onere solvendi censum, conceditur que illi ad hoc facultas, dicitur census redimibilis, si non est liberum dicitur irredimibilis, quia ad hoc non datur facultas venditori.

DVBITATIO, II.

An licitum sit emere censum realem?

De omni censu reali incta explicationem datam priori Dubitatione, procedit dubitatio
Alt Henricus Gadanensis quol libeto 8. Quæst 24 et Salicetus in autentica ad hæc Cap. de Usu-
ris dicunt non esse licitum hunc contractum, sed omnino Usurarium esse.

Prima Conclusio. Emere censum mre aliqua fructifera est licitum.

Ita communiter omnes Doctores contra citatos. Definita est hæc doctrina a Martino V. incipit
vagante 1ª et Clementina 3ª Idem habetur etiam in re simili.

Probatur. Tum à simili, quia consignatus census realis per donationem est licitus, ergo et per em-
ptionem ac emphyteosim licitus erit, siquidem sicut alienare per donationem ita et per venditionem
aliquid sum si est æstimabile pecuniæ, licitus est, Possessio item rei acquisite sicut per donationem
ita et per emptionem est licita, at hic est vera emptio census sine pensionis realis ergo licita: tum
quia sicut vendere integra bona ac ea emere est licitum, ita et partem bonorum, at census est
pars ad partem bonorum, ergo &c.

Secunda Conclusio. Vt census sit licitus debet consignari super re
fructifera. Est communis. Quia census est mis emptum ad fructus percipiendos. Si autem res non
esset fructifera quomodo posset ex illa pensio exigi. Talis autem est res agri, domus, fundus, aut officina
aliqua, instrumenta &c.

Tertia Conclusio. Necessarium quoque est actu fieri contractus
censualis vt mis exigendi pensiones emptas ex bonis eius apud quem emisti censum, tibi inscribendas
Est communis. Quia per hoc emptor fit Dominus rei pendendæ.

Quarta Conclusio. Determinare certum tempus census temporalis
est etiam licitum. Patet est, quia licitum est vendere fructus coramque partem, ad quod cui libet
venerit tempus, ergo et mis ad illos via emptionis concedere imo et acquirere erit licitum, hæc au-
tem est vendere et emere censum. Vt autem intelligas naturam census temporalis, nota eorum
aliqui esse censum temporalem qui emitur ad certum numerum annorum; alium qui ad incertum, qui-
dem annorum; ad certum tamen tempus verbi causa ad vitam emptoris vel venditoris, de hoc se-
quenti Conclusione. Loquendo de primo, is dupliciter constitui potest. primo ita vt omnes pensiones simul

Sumptæ non excre-

sumptâ non excedant summam capitalem sed eam omnino æquent. Verbi causa do 80 florenos alic
eam ad decennium Vt mihi singulis annis pendat quinque, post decem annos summa percepta æ-
quatur illis quinquaginta florenis, nec eos excedit. Secundo Ita vt summa percepta excedat
summam capitalem. Verbi causa do alicui quindecem millia florenorum ad viginti annos vt mihi
singulis annis pendat mille, excedet percepta summam datam. In hoc casu non repetitur sum
ma capitalis elapso tempore determinato, sed exigitur perpetuo, et vtrumque talem censum
licitum esse docent autores. De primo manifestum est quia accedit ad rationem mutui quod per
partes exigitur et nihil supra accipitur. De secundo, licet sit aliqua controversia inter auto-
res quod videatur aliqua intercedere Vsura, approbat eam tamen Molina Disput 385 eo
quod fructus in potentia percipiendi sunt viliores quam dum actu existentes simul emuntur, verum
quia tales census apud nos non sunt vsitati, de illis non disputo.

Quinta Conclusio. Census vitalicius, est licitus Colligitur ex Clementi-
na septima de rebus Ecclesiæ non alienandis. Ratio Conclusionis est, quia etiam talis census est
pretio æstimabilis et extra patet, ergo potest et vendi et emi. Notant autores quod ad pretium
talium censuum attinet debere illud æstimari juxta fructus qui ad illud tempus provenire possunt
habenda ergo ratio prolongationis vitæ, quamdiu nempe victurus est probabiliter, sunt ille qui ven-
dit sive ille qui emit, ratione cuius census est vitalicius. Computatis ergo annis quibus probabili
ter putatur victurus non debet dari tantum pretium quanti esset fructus per illud tempus, sed
minus, quia incerti sunt, opus ergo est hic arbitrio boni viri.

Sexta Conclusio. Census perpetuus realis sive est redimibilis sive irredimi-
bilis licitus est. Et communis sententia fere omnium.
Probatur. Quia census realis nihil aliud est quam emptio juris in re aliqua, sicut ergo qualibet res
mi potest vel relicta facultate Venditori vt rem quam vendit possit iterum redimere, vel nulla
relicta facultate, ita et census.

Septima Conclusio Censum hunc redimibilem seu temporalem posse
fieri cum pacto retinendi certum est. Idem enim videtur esse (vt bene Molina disp 385 & 389)

census redimi-

census redimibilis et in pacto retrouendendi, cùm ergo ab omnibus concedatur tanquam licitus census redimibilis, et in eum pacto retrouendendi institutus erit licitus. Et approbat eam Mo thęus 5ⁱ in extranaganti 1ª. Et Calixtus 3 in extranag. 2. Vt extat Molina Disp. 385. An autem possit institui census in fauorem emptoris, vt nempe teneatur venditor redimere et relinquatur emptori facultas repetendi pretium, negat Couarruuias, licet admittat emptionem aliarum rerum cum pacto retrouendendi licitam esse vt videmus, et videtur consentire Molina disputatione citata. Licet hic idem Disp. 389. et in explicatione Bullæ Pij. v. non audeat damnare cò modò contractum factum censualem et adducit prosę Medinam de Paris, Castr. vltima de censibus, et Glamm, tunc nimirum quando non soluet pensiones censuales venditor, et quando extranagantes Martini et Calixti approbant censum cum pacto retrouendendi, ubi hic non esset appositum onus hoc venditori, et fauor emptori. Non eo ipso damnant id supponunt, tur, vt bene Molina in explicatione Bullæ Pij v.. Ego quæ hac in re sentiam, illinc addo

Primum. Posset hic contractus, sicut et ille pacti retrouendendi quem diximus tolerari passim Tastawa, dummodo diligenter et sincere seruentur conditiones illius contractus, verum enim non videtur esse magna disparitas inter hunc contractum de quo hic agimus et illum, et erit vera emptio in ordine ad pensiones exigendas, non autem mutuum, et onus compensabitur, vbi qui census emit subiacere damnis rei fructiferæ, supra quam census finelatus, nisi in contrarium fiat pactum de periculo et de damnis.

Secundum. Non facilè hunc contractum suadendum iuxta ea quæ diximus Qual 2 Pub 1 Cap 2 ad 9 quia hic facilè possit vsura palliari, Si tamen quis occurreret Confessario in modatus tali contractu qui non formaret seruanda, non facile nec statim condemnandus esset vt bene Molina locis citatis.

Obiicies 1mo. Videtur hæc emptio census non esse aliud quam mutuum mutuale, datur enim pecunia, vt cum augmento restituatur.

Rudet. Falsum esse, est enim hic vera venditio et emptio, cum omnia quæ ad hanc desiderantur, hic reperiens, est merces nempe census quia est respectu æstimabilis, est pecunia quæ datur pro illo, sunt contrahentes, quia vterque habet Dominium rei suæ, ille census hic pecuniæ, et inten dit vterque transferre Dominium rei suæ. Ergo est emptio et venditio vera non virtuale mutuum.

Obijces 2dò.

Obiicies. 2do Hæc merx non videtur esse aliud quàm pecunia. Ergo hîc emitur pecunia pro pecunia, idque loquendo de pecuniario censu, do enim centum florenos vt singulis annis habeam septem, at hoc non aliud videtur esse vt dixi quàm dare mutuos 100 flor. et nomine illius mutui accipere cõmodum 7 nimirum flor. Erit ergo hîc vsura.

Rndeo. Hanc obiectionem non habere locum in censu fructuario vt patet, sed neque in pecuniario procedit bene enim in emptione census non tam emitur pecunia ipsa quam ius ad illam pecuniam, seu pensiones exigendas, vnde serio solutur catatur venditor, et ius ostenditur quod habet emptor ad easdem pensiones adpensiones. Neque vero commodum quod hîc habetur ita se habet vt in mutuo, hic in ratione mutui obtinent hoc cõmodum, atque ita vsurarie, at ibi bene per emptionem iuris ad pensiones sine censum sine pecunia. Vbi etiam notant communiter autores, quod licet sit in pactum deductum, vt pensio solvatur fructibus, potest tamen venditor etiam pecunia soluere, prout illi cõmodum fuerit, dummodo in hoc non grauetur emptor.

Obicies 3to. Aliquis emens censum seu dans pecuniam accipit totam summam intra paucum tempus ergo iam elapso illo tempore non iuste percipit vlterius fructus aut non merito recepit summam.

Rndeo. Hoc argumentum deterreret omnes venditiones et emptiones, aut faceret illicitas, nam iam et hic intra certum tempus et pecunia tota data reddit, et si iterum emptor vendat rem illam emptor alicui recipit summam. Dic vt ergo hîc non valet hoc argumentum, ita neque ibi.

DVBITATIO III.

Quod sit pretium realis census in stum, et quæ sint aliæ conditiones huius census?

Certum est hîc quoque habendam rationem iusti pretij, cum et census emptio naturam aliarum emptionum pretio æstimabilium habeat.

Prima Conclus.

Prima Conclusio.

Justum pretium census perpetui redimibilis illud est quod daretur proboris, quæ tantum fructus faceret quantum vis percensum habere. Et communis et habenda est hic ratio oneris si aut venditori aut emptori imponatur, non enim variari debet pretium iuxta dicta de contractu pacti retrouendendi.

Secunda Conclusio.

Sicut bonorum cum emuntur cum pacto retrouendendi varium et varium est pretium, ita et census annuus varius ac varie meriti, secundum consuetudinem bona et approbatæ. V. C. faciunt bona reditum annorum centum florenos manuum alijqui ementes ea cum tali pacto dant tria millia, alij duo, alij ad minimum unum mille, tantum ergo etiam et pro censu annuo pretium dari deberet. Apud nos in Regno Poloniæ ordinarij et iusti census sunt vt florenj 5 vel 7 annuatim pendendi emantur florenis centum.

Tertia Conclusio.

In hoc tamen pretio determinando habenda est ratio temporis, loci, periculorum, pecuniarum, penuriæ, copiæ eorum qui velint emere, hæc enim minuere vel augere posse pretium, tum bonorum tum censuum, vt diximus alias, et rouera alicubi bona possunt vili pretio emi eo quia sint inexsui hostili expositæ, vt in Ukraina, Idem dicendum de censibus. Item tempore belli quia est magna penuria et necessitas pecuniæ, vilius præbo emi bona diximus. Idem de alijs circumstantijs iudicium esto.

Quarta Conclusio.

Solet apponi hæc conditio in emptione census, vt si is qui vendidit censum non solvat pensiones intra duos vel tres annos, perdat rem suam quam est census consignatus. Hæc conditio videtur esse iniusta quia talis non acquirit emptor ius in rem ipsam sed tantum in censum, vnde census tantum potest repetere non rem ipsam. Sitamen pactum hoc fiat de hac conditione (sed pœna debet esse moderata respectu census et damni) licitus erit contractus, atque esset tunc iustum hanc pœnam exigere, quando esset in culpa vel negligentia venditor non solvendo.

Quinta Conclusio

Conditio illa si non solveris censum, aedas illum ad

summam capitalem et ratione additi census excrescat etiam summa; potest tolerari quando minimum est mea culpa venditor et damnum patiatur emptor, et tunc, etiam liceret sine culpa id fieret venditoris obligaretur venditor facere compensationem.

Sexta Conclusio Solet et illud apponi huic contractui vt si census est redimibilis, non redimatur dando summam per partes, sed integram. Et iusta conditio damni modo non ea fiat intentione vt hac ratione precludatur via ad redimendum, eo quia venditor non possit habere totam summam simul.

Septima Conclusio. Extrahere statim summam censualem ex capitali dum constituitur sine emitur census, vix videtur esse iustum si præsertim non debebat solui nisi infine anni Ratio est Quia potest hac mre fieri iniuria venditori, cum non omnia satisfecerit sua necessitati pecunia, neque vero fructus ex bonis mignibus est census emptus tam alto potuit haberi, Vnde quia facile hic intervenit vsura. dissuadendam esse hanc conditionem censent autores, non tamen cogendos ad restitutionem eos qui sic fecerint, quia rem suam acceperunt in principio, quam in fine anni acceptari erant.

Octava Conclusio Asecurare censum aliquando est omnino iustum, aliquando difficulter ab iniustitia excusatur. Et communis, explicatione tantum indiget. Prima pars illustratur, Ita asecurare censum et accipere pignus asecuratiuum vt venditor bona mignibus est census assignatus non onerat alijs censibus, est omnino licitum, quia potest quisque licite prouidere suis rebus, nam si ille onerarat, haberet emptor pignus quo posset esse securus de suo censu. Secunda pars ita explicatur. Facere asecurationem de certitudine census, et vt bona mignibus est assignatus futura sint fructifera sine non, infallibiliter sibi detur census, non debet iuste. Ratio est Quia ille census dependet à re, si ergo res fuerit corrupta, aque dependent fructus empti; sine ius emptum ad rem fructiferam, si casu redderetur infructifera, deberet et emptor subire damnum. Quod si tantum nouum pactum fieret de asecuratione, tunc minor debet esse census et summa capitalis qua emeratur maior quàm fuisset si non intercessisset hoc pactum. Certe nitali casu ego non putarem licitè emere decem pro Centum.

Bulla Pij. v.

Bulla Pij Quinti quæ videtur aliquantulum contraria his quæ diximus, forte vt mouet Molina non vbique est recepta.

QVAESTIO. II.

De censu personali.

CENSVS personalis est quando ius recipiendi pensiones emptas consignatur in sola persona non in re aliqua immobili quando nimirum ipsa persona obligat ad solutiones pensionum, siue hæc persona sit artifex aliquis, siue aliqua alia. Potest vero hic casus misceri cum plane modo quo et realis vt nempe sit ad certum numerum annorum, vel ad vitam, vel perpetuus, redimibilis aut irredimibilis. An ergo hic census sit licitus, et quomodo debeat fieri. Et Quæstio.

Prima Conclusio

Census personalis ad certum numerum annorum eta insistitus vt pensiones æquent summam capitalem. Et licitus, patet ex dictis quia hoc non est aliud quam permutare mutuo data recepturo per partes.

Secunda Conclusio.

Si vero ita fiat vt pensiones superent summam mixta dicta Quæst 1 Dub 2 Conclus. 4. est illicitus. Ita communiter autores et probabilius Molina Disp. 380. Ratio est quia id non aliud esset quam emere debitum in futurum solvendum minori pretio quam sit ipse, quod non licere diximus infra. Est autem differentia inter censum realem et hoc modo etiam fiat, et inter personalem, quod hic immediate ematur ius et debitum personale ad pensiones in futurum solvendas, quod nil valore æquale est quantitati pensionum: ibi vero ematur pars iuris mixe dependentis ab ipsa re. Vnde in tali emptione non emuntur pensiones nisi vt sunt impotentia rei, dependenterque à re. Cum autem ista pensiones vt sunt tantum rei, minus valeant quàm valeat, eo tempore quo percipiuntur fit vt minoris emi possint tunc, quàm cùm sunt iam actæ.

Tertia Conclusio

Si tamen esset aliquod damnum; aut lucrum cessans emptori.

emptori, & mercetur que periculum solvendarum pensionum, tunc possit deduci in pactum maior quantitas pensionum quam valeat ipsa summa, facta declaratione id fieri propter damnum aut lucrum cessans; aut periculum.

Quarta Conclusio.

Idem proportionaliter dicendum est de censu perpetuo, sive sit redimibilis sive irredimibilis quod diximus de temporali, nempe ex natura sua esse licitum. Excusareque tantum posse si intercederent illa quæ diximus tertia Conclus. et impraticabile tantum id fieri posset quando ipse homo indigens pecunia quisquis ille sit petit à te vt emas censum personalem, et tu times ea quæ diximus tertia Conclusione, potest instituere censum Si qui ergo sunt autores, vt sunt multi imo et Bullæ Pontificum damnantes censum personalem, loquuntur tunc quando omnia horum intercedit. Idem dicimus esto de censu personali vitalicio. Potest et alterius casus practicus occurrere in quo census personalis erit licitus tum perpetuus sive redimibilis sive irredimibilis: tum vitalicius. Sit vellis emere censum realem aut bona, et alter à te petit vt emas ab illo obligationem solvendi æqualem pensioni quam accepisses, si inquam te roget, potes emere, hic enim perdis censum realem ad ipsius instantiam.

Quinta Conclusio.

Pretium census personalis perpetui et vitalicii moderandum est, tum ratione periculorum damni, lucri, aut cessantis aut obuenientis: tum ratione aliorum de quibus diximus Quæst 1 Dub 3.

Obicies. Et tamen quando non solvitur census sive realis sive personalis, persona ipsa citatur et affligitur si non soluat, et aliquando bona superquæ census statuitur, minus sunt quo ad fructus quam postulet summa capitalis, vnde videtur in tali casu etiam super pensionum consignari, Ergo absolutè census personalis licitus est.

Respondeo verum est personam esse capacem vt se obliget ad aliquid, alias locationes suarum operarum esset inualida et pensiones personarum illicitè exigerentur, Nontamen sequitur census personales esse licitos esse. Ista enim de quibus obiectio fuit circa personas, quia illa sunt nomine rerum, quarum res acquiritur, ponunt ita quæ persona ille et citari et incarcerari, quia ius quod acquisiit ratione bonorum quæ tenent; vel ratione eorum quæ diximus in 3. et 4. Conclusione, teneantur illa præstare vt satisfaciant iuri permutationis emptionis acquisito.

DISPVTATIO. VII.
DE VSVRA

Missis quæ de vsuræ acceptationibus dici possunt, et obuium est legere apud autores prout vsura vicium est contractus ab aliis distinctus, sumitur pro lucro ex mutuo quod vi mutui datur intenditur et accipitur, vel etiam pro ipso contractu qui fit ratione mutui et lucri, nullo iure inpactum declinet, siue exacto. Hinc vides vsuræ fundamentum esse mutuum. Tria ergo expedienda hîc erunt.

I.^m Quid sit mutuum quod fundet vsuram.
II.^m An vsura sit licita.
III.^m In quibus lucris sit ratio vsuræ.

QVAESTIO. I^a. DE MVTVO.

Illud hîc quærimus quæ sit natura mutui, et an differat à commodatione, siue idemne sit mutuum dare et commodare.

Prima Conclusio. Mutuum est traditio rei ad vsum vt statim sit accipientis, et postea restituatur eiusdem rationis et qualitatis vt est accepta. Ita communiter Doctores dicuntur mutui disserunt. Deque descriptione mutui habetur primo. rem mutuatam transire in dominium eius cui traditur, inde sequeret damnum esset eius qui eam via mutui accepit, idque sine fortuito siue culpa mutuatarij. Secundo Res mutuo accepta non statim subiacet restitutioni quasi statim.

qualitatim debeat restitui, sed postea prout conuentum est. Debet autem restitui eiusdem rationis et qualitatis, quia alias esset permutatio non mutuum. Vnde qui accipereat vinum vetus, non faceret satis restituendo nouum. Non tamen requiri ad rationem mutui vt restituatur idem numero, certe est, sed tantum idem specie quo ad bonitatem et aequivalentiam. Vnde qui accipereat per viam mutui mille florenos ni auro satisfecerit licet alia pecunia restituat mille, quia idem est per aequivalentiam, nisi aliter conueniatur.

Secunda Conclusio.

Quando praefixum est tempus reddendi mutuum, non tenetur ante accipiens restituere, etiam si cogatur ad ante: sinon restituit tempore praefinito, eoque causa damni aut lucri cessantis, tenetur ad horum restitutionem.

Tertia Conclusio.

Illum tantum posse dare mutuum qui habet dominium rei illius aut verum aut delegatum. Constans est omnium doctrina, et protracto tempore potest rem per viam mutui in alterum transferre, quam diu ipse potest valide disponere de re illa.

Quarta Conclusio.

Commodatum est rei alienius quo ad solum vsum gratuita concessio, fit in commodum commodatarij sine vtentis. Dicitur quo ad vsum, quia rei ipsius dominium est penes dantem, et ita damna quae inferuntur rei vel per vsum vel aliqua alia ratione, sunt penes dantem non accipientem, intelligo si fortuita sint, nisi in pactum deductum esset nam deculpa etiam tenuissima teneri accipientem certum est, quando eius commodum tantum factum est commodatum. Dicitur gratuita Quia si aliquid vtilitatis inde habetur, erit locatio.

Quinta Conclusio.

Inclinobus potissimum differt mutuum à commodato Primum est Quia mutuo transfertur dominium rei in mutuatarium, at in commodato non. Secundum Quia materia mutui sunt res quae vsu consumuntur esu natura sua, vt pecunia, vinum, triticum. Materia commodati sunt res quae non consumuntur vsu, licet alterantur, licet etiam possit alieni concedi pecunia comodato ad ostentationem, et tunc dominium erit penes comodatem.

Sexta Conclusio.

Si commodatarius sit tenuis ad restituendi, et damna patitur commodans, tenetur commodatarius de damno Ex communis.

Septima Conclusio.

Duplex statuitur mutuum, formale seu aperta

Alterum Virtuale: Formale quod sit clarum est. Virtuale vero est quando quis vt pretio vigroso vendit credito, incrementum inde accipit ratione dilatæ aut anticipatæ solutionis.

QVAESTIO. II.

An vsura sit licita.

Multiplex communiter statuitur Vsura, alia realis et aliamentalis. Item alia aperta, et alia palliata. Vsura realis est quando intervenit pactum tacitum vel expressum de lucro ex mutuo. Tacite fit cum quis dans pecuniam mutuam inuit aliquid de lucro, vt si dicat ei cui dat pecuniam; nosti consuetudinem aut confido hanc pecuniam non reversuram ad me vacuam; aut, memineris me primari vsu pecuniæ meæ, et habere me filios, aut quid simile.

Mentalis verò Vsura est, quando neque tacitum neque expressum intervenit pactum de lucro exmutuo, at tamen qui mutuo dat ea intentione et spe dat vt lucrum ex mutuo accipiat, quia scit mutuatorem id daturum, non quidem ex liberalitate et gratitudine, sed timore, ne alia die sibi mutuum denegetur vel aliqua alia ratione.

Vsura aperta est, quando mutuum est formale, lucrumque ex eo accipitur aut intenditur. Palliata verò est Quando mutuum est in Virtute, vt in eo qui credito vendit aut vendidit anticipata solutione, et lucrum intenditur et accipitur. De singulis aliquid dicemus.

DVBITATIO. I.

Vtrum realis vsura sit illicita?

Prima Conclusio. Illicitum est omnino accipere aliquid, et de eo fine aperte seu tacite pacisci. Vt communis sententia, definita in Concil. Vienen. sub Clemente V. Probari solet hæc conclusio tum ex iure naturali; tum ex iure Diuino, quod damnat Vsuram: tum ex iure humano Canonico et ciuili. Sed in his cum res sit aperta non libet morari, communiter omnes existere habent Vsura.

habent Usurarios, quod ipsum argumento est illicitas esse. Prohibet Deus Usuram tum Lucæ 6 Da re mutuum nihil inde sperantes, præceptum hic contineri notant Sancti Patres. Basilius in Psalmū 14. Beda in locum Lucæ Hieronymus in Cap 24 Ezechielis, et definiunt id Urbanus 3 in Capite Consulnit: tum ille præcepto non fortum facies, Verè enim cum Usura accipiatur inbito Domino, erit furtum: tum apud Ezechielem Cap dicit Deus eum esse iustum qui ad Usuram non commodauerit et Psalmista Psalmo 14 in catalogo eorum qui ascendent in montem Domini ponit eum qui pecuniam non dedit ad Usuram.

Secunda Conclusio. Exigere à mutuatario Ut ratione mutui committatur ad templum Dei aliquo alio, est illicitum ac Usurarium. Probatur Quia illud est pretio æstimabile, et cum sit alienum ac mihi eius ficia mi debitum gratis illud exigere erit iniusticia, nisi forte remittat compensationem ille cui datur mutuo pecunia.

Tertia Conclusio Dare mutuum mulieri ut ipsa ratione mutui faciat sui corporis copiam, Et Usura, et inducit restitutionem. Ita Molina Disputatione 207. Dici ratione mutui. Quia si quis id peteret non ratione mutui sed Ut gratam rem gratiis turpem, idque efficaciter nollet mutuare nisi sibi hoc beneficium et hanc rem grate præstaret, licet illa vellet et cuperet id facere, et in Voluntarie constaret ob obtinendū mutuum, non erit Usura. Siquidem supponō mutuantem id non postulare Ut pretium pro mutuo, neq; ut quid probis æstimabile, sed ut gratis et beneficium mihi præstet honesta et turpi

Obiicies. 1. Videtur Deus concessise Iudæis Usuras, ergo non sunt intrinsece male, antecedens habetur in Deut. ubi dicit Deus Non fenerabis fratri tuo sed alieno, et alibi Fenerabis gentibus multis. Lucæ 19. reprehenditur servus quod non dederit pecuniam, ad Usuras

Ridet D Thomas censet permissiue se tantum habuisse Deum cum Iudæis quo ad Usuras, sicut et alia multa permittuntur, meretrices &c. non Volunt esse ex Israelitis sed exgentibus, ad maiora mala vitanda: Admirandam auaritiam, non iubet fenerari fratri suo sed alieno, quia futurū fuisset Ut ex auaricia opprimerent suos Usuris. Conradus verò Medina maior, Gabriel et Sylvester rectius censent concessise Deum Usuras gentilibus cum quibus iustum bellum gerebant, quia enim Iudæi non poterant alia via recuperare bona hostium quæ illis erant à Deo donata.

concessit Ut

concessit Vt hoc possint facere pro viam mutui. Fiet tamen non sint vera Vsura, sed tantum quoad parentiam; sicut quando iussu Dei spoliarunt Aegyptios non fuit illud verum furtum. Neque veri cando ab habantur hoc modo gentiles si quidem non apprehendebant id esse illicitum.

In secundo loco tantum ostendit Deus futuram magnam abundantiam et copiam rerum, ita vt possint ipsi alijs communicare bona; verbumque fenerabis late sumitur, prout idem significat alibi mutuo, nixta illud Isai. 29. fenerare proximo tuo.

Apud Sanctum Lucam bult christus vtendum esse bonis et naturalibus et Spiritualibus beneficijs cum gratia Dei; sumit autem ad negociatione licita Metaphoram, per Vsuram intelligit lucrum spirituale expecunia olata cum eius periculo, solet enim etiam Vsura accipi pro lucro misto, sicut apud nos contractus cum pacto retrouendendi vocatur Jastanda, et tamen sapius est bonus contractus.

Obicies 2do. Multæ sunt leges etiam ciuiles permittentes Vsuras, ergo non sunt contra mis scriptum humanum?

Rndes. Si quæ sunt hac dare leges, permissinè sunt tantum, et illicitè ac abolite.

Obicies 3to. Id quod voluntarie datur accipi non est illicitum, sed ille qui me accipit mille florenos, dat mihi voluntarie 100. ergo illius fit mutua, volenti enim quis nollo hæc fieri potest.

Rndes. Si datur voluntarie voluntate libera, concedo non esse illicitum accipere, sed illud voluntate extorta, nego, Et ita se res habet in Vsuris, dat enim ille qui accipit pecuniam, Vsuram eò quia concedit, quia videt quod ipse non dares mutuam pecuniam; et quia videt te ad hoc paratu vendere te, et quærit te ad maius suum damnum vitandum, eligit hoc minus licet mibilus, quod excepto, quia situilli gratis dares mutuam pecuniam, libenter à te acciperet, et si vo negaret tua pecunia, certum clareret tibi illud, quod aut promisit aut dat promptus. Imò ergo apparet quod non libera voluntate sed extorta dat; Et quod tibi promittat aliquando etiam non potenti, ideo est quia videt te prænemire non potentem, si quidem videbat quod idem esset petiturus absque. Non nego tamen posse aliquando hic excluberalitate aliquid accipi ab eo cui das mutuam pecuniam, sed humano modo Vt te sibi magis alter fauentem habeat dat tibi aliquid, quo sibi apud te gratior conciliet; aut certe benevolentia benevolentiam compenset, et aliquid donat, Verum non sic Vsurarij talibus muneribus contenti, sed illud volunt sibi dari munus, Vt des centum, et ipse tibi dabit mille florenos mutuos.

Dubitatio Sexta.

DVBITATIO. II.

Vtrum liceat mutuanti aliquam comoditatem exigere à mutuatario?

Multiplex hæc potest cogitari, das mutuam pecuniam exigens vt tibi det triticum mutuum, eques mutuos vel vt tibi facilius soluat si quid debet, vel vt teneatur pro pretio iustè tibi seruire in agrestibus demetendis, agris colendis et similibus, vel ut teneatur aliquid apud te emere, conducere &c.

Prima Conclusio. Mutuare cum hoc pacto vt alter tibi tantumdem mutuare in futurum teneatur, est illicitum. Ita D. Thomas 2.2 Quæst 78. art 2. ad 2dum. Caietan. ibidem. Nauar. Cap 17 num 233. Ratio est quia grauamen illud vt in futurum bellit, tenetur Cuilibet mutuo dare, est quid pretio æstimabile, eaque decausa exigere obligationem illam pecuniæ, est exigere vltra sortem aliquid pretio æstimabile, atque adeo est vsura. Quare certum est si quis vi illius mutui acciperet mutuo aliquid ab eodem in compensationem præcedentis mutui, tenetur omnino ad restitutionem dicti, iuxta arbitrium et æstimationem virorum prudentis. Monet tamen Molina licitum esse admonere mutuatarium dum ei mutuum conceditur, in spe mutui illi dati quod simile beneficium vt par est sibi præstabit, et si intelligitur non habere mutuatarium animum veri sum mutuandi vt ex naturali et morali honestate tenetur, licebit illi tanquam indigno negare mutuum.

Secunda Conclusio. Velle dare mutuo pecuniam vel quid mis aliud alteri, non alia ratione nisi vt mutuatarius in præsenti det etiam sibi mutuum triticum &c, id que exigatur tanquam conditio sine qua mutuans non vult mutuare quia nihilominus est mutuatarius, non est illicitum. Ita Molina disp 308. Ratio est quia hic non exigitur illa obligatio similis vt exigeretur secundum primam Conclusionem, sed solum exigitur mutuum quasi beneficium et gratitudo.

Tertia Conclusio. Nolle mutuare nisi mutuatarius soluat aut obli-

get se ad sol-

get se adsolvendum id quod alias mihi debet, dummodo id debitum sit liquidum, exigibile debeatur non ex gratitudine, aut sola honestate morali non est usura Vt communis. Quia hîc non accipitur quid ratione mutui, sed vt alias et alioquin debitum. Monent tamen autores cauendum hîc esse scandalum, quod fieret si alteri non constaret de debito eiusque qualitate videns te accipere aliquid pretio æstimabile censebit esse usuram. Hinc deduxit Joan. Medina quod si ægrotus valde indigeat opera medici, aut Clients aduocato, nec possent habere alios, possent ipsis mutuum cum pacto vt sibi opem ferrent: nec ægrotum nec clientem esse usurarium. Ratio est Quia obligantur ad id, non tantum ex honestate morali, sed grauiori quodam titulo ad quod etiam possint per magistratum cogi, esto ad id non teneantur ex iustitia.

Quarta Conclusio Dare alicui mutuo pecuniam, vel quid simile

obligando illum vt sibi colat agros, demetat segetes, vel apud me emat merces, pro pretio tamen omnia hæc iusto usura est. Ita Caiet. 2, 2dæ Quæst 78. art 2. Sylue. verbo usura 1.° Quæ 7. Nauar Cap 17 num 220. et multi alij contra Adrianum et Angelum.

Ratio est Quia obligare mutuatarium similiter ad quodvis illorum, cum ad id non teneatur est pretio æstimabile, et facile huic ratio grauaminis interuenit, cum possit alibi aut plus lucrari aut minori res suas conficere. Dicò tamen qui obligatur metere segetes, aut colere agros ita rem moderatur Molina Disp 309. posseid sine usura aliquando fieri si ro a quo mutuum datur et qui opera mutuum petenti indiget, ita se gerant, dicat mutuans, ego nolo tibi mutuum dare at tamen conducam statim pecunia anticipata tuas operas, quibus in tale et tale tempus indigo, tunc si pretium nostrum illi constituat, sine pacisendo tantum illi dare, quantum alys eo tempore communiter tribuetur; sine ad præsens conueniendo illi dare, quando plus minusue operatur, operas illas eo tempore quo præstandæ sunt valituras, hîc enim potest contractus locationis accedere, qui ex se iustus est.

Quinta Conclusio Dare mutuam pecuniam soluendam ad certum

tempus, sed cum pacto vt mutuatarius teneatur dare illi triticum suum tempore messis probo pretio tunc iusto, vel det protunc mutuos aliquot modios tritici cum pacto vt mutuatarius teneatur dare illi in æstate medios vendere sui gregis oscos aut butirum, est contractus usurarius. Ratio est quia illud omne faciendi huiusmodi contractum quod est ratione mutui impositum est pretio æstimabile. Moderatur hanc doctrinam idem autor similiter vt priorem, verum dehis infra pluribus.

Sexta Conclu.

Sexta Conclusio.

Mutuare pecuniam vel quid simile alteri vt teneatur molere non alibi sua frumenta, sed tantum in suo molendino, est vsura. Si sit animus mutuantis exigere illud ratione mutui, secus si permodum etiam cuiusdam beneficij et gratitudinis. Et doctrina multorum et concordat cum dictis.

Septima Conclusio

Mutuare etiam cum hoc pacto, vt teneatur mutuatarius conducere locare vel emere aliquid, si ratione mutui exigatur est vsura. Ratio est Quia hic grauamen et onus potest intercedere, secluso etiam omni commodo mutuantis. Notat Molina quod si colonus vellet venera conducere agros, quia tamen id non potest praestare nisi mutuum eidem detur ad sumptus illis agris colendis necessarios, tunc non foret vsuram dare illi mutuo vt mutuantis agros conducat, quia tunc conductio non esset quasi in pretium promutuo, sed potius mutuum esset medium ordinatum, vt ille conducere possit agros quos optat. Si ergo pretium locationis non excedit iustum pretium, non erit vsura.

Octaua Conclusio.

Dare mutuo mille florenos cum pacto vt mutuatarius accipiat quingentos in mercibus, quibus non indiget, aut quas alioqui tanto pretio non accepisset: aut cum pacto, vt totam simul accipiat in mercibus. Est vsura. Probatur. Quia hic est grauamen interuenit, et facilè possunt occurrere damna.

Nona Conclusio.

Vsura quoque est dare mutuo cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, et partem in debito, quod non facilè potest recuperari. Est communis et facile patet. Si tamen mutuatarius sponte id in se recipiat: vel quia facilè recuperabit: vel quia ex liberalitate et gratitudine vult illud omnis suscipere ob mutui beneficium, esto id cedat in commodum mutuantis.

Decima Conclusio.

Dare mutuo triticum aut quidvis aliud quod mutuans habet in alio loco, cum pacto vt mutuatarius id soluat in hoc loco, est illicitum et vsura, sinon fiat compensatio. Idem dico si mutuetur ita vt reddatur loco distanti in quo plus valet. Probatur. Quia hic est grauamen, et damnum interuenit mutuatario, secus si facilè esset mutuatario hic mutuum, aut non esset in vsum valoris.

Quaest 3.ª

QVAESTIO, III.
DE VSURA MENTALI.

MEntalem vsuram dixi esse quando neque tacitum neque expressum intervenit pactum de lucro exmutuo, at tamen qui mutuo dat, ea dat intentione ac spe vt lucrum exmutuo recipiat, quia scit mutuatarium id datum nō alio titulo et motivo, sed extrinsecō, ne sibi ultimo debito denegetur.

DVBITATIO, I.
VTrum omnis spes atque intentio obtinendi lucrum aliquod exmutuo vsuram mentalem constituat?

DUplex potest esse spes atque intentio lucri exmutuo, vna principalis et primaria, altera minus principalis et secundaria; Illa est quando quis solum movetur ad mutuo datum obtinendum quod exmutuo sperat, vel esto simul propter aliud moveatur vt propter mutuatarij benevolentiam, aut vt necessitati illius subveniat, præcipuè tamen movetur obtinendi; Minus principalis vero intentio est ac secundaria, quando licet quis lucrum exmutuo sperat atque intendat præcipuè tamen mutuo dat propter benevolentiam aut alium finem, ita quod esto lucrum non speraret, tamen daret mutuo.

Prima Conclusio. Spes ac intentio comparandi sibi mutuum aliquod lucrum, aut commodum vltra sortem quod ex benevolentia, gratitudine, liberalitate mutuatarij proveniat, non efficit mutuantem vsurarium mentalem quamvis intendatur lucrum ex hoc capite provenions, tanquam principalis finis, ad quem mutuum ordinetur. Et esto mutuans non oderit, set mutuum nisi speraret tale lucrum aut commodum

Ita Sotus

Ita Sotus 5 de iustitia Quæst 1 art 2. Caietanus 2da 2dæ Quæst 78 art 1. ad 4m. Navarrus Cap 17. numero 204.

Probatur. Tum quia omnes concedunt, et supra ostendimus non esse usuram accipere aliquid ex gratitudine ac liberalitate mutuatarij gratificare volentis tale beneficium, ergo et desiderium talis lucri non erit usura: tum quia hic potest multum intervenire mi voluntarium ex parte mutuatarij concedentis tale lucrum, ergo poterit licitè accipi à mutuante. Hinc infert Molina Disp 305. Quod si quis videns regem indigere pecunia, speransque eum gratum futurum ac liberalem in eum qui ipsi subvenerit mutua pecunia, et Rex concederet illi quid insignum gratitudinis et liberalitatis, non committeret mutuans usuram etiam si liberalitatem et illud beneficium ita intenderet vt aliter non esset mutuaturus.

Secunda Conclusio. Intendere aliquod lucrum obstans

mutuum, sine illa intentio sit principalis et primaria: sive minus principalis, et secundaria est usura. Ita autores supra citati, præter Navar. qui videtur contrarium sentire, sed non constat sibi bene patet in commentarijs de usura. **Ratio conclusionis est.** Quia usura mihi est pecunia quæ est lucrum ex mutuo, hoc est mi compensationem pro mutuo, non ex gratitudine et liberalitate sed quasi in pretium, ergo intentio huiusmodi lucri qualis qualis illa sit, erit usura. Si enim obiectum est malum, etiam intentio illius qualis qualis sit, erit mala.

Tertia Conclusio. Ex quo motivo speret quis lucrum dum dat mutuam

pecuniam, res pendet ex voluntate mutuantis, eius itaque hac in re conscientiæ et is qui consulit, et is cui consulitur, stare debet. Si enim non intenthione precij pro mutuo intendit et speret, et certo sibi persuadet mutuatarium eadem intentione dare, non est condemnandus usuræ, sed contrarium constet de mutuatario.

Quæres. 1°. Quid si dubitet mutuans de animo mutuatarij num ex gratitudine an verò vt pretium det vel cogitet dare.

Rudet Molina Disp 305. Usurarium esse qui in hoc casu intendit lucrum, licet intendat et donum liberalitatis. Vbi idem autor ad dat Dno. Primum est Quando de animo mutuatarij non constat, qualis fuerit vel futurus sit, tunc ex qualitate illius, si dives vel pauper sit, liberalis vel parcus, et ex alijs circumstantijs est coniiciendum, quis illius fuerit animus et intentio. Quâ coniectura ad confessarium, et diiudicatio potiùs vel ad 3ante consilium quam ad mutua-

tem spectat. Secun-

Secundum est Perseverante dubio in accipiente de intentione dantis, detrectandum ei crum illud quousque de plena libertate ac liberalitate dantis, constet. Dat ibidem auctor hic exemplum ad differendum in mutuante usurariam intentionem, De Canonicis, qui intendendo quotidianas distributiones seu refectiones ut vocant, ad divinum accedit Officium, Sicut enim hujusmodi Canonicus distributiones illas intendat tanquam pretium pro eo quod interfuit divinis; aut ea exercuit, est Simoniacus; Si verò non illas intendit ut pretium, sed tanquam debitum in sustentationem ministris Ecclesiæ, ordinatumque ab eadem Ecclesia, non est Simoniacus. Ita fere res habet de usurario juxta dicta.

Quæres 2do. Si mutuans excitet mutuatarium ad beneficium remunerandum pro mutuo dicens æquum esse ut illud remuneret, aut ostendat se ab eo sperare, et mutuatarius ita excitatus det aliquid ultra sortem, erit ne usura in accipiente?

Rndeo cum Molina, resolutionem pendere ex dictis, quando empè intentione faciat eam exaltationem exliberalitate ne et gratitudine, et quando intentione det mutuatarius ita excitatus. Et hæc doctrina etiam Cajet. licet putarem periculosum esse hoc modo excitare mutuatarium, ne forte non tam exliberalitate et gratitudine, quam ratione mutui det aut promittat aliquid. Sed tamen certo constaret ita excitatum dare exliberalitate, aut gratitudine, non esset usura.

Obicies. Christus Luc. 6. dicit. Date mutuum nihil inde sperantes ergo neq; si speretur aliquid ex liberalitate carebit usura.

Rndeo Loqui Christum de spe lucri ex ipso mutuo pro ratione precij, prout diximus Conclusione secunda. Sic ita hunc locum intellexit Urbanus tertius.

Quarta Conclusio. Usurarius mentalis non tunc tantum incurrit obligationem restitutionis quando quis sperat et intendit lucrum ex ipso mutuo, sed etiam licet spes exliberalitate aut gratitudine intendat dandam, mutuatarius tamen det ratione mutui. Est doctrina communis, patet ex dictis. habet eam Molina Disputatione 306.

DVBITATIO, II.

An sit aliquid, quod excuset usurarios accipientes lucrum ex mutuo.

Illud hic

Illud hic controvertitur. Utrum ex ipso præcisè mutuo quod aliquid accipiunt mutuatarij, excusentur aliqua ratione. Multa enim solent prosè adducere, Utitur mea pecunia ille cui eam do mutuam, non teneor ipsi mutuari, ipse Utendo pecunia, facit sibi fructum ex meo.

Prima Conclusio. Non licet lucrum intendere aut exigere ex eo præcisè quod alter Utatur mea pecunia. Ratio est Quia hic Usus non distinguitur a re, sed das mutuo alteri pecuniam, ergo et Usum, non ergo ita se habet pecunia Ut domus, sicut diximus supra.

Secunda Conclusio. Nec illud valet, ego Utendo mea pecunia. Ergo quod ille Utatur illa, debet mihi pro hoc solvere. Nisi revera Usurus fuisses illa, et quidem cum tuo fructu, sic enim Ut infra diximus ratione fructus cessantis licitum est aliquid Ultra sortem accipere, at de pecunia quæ apud te infermio iacuisset, id non habet locum Ratio nunc conclusio manifesta est.

Tertia Conclusio. Neque illud valet. Ego non teneor alteri mutuare, quod si facio, tenetur mihi compensare Ratio est. Tum quia teneris ex charitate: tum quia esto non teneris exuflicia, post quam tamen fecisti non potes plus Ultra sortem si nihil Urgeat, accipere. Sic non teneris tua bona vendere, et tamen post quam vendidisti non potes bona consecutia plus pecuniæ accipere, quàm valeant. Non teneris item Deo quicquid promittere, verbi gratia Castitatem, et tamen postquam vovisti, non potes revocare, et teneris promissioni.

Quarta Conclusio. Nec ex eo licita est Usura, si mentalis sine realis, quod alter tua pecunia faciat sibi fructum, aut commoditatem ex ea habet. Ratio est Quia ipse facit fructum re sua non tua, cùm enim dederis illi mutuam pecuniam, desinas esse illius. Unde potes enim ipsa ille quicquid libuerit facere, et si perit, illi perit non tibi. Sicut ergo stultum est velle habere fructum ex re aliena, ita et hic, cùm pecuniam fructeris alienam, stultum esset ex ea fructum expectare, aut exigere.

Quæstio IV.

QVAESTIO IV.
De vsura palliata.

In multis spectari et intervenire potest vsura palliata, quàm minimum aliquo alio contractu quàm mutuo palliatur, vt si vendas quid credito cum aliquo lucro, ex eo quia credito vendis vel emis anticipata solutione. Praeterea in his quoque potest intervenire vsura palliata, si quis det mutuum aliquid, restituendum quando plus valebit; vel tritienne nonum, vt restituatur vetus. Dare item pecuniam auream, vt reddatur suis decrescat sive crescat aestimatio pecuniae, iuncta quantitatem auctam, vel augendam si decrevit aestimatio.

DVBITATIO. I.

An vsura sit carius vendere expectata solutione, et emere anticipata?

Praeter dicta in hac materia superius Disp. 1. Quaest. 1 Dub 2. pauca hic sunt addenda.

Prima Conclusio. Vendere carius credito intra latitudinem tamen iusti precij, non est vsura. Probatur. Quia illud precium supponitur esse iustum, licet summum sit, quod non fuisset datum, si alli fuisset emptor paratam pecuniam, non accipitur aggregatum ob dilatam solutionem praecisè, licet haec sit conditio, sine qua non, sed quia iustum precium. Dixi intra latitudinem iusti precij. Quid supra iustum precium vendere rem credito, ostensum vsura, vt loco citato ostensum est.

Secunda Conclusio. Si quis frumentum verbi causa vendat credito carius, quàm venditum fuisset, et emator in praesenti parata pecunia, quia illud volebat servare in tempus quo sperabatur futurum carius, non erit vsura. Ratio est. Quia hunc facit id ratione lucri cessantis, et damni emergentis.

Vbi tamen

Vbi tamen notandum est Dupliciter posse hoc frumentum vendi credito. Primo Non determinando precium ni celebratione contractus, sed vt debitr tantum quantum valebit illo tempore, ad quod venditor fermare determinauerat. Secundo Vt determinetur precium ni contractu faciendo pacscendo cum emptore vt det precium tempore solutionis quod communiter solet esse tali tempore, vt hic plus valeat ni communi foro fuerit minus, teneatur dare emptor hoc precium. Vterque modus iustus est, quia tam emptor quam venditor exponit se hic periculo plus vel minus recipiendi. Modi hic etiam adhuc tunt nonnulli habendam rationem venditori expensarum si quas fecisset in frumento emendendo pro illo tempore, item ni cura conservandi, et quia siccatum fuisset, et amuribus non modica ex parte corruptum, et ratione harum minorum de precio.

DICES I°. Quid si ita fiat pactum vt à die qua venditur credito precium erit summum ad determinatu tempus solutionis detur, est ne vsura?

RVDEO esse. Quia venditor vnam horam determinasset in futuro pro venditione, et non fuisset forte illud precium summum quod ante fuit.

DICES 2do. Habuit quis voluntatem vendendi rem statim pro pecunia parata quia tunc fuit breui plus valituram, et petitur vendenda credito, an possit carius vendere?

RVDEO Quidquid dicat Cajet. esse vsuram, quia contractus celebratur tunc quando res minus valet, et erat animus eam vendendi illo tempore, Nullum ergo lucru tunc cessat venditori. Quod diximus de venditione credito seu expectata solutione, idem pro portionaliter de emptione anticipata solutione dici volumus.

Tertia Conclusio Emere debitum vilius anticipata solutione quam ipsum sit ille, omnino est illicitum, nisi aut lucrum cessans, aut damnum emergens, periculi, aut aliud quid simile excusset; aut nisi merè exliberalitate et omnino libere ac voluntarie condonet creditor. Procedit Conclusio, sive ipse debitor velit hoc debitum emere, sive quis alius apud hunc, quod postea integrum hic à debitore exigat. Vt enim hic omnino mutuum virtuale cum lucro.

DVBITATIO. II.

Vtrum mutuare verbi causa siliginem vt tantundem reddatur quando plus valebit, dare item nouum vt vetus reddatur, et pecuniam dare mutuam seruando eandem quantitatem ipsius in restitutione, sit vsura?

Potest aut esse certum rem postmodum plus valituram quàm in præsenti valeat, dum datur mutuum, aut dubium.

Prima Conclusio. Si sit dubium rem plus valituram tempore solutionis, æqualeque sit periculum ascensus et descensus valoris illius rei, tunc propter æquale periculum, æqualeque commodum cui vtrique contrahentium se exponit, non est vsura illa mutuatio. Colligitur doctrina ex Capite Nauganti de Vsuris.

Secunda Conclusio. Si moraliter certum sit rem quæ mutuo datur, plus esse valituram tempore solutionis; aut certum est non minus esse valituram, tunc si nullum præfigit terminum mutuans sed mutuet vt sibi restituatur, quando repetet rem, quamuis repetierit quo plus valebit, non erit vsurarius, si tantundem repetat quantum dedit. Ita communiter doctores docent. Illi tamen addunt Si mutuatarius fuit paratus restituere antequam veniret tempus, quo cœpit plus valere, et mutuans impedivit restitutionem, esset vsurarius, quia virtute affectaret illum excessum valoris. Dixi si non præfixit terminum. Quia alias esset vsura, si præsertim non erat seruaturus in illud tempus.

Tertia Conclusio. Dare vetus triticum mutuum vt tantundem ex nouo restituatur, tunc est licitum et non vsurarium quando idem est valor futurus noui; qui et veteris. Ratio est. Quia hic est valoris æqualitas, licet sit etiam aliquando vsurarium dare mutuum nouum triticum, vt tantundem ex veteri restituatur, eo quòd plus veteris tritici mensura capiat, quæ nouum mensuraebat.

Quarta Conclusio. Quando non est expressum in mutuo quale pecunia solui debeat in restitutione, attendendus est valor acceptæ pecuniæ, vt eius dem valoris sit et restituta. alias erit vsura. Est communis et facile patet.

Quinta Conclu

Quinta Conclusio.

Si in contractu mutui exprimeretur vt debitum in pecuniis certæ materiæ et figuræ solueretur, quæ data est, tunc si accrescerent aurei Verb. Can. vel decrescerent, reddendi sunt aurei, sed detrahere opus esset aut addere prout accrescerent aut decrescerent. Ratio est. Quia valor, eiusque æqualitas alteruti debet, quia hac ratione seruabitur.

Sexta Conclusio.

Quod si etiam in pactum deduceretur vt tantus numerus reddi debeat aureorum Verb. Can. quantus est datus, tunc siue accrescant; siue decrescant tot sunt soluendi; quot sunt dati in numero. Ratio est. Quia vterque se exponit periculo, et potest id declinare in pactum timore variationis aureorum quo ad valorem.

DVBITATIO, III.

An Cambium sit licitum.?

Cambium sumendo late idem est quod permutatio, quæ sit rei prorsus. Iam tamen magis quodammodo familiariter sumitur pro quodam contractu in Italia quidem vsitatissimo, sed nec apud nos infrequenti Verb. Can. accipit Exempli gratia mercator mille florenos reddendos ei ad quem pertinent Romæ. Mercator ille accipit ibi omnes istos, et illam pecuniam Romæ. Et quia valor illius pecuniæ minor est Romæ, et tantam relinquit, quanta valet Romæ, vt si accipiat hic mille marcas, perdi deberent Romæ fere trecenti floreni, ipse accipit hic trecentos, computans et sumens hoc seu compensationem ibi non nisi Polonicum valorem victa, reddit septingentos florenos Romæ. An ergo hoc ille mercator licite faciat, dubitatur. Quanquam et de aliis permutationibus pecuniæ pro pecunia, procedit Dubitatio.

Prima Conclusio.

Cambia explicata sunt omnino licita, in hanc doctrinam omnes consentiunt, dummodo pretium in compensam sit moderatum.

Probatur. Quia quod hic defalcat de summa propter valorem tantum vel tantum, quia minor erit ibi pecunia vbi redditus est, non ipsi hoc damnum sed Domino cuius est pecunia solennum, si quidem etiam ipse Dominus tantundem perdidisset, si ipse aut per famulum illam

pecuniam ibi

pecuniam ibi sisteret: tum quia cum suscipiat onus ibi sistendi pecuniam, potest pro illo mercedem accipere, et suscipiat ipse periculum transmittendæ, quod subripiet dominus ipse sua opera transmitteret. Nec refert quod mercator sine labore id faciet mittendo solum schedam ad suum factorem: quia hoc esse eius ministriâ, quâ ipsi fructificare debet, sicut et aliæ industriæ illi fructificant, cuius sunt.

Secunda Conclusio Permutare talleros bel aureos in loco ubi minus valent, ad locum ubi plus valent, licitum est, si illi cui fit permutatio nimpeditreorus transferendi pecuniam. Ita Sa et Valentia.

Tertia Conclusio Accipere aliquid à mutuatario quia mutuando ille pecuniam, eam numeras, videtur esse illicitum, si quidem alter reddit idem obsequium iterum numerando cùm restituit. Aliàs esset si mutuatarius alterius diuerteret opera ad numerandum.

Quarta Conclusio Dum fit permutatio aureorum pro currenti pecunia, potest cum fructu fieri, eo quòd aureus sit magis utile. Quanquam si etiam magis est opus currenti pecunia, posset cum fructu aliquo hæc dari pro aureis, cum quibus obsequior ratio communis habendi. Facile hæc accomodatur.

QVAESTIO V.

De pignore in mutuo.

PIGNVS est id quod obligatur in securitatem debiti, solet idem significare quod et hypotheca. Fit autem contractus hic seu obligatio solo consensu externus expresso, sine de rebus iam existentibus, sine futuris. Duplex solet esse pignus, alterum fructiferum quo dominus facit mutuanti donec restituatur res mutuo concessa; qui fructus non computantur in sortem seu in summam, nemne aliam mutuo datam: alterum non fructiferum, vt est textis, torquis, argentum &c.

Dubitatio fit

DVBITATIO. I.

An accipere pignus infructifer, ratione mutui sit vsura?

Dupliciter potest dari et accipi tale pignus. Primo tantum in securitatem, vt securius recipiatur res data mutuo, siue vt si non restituatur res data mutuo, pignus aut maneat penes mutuantem; aut oppignoretur: secundo vt accipiatur in securitatem restitutionis certo tempore, vt nempe si non fuerit restituta suo tempore res data mutuo, et pignus mutuatarius perdat, aut teneatur illud vendere mutuanti, et ni hil ominus summam restituat alio tempore.

Prima Conclusio. Accipere pignus infructiferum non in securitatem mutui, eiusque restitutionem, est licitum, Ita communiter omnes. Quia licitum est mutuanti quam optime consulere suâ indemnitati, rebusque suis.

Secunda Conclusio. Ita accipere pignus hoc vt si non restituatur mutuum determinato tempore, maneat penes mutuantem, eius sit, possitque illud distrahere, hanc est vsura, quando et pecunia non peribit, seu res alia data mutuo, et nullum cessat lucrum, damnumue emergit &c. Ratio est Quia hic ratione mutui pure fructus accipereatur, et voluntarium pactum de est mutuatary id concedentis.

Tertia Conclusio. Ita vero accipere et retinere pignus vt compensetur res mutuo data, si non amplius omnino restituatur, non est vsura, dummodo non plures valeat pignus quam res data mutuo, nec sit magis commodum mutuanti. Ratio est Quia inprimis nulla sit iniustitia. Secundo nisi ille excessus valoris compensetur, plus accipietur quam sit datum.

Quarta Conclusio. Ita etiam accipere pignus vt si non solverit determinato tempore, iam teneatur illud vendere mutuanti; tunc est licitum quando pre-

tium ad arbitrium Viri boni iustum constitueretur. Est conclusio communis. Intelligitur tamen et haec Conclusio et precedens quando debitor culpa sua non restituit, quia si omnino per impossibilitatem, aliud esset dicendum quia damnum in voluntarium nemo tenetur. Puta autem per impossibilitatem excusaretur quando nullo modo possibile esset soluere debitum, nec essent pagi, quos ratione mutui exercitori debitor concederet, quia si haberet, et nollet non esset impossibilitas, sed malicia aut negligentia, opus ergo hic esset arbitrio boni Viri.

DVBITATIO, II.

An aliquando pignus fructiferum licitum sit accipere non computando fructus in sortem.

Oritur potissimum dubitatio propter generum, qui concedunt autores aliquid accipere vltra sortem datis; si rei non soluatur, ideo quando id sit licitum dubitatur, et an etiam cum illa conditione sit hoc licitum, vt cuicunque conceditur de talicia pecunia, accipiatur ab omnibus

Prima Conclusio. Accipere pignus fructiferum ratione mutui,

non computando illos in sortem, est ordinarie vsura. Ita communiter Doctores. Quia hic non adhaeret causa iustificans illos fructus, vere enim acciperentur de re aliena in vite Domino, aut saltem non libere consentiente. Dixi ordinarie, propter sequentia

Secunda Conclusio Si quis ratione mutui accipiat in pignus

agrum sterilem, quem debitor non erat culturus, et eum colat percipiatque fructus non ex computans in sortem, vsura est. Ita Nauar. Cap 17 num. 26 contra Sotum. Ratio est Quia fructus sequitur Dominum rei, huic autem non creditor sed debitor est Dominus rei. Ergo Notat tamen Nauar. Posse mutuantem deducere labores et expensas quas fecit, reliquum autem restituere tenetur debitori, aut computare in sortem.

Tertia Conclusio Potest tamen aliquando accipi pignus fructifer

computando fructus in sortem, hac conditione, vt si non restituatur debitum certo tempore, pignus illud teneatur.

illud teneatur debitor vendere creditori, quomodo vt diximus supra precium iustum determinet. Ita Nauar. loco citato, et facilè iustitia huius conclusionis apparet.

Quarta Conclusio.

Genet quamcitò ei des debita suæ vxoris non solvitur à patre, vel ijs qui eam tenentur dare, potest accipere pignus fructiferum, et non comparere fructus in sortem. Est conclusio communis desumpta ad Innocentio 3tio Cap. Salubriter. Ratio est. Quia hic genet non extractione dilatæ solutionis precisè accipiet fructus, sed ex eo quia debet alere vxorem, et onera matrimonij sustinere, idque sumptu vxoris dote. Ergo quia non datur dos, potest fructus ad illos sumptus accipere. Notant autores quod non tantum fructus pignoris, sed etiam si illud non sit, aliquam aliam pensionem respectiuè ad summam, inxta arbitrium boni Viri, accipere potest, et id non videtur negare pontifex qui determinare voluit vnde genet sumptus facere posset in vxore alenda, et oneribus matrimonij ferendis. Et definiunt de dotis fructibus, vt autem possint prouenire aut expignore; aut expensione

Hinc etiam colligunt Autores si maritus vxoris suæ non sustineat illa onera, ac quod vxor sua sit in domo paterna, omniaque prouideantur vxori, non potest licitè accipere, quia ille est causa et fundamentum iustæ acceptionis.

Quinta Conclusio.

Si pater, aut tutor, quisquis ille sit, det pecuniam dotalem nuptæ filiæ mutuam alicui, non potest ipse ex ea accipere interesse, sine pignus fructiferum, nisi ipse soluat aut debeat soluere genero, idem interesse ratione dotis non solutæ probatur. Quia ibi nullum intercedit ius ad illud interesse, sed accipitur ratione mutui: hic autem damnum emergens excusat.

Sexta Conclusio.

Si paratus est pater aut tutor dare dotem filiæ seu Virgini debitam, et interim petit ab ipso amicus mutuam illam pecuniam, et facit mentionem pensionis generet, pignus fructiferum seu pensio illa vsura est. Ita communiter Doctores. Et probatur. Quia hic non aliud est nisi mutuum, nec ad onera matrimonij ferenda potest ille quomodocunque ex dote sibi facere fructus, si hæc apud alium sit, quàm apud patrem, vel eum qui eam tenetur dare. Notant tamen autores duo Primum est Si pater iam fieret hæc inscriptio pensionis, et parens soluere teneretur interesse filiæ, et genero à dote,

tunc non esset.

tunc non esset Usura ob rationem dictam. Secundum Etiam si fieret generale renuntiatio
non esset Usura, si gener velet habere pecuniam illam, et habere animum ipsa sibi licitis modis restituendi
facere, tunc enim ratione lucri cessantis pro oneribus matrimonij sustinendis assignandi, posset acci-
pere illud quod concedit auctor dum petit dari sibi minutam pecuniam dotalem.

Septima Conclusio. Ipse gener nec parenti, nec tutori, nec illis qui

tori potest dare dotem ad interesse, aut ad similem contractum Usurarium. Ita communiter
autores, nisi excusel generum aut lucrum cessans, aut damnum emergens. Quia cum non habeat
dotem debitis receptam, nisi ex dispositione ipsius sit, nullus ei est impedimento quominus possit
sit ex ea ipsa salua et integra manente, licitis modis onera Matrimonij sustinere.

DICES Quare apud parentem vel tutorem dum est dos, non est usura aliqui accipere?

Rndeo Quia ex officio suo dat necessaria, atque danda tenetur ex iustitia ille filiæ,
huic breui, quamdiu est impotens soluere dotem. Illud tamen hic est diligenter notandum
vt monet Molina Disp 312. Vt gener, non ratione dilationis solutionis dilatæ, sed ratione onerum
Matrimonij sustinendorum, siue pignus fructiferum sibi interesse accipiat. Quia experi-
ori titulo esset Usura.

Quinta Conclusio. Virgo quamdiu nec maritum habet nec est

ipsi dos segregata, potest accipere interesse seu pignus fructiferum quamdiu dos non soluatur.
Ratio est Quia id accipit ratione sustentationis sibi debitæ. Quod si est separata dos non
potest accipere quidquam illo modo, sed debet contractum aut pactum cum retroemptione
redimibili, siue irredimibili, siue censualem facere: alias erit Usura. Hæc Conclusio re-
gulanda est mixta dicta priori Conclusione.

Nona Conclusio. Potest vidua mortuo suo marito accipere pignus

fructiferum aut certum interesse, quamdiu sibi non soluitur dos, et promissa à marito facta. Ita
Nauarr et Soto. Probatur. Quia tenetur secundum statum vidualem respectu fa-
mæ, familiæ, vivere, huic autem prouidere debuit Maritus, et nunc tutores seu successores
debent. Ergo etiam si plus peteret fructuum ex illis bonis, excusaretur. Notant autores
res si mihi maritus reliqueret præter pecuniam similes ne pensiones, potest licite vsque

à tutoribus sue

à tutoribus et successoribus eas accipere. Sed id faciet non ratione onerum matrimonij quâ ram cessarunt vt bene Molina loco citato, sed ratione lucri cessantis quod non statim dos persolnatur. Docet idem autor, idem de genero seu marito defuncta vxore, cui dos debebatur, si reliquit filium intelligendum.

QVAESTIO. VI.

Quæ sunt causæ excusantes à vsura.

Iam ostensum est non licere ratione mutui quidquam accipere, vsuramque esse, si quid eo tantum titulo accipiatur, quia datur mutuum quod alteri. Superest videre, an sit aliqua ratione quorum sit licitum aliquid vltra debitam sortem accipere, cum mutuamus alteri. Et communiter statuuntur tres causæ excusantes. Damnum emergens, lucrum cessans, periculum repetendi rem datam mutuo. addunt aliqui et liberalem donationem. De eum de hoc vltimo iam diximus.

DVBITATIO. I.

An ratione damni emergentis licitum sit in mutuo accipere aliquid vltra sortem.

Illud dicitur damnum emergens quod patitur quis ex eo capite, quia dat alteri mutuam pecuniam; quod multipliciter accidere potest. Verb. Causa habet quis opus pecunia ad reficiendam domum: quæ ruinam minatur, et quia dat pecuniam mutuo non reficit, et fit damnum. Item habet pecunias ad emendum frumentum tempore messis, vt eo deniceps sustentet familiam, quia verò at pecunias ad emendum frumentum tempore messis, vt eo deniceps sustentet familiam, quia verò ad instantiam tum cogitur dare pecuniam mutuam, non emit tunc, sed postea maiori pretio, damnum est emergens. Vel poterat emere bona habitque vel habiturus erat occasionem emendi quia dat pecuniam mutuo, damnum emergit, vel certe pecuniam collocaturus erat in bonis certis modis, et eis vteretur, et quia dat pecuniam cogitur eam parata pecunia alia vtere, eaque distrahere, etiam damnum emergit v. Possunt autem hæc damna vel præsentia vel futura, vel contingentia, vt exdicendis patebit.

Primo Con-

Prima Conclusio.

Quando mutuans non ex sua culpa sed mutuatarij patitur præsens damnum vel certè futurum, potest illud etiam mutuatarij patitur præsens damnum vel certè futurum, potest illud deducere in pactum vt sibi detur aliquid à pecunia mutuo data. Probatur. Quia non ratione mutui secretatis ne damni fit acceptio, quæ est compensatio damni; cuius est causa mutuatarius, quia si per eius tuans sit causa damni: aut certè nec ipse potuisset illi occurrere, tunc non esset illi licitum aliquid accipere vltra sortem.

Secunda Conclusio.

Quando damnum probabiliter tantum est secuturum mutuationem, potest etiam peti, et accipi aliquid vltra sortem. Ratio est. Quia periculum illud cui se exponit mutuans est pracio æstimabile.

Notant autores Dupliciter posse deduci in pactum hanc compensationem. primis Conciliatè, si ea emerit tunc tenebaris mihi dare, et sic modus est iustissimus: Secundo absolutè ratione periculi; quod probabiliter sequetur, et hic modus etiam iustus est propter dictam rationem, hic tamen minor compensatio peti et accipi deberet, iuxta rationem periculi.

Tertia Conclusio.

In dubbus casibus potest quis ratione damni accipere quid vltra sortem, etiam si id in pactum non deduxerit. Primus est Quando mutuans per vim est adactus ad mutuandum, quod solet accidere quando Principes et Domini cogunt mercatores ad dandum aliquid mutuo. Secundus. Quando debitor est mora in solucio et interim occurrit damnum. Doctrina est communis et manifesta.

Quarta Conclusio.

Quando pecuniam a qua soluo alteri interesse petit quis à me dandam sibi mutuam, vel aliquam eius partem, possum accipere aliquid vltra sortem si duret ad huc causa illa ob quam ego eam acceperam ab altero mutuam. Ratio conclusionis est. Quia quisque tenetur seruare se indemnem. Quod dixi de causa manifestum est.

Quinta Conclusio.

Si damnum contingenter tantum emergit vt quia mutuatarius aut in morbum incidit; aut non potuit prouenire suo tempore; quo pecuniam restituere et, aut quid simile accidit, non potest de illo compensando fieri pactum, iusti conditionate. Ista doctrina aperta, si quidem nullus ita est felix, vt non sit subiectus casibus.

Dubitatio 2ata

DVBITATIO. II.

An ob lucrum cessans possit quid accipi mutuo vltra sortem?

Etsi lucrum cessans late sumpto vocabulo dici possit damnum emergens, in hoc tamen proprie consistit lucrum cessans, quando quis daturus erat pecuniam ad negotiandum, vel ad aliquid 2
sibi fructum faciendum, accedente sua petitione ad alterius industriam dat pecuniam, et ille se lucro privat, tunc dicitur cessare lucrum. Potest autem hoc lucrum sperari, vel remotè vel proximè: probabiliter vel contingenter.

Prima Conclusio. Sine coactè quis det pecuniam sine precibus inductus sine omnino sponte, et interim lucrum sibi præsens certe, imò et probabiliter cessat proximum potest declinare impetum compensationem. Et sententia fere omnium. Quo ad primi punctum, quo ad secundum, Soto in 4. Dist. 15. Quæst 2. Maioris. Navar. Cap 17 num 241.

Tertia pars declaratur. Potest mercator vel ille qui inspe habuit lucrum, sponte quærere cui det mutuam pecuniam, si tamen dederit: lucrum sibi cessabit. Hic videtur quidem esse aliqua iniuria si minorem mercator ille aut quispiam alius cognoscat alicuius magnam necessitatem, et cum proueniat ac offerat illi condonationem, si velit sibi compensare lucrum cessans, vtretur ea pecunia, quam destinauit negotiationi. Neque vero necessarium est ad huius rei iusticiam, vt malucrit negociari, quam sic clare mutuam, cum compensatione lucri cessantis, sed sufficit vt voluerit negotiari.

Secunda Conclusio. Quando lucrum est in potentia et spe remota, quia minorem pecunia non fuit applicata negotiationi, sed potuisset forsitan applicari, non potest pro illo accipi aliquid vltra sortem. Ita Diuus Thomas Quæstione 13 De malo. Ratio est. Quia hoc omnino incertum fuit lucrum.

Tertia Conclusio. Quando ante terminum præfixum restitutionis obuenit mutuanti lucrum aliquod, quod ipse non prouiderat futurum, licet cesset, non potest pro illo quidpiam vltra sortem accipi. Ratio est. Quia cum sponte dederit mutuam abdicauit se etiam iure ad pecuniam pro illo tempore, secus fortè esset, si pecuniam coactus è dare mutuo.

Quarta Conclu-

Quarta Conclusio. Quod si mutuans pecuniam converti[sset]
ad opificium, et non se convertisset si habuisset pecuniam, vel certo convertit aliam pecuniam ad
negotiandum, quam non convertisset si illam aliam haberet domi, et ex utroque habet lucrum,
non potest licite accipere compensationem ab illa data pecunia. Ratio est. Quia hic non vi-
sat lucrum, si quidem habet illud alunde, unde non habuisset si ea pecunia fuit usus.

Quinta Conclusio. Si mutuans convertisset pecuniam in negotia-
onem, vel lucrum illicitum et iniustum, non potest quando dat mutuam pecuniam quo quam ea-
ea ratione lucri cessantis accipere. Ratio est Quia lucrum indebitum cessat, ad
bile. Vero cessationem, non est obligatio restitutionis aut compensationis.

Sexta Conclusio. Compensatio hæc non debet accipi tanta
quantum speratur lucrum, seu quantum cessat, sed arbitrio boni viri est opus. Ratio est. Quia
res quæ est in se minus valet, quam dum est actu. lucrum autem illud in se est. Ergo &c. tam quia
attendendi sunt sumptus, impensæ, pericula, quæ fuissent circa lucrum illud.
Notant et illud autores, non licere statim pro lucro cessanti exigere compensationem, sed post
re; eo quod non fuisset id statim lucratus tunc mutuans quando dat pecuniam et recipit com-
pensationem.

DVBITATIO. III.

Vtrum hoc periculum expensarum vel ipsius etiam mutui vel in pœna mutuatarij possit quid vltra sortem accipere?

Prima Conclusio. Sicut in aliis venditionibus ad creditum, ita et hic licet accipere
aliquid deducendo in pactum ratione impensarum quæ probabiliter timentur in mutui repetitione.
Ratio est. Quia hic mutuans suscipit in se onus pretio æstimabile, dando huic pecuniam, q[uæ]
poterit facere difficultatem, vel quia oportebit omnino facere impensas, ut eius recepti[o]

Secunda Conclusio. Etiam ratione periculi summa exposita, [et]
ponitur.

ponitur, potest aliquid accipi vltra sortem, attenta conditione personæ cui datur summa, vel rei alia mutuo. Est doctrina communis. Ratio est. Quia illa mutuans periculum sustinet, gratis pati.

Tertia Conclusio.

Non mutuare nisi in me qui eo mutuam pecuniam suscipiam periculum summæ amittendæ, et pro hoc petam et accipiam aliquid vltra sortem. Si aliud quid excludatur non excusat, est vsura. Ita Medina, Sotus, Caietanus, et plures alij.

Casus esse potest. Ego mercatori eunti Gedanum per aquas, do mutuam pecuniam, et quia pericula euenire possunt, naufragij, aut à latronibus, in me, nihil id curante mercatore suscipio pericula illa, et peto ratione illorum aliquid vltra sortem.

Probatur esse id illicitum. Quia hic reuera onus mercatori imponitur soluendi et faciendi pactum, quod ipse non curat, imo nollet habere, quia securus est nihil tale euenturum.

Quarta Conclusio.

Dum timetur nemmutuatarius sit in mora soluendi ad tempus præfinitum, constituere in pœnam vt tantum vel tantum perdat pecuniæ, aut alicuius rei pretio æstimabilis, non est vsura. Ita Gabriel in 4 Dist. 15. Quæst. 11. Maior ibidem Nauar. Cap 17 num 215. Angel. Sylvester, et plures alij.

Probatur. Quia licet contrahentes non sint publicæ potestatis vt possint in se statuere pœnas iudicia-les, at possunt imponere sibi conuentionales, accedente mutuo consensu, et tenetur mutuatarius ad pœnam ante sententiam Iudicis, Et. si mutuanti faciet difficultatem, et exit ipsi expensarum causa, tenetur restituere: et si quæ damna interim occurrent, aut lucrum cessabit, ex eo, quia tempore præfinito non restituit, sed distert, ad omnia tenetur.

Moderantur tamen hanc doctrinam autores. Primò. Vt non sit nec vltra scandalum. Secundò. Vt hæc pœna ni curratur ob negligentiam mutuatarij. Tertiò. Vt sit pœna moderata et pecuniæ proportionata; non omnino debet esse tanta, quantum ipsum sit mutuum, si pœna debet integre recipi. Nec enim idem designantur pœnæ, vt integrè recipiantur, sed vt debitum cum tardè reddatur, et ne debitor sit in mora soluendi.

QVAESTIO .VII.

Quæ bona vsurariis sint obnoxia restitutioni, qui in nodentur vsuris: quæ item pœnæ vsurariorum?

Quæri solet an omnia bona quæ habet vsurarius ita sint obnoxia restitutioni, vt ad quæcunque deuentant teneantur illi restituere vsuras. Qui item præter vsurarium ipsum censeantur vsurarij: et quomodo puniendi, qui accipiunt vsuras.

DVBITATIO. I.

An illa etiam bona quæ vsurarius bono titulo possidet sint obnoxia restitutioni

Non est dubium de illis bonis quæ per vsuram acquisiuit, horum enim non habet Dominium, nec ha-
bere potest, sed tenet ea per vim, et cum iniuria aliorum, restituenda ergo sunt ei a quem pos-
sident, vel iuxta regulas restitutionis alias datas. Sed de illis tantum procedit dubita-
tio, quæ vsurarius bono et iusto titulo possidet, an illis etiam maneat obligato restitu-
nis, ita vt etiam ij qui in ipsa succedunt teneantur restituere ea quæ per vsuras Domini
illorum bonorum accepit.

Prima Conclusio Bona per vsuram acquisita, si non sunt vsu consu-
ptibilia, habent obligationem realem restitutionis. Est doctrina communis. Et est certum
numero restitui debent: Vinerò sunt vsu consumptibilia, obligationem tantum habent per-
sonalem, id est si ipsa etiam non restituantur persona, tamen vsurarius obligatus erit ad re-
stitutionem similium in valore, quamuis hæc alienaret.

Secunda Conclusio Bona verò hereditaria, aut iusto titulo ac-
pta licet pecunia vsuraria, personalem tantum obligationem habent. Probatur. Quia re-
li obligatione non possunt obligare nisi vero Domino, quia tamen ipsa persona obligata est
restituere, ideo et hæc tali obligatione obligata esse recte dicuntur.

Tertia Conclu

Tertia Conclusio.

Quicunque succedunt in bona Usurarij per Usuram acceptа, tenentur ad ipsorum restitutionem, si non sint Usu consumptibilia. Ratio est Quia hæc habent obligationem realem, et manent eadem numero restituenda.

Quarta Conclusio.

Qui succedunt in bona Usurarij per Usuram acquisita, et sint Usu consumptibilia, tunc tantum ea tenentur restituere quando Usurarius factus est impotens facere ex alijs restitutionem. Ratio est. Quia ipse obligatus est ad restitutionem, et cum non sint alia nisi hæc, obligantur onere restitutionis, apud quos tandem sint.

Quinta Conclusio.

Qui succedit in bona hereditaria Usurarij alione iusto titulo acquisita, est etiam obligatus ad restitutionem, si non sit facta. Ratio est Quia qui succedit in bona, succedit et in onera, sed hæc bona habebant inse obligationem personalem. Ergo qui succedit in hæc bona etiam de ijsdem bonis obligatur satisfacere illis qui quoque modo iniuriati sunt.

Sexta Conclusio.

Uxor Usurarij imo et filij possunt tuere de Usuris Usurarij, nec obligabuntur ad restitutionem, nisi simpliciter Usurarius factus sit impotens ad restitutionem. Ratio primi est. Quia hoc de iure naturæ tenetur alere Usurarius, et cum sint Usu consumptibilia, non ipsa inse subiacent restitutioni, sed personalem cum habeant obligationem fiet satis huic obligationi per alia quæ ad valorem ab Usurario. Secunda pars facile constat ex dictis. De filijs idem omnino erit intelligi Nauar. idque si non poterant ali alunde, nam si poterant, seruiendo, locando suâ operas, videntur teneri ad restitutionem. Famulos etiam Usurariorum, licitè accipere stipendium notant autores, eos nempe famulos qui multum Utilitatis attulerunt debitoribus suo famulatu. Secus de famulis male seruientibus. Ita Sylue. Angel. Gabri. Sotus Nauar. citati a molina Disp 330.

Septima Conclusio.

Qui donato habet vel emit bona Usurarij per Usuram accepta, tunc si sint non consumptibilia Usu, tenetur ad ipsorum restitutionem, quia res iuere alienæ sunt: Si sint Usu consumptibilia tunc tantum tenebitur quando Usurarius reddi-tus est impotens ad restitutionem. Addunt tamen autores Si faciens esse alienas etiam has res accipit, non potest eas consumere, sed debet restituere, quod si consumpsit, restituet nisi est factus ditior, et hoc etiam si ignorauit esse alienas. Ita Molina Disput. 330.

Dubitatio 2da.

DVBITATIO. II.

An, qui, et quomodo cooperatores usurariorum teneantur ad restitutionem.

Praeter dicta supra in materia de restitutione pauca sunt addenda, de suadentibus usuras, cogentibus mutuatarium ad eas solvendas, & negantibus actionem illis contra usurarios. De notariis denique.

Prima Conclusio. Qui agendo partes mutuatarii persuadet et facit usurario vt det ad usuras, et mutuatario vt usuras debitas usurario persoluat, non tenetur restituere. Probatur. Quia hic tantum facit id quod est omnino necessarium indigenti. Sicut ergo ipse mutuatarius nihil committit iniusticiæ, cum rogat petit ab usurario vt sibi vtpote det pecuniam mutuam etiam cum usura; cum aliter obtinere non possit, et offerat se ad eam soluendam, neque suadens id vtrisque peccabit contra iusticiam, neque ex hoc est communiter esse peccato, sed agere partes potentis, et indigentis.

Secunda Conclusio. Qui vero suadet et consulit alicui vt det pecuniam cum usurarum exactione, vel ad id subministrat illi pecuniam, et peccat mortaliter et restituere tenetur usuras. Ita Nauar. Cap 17 num 291. Sotto 6 de iusticia Qu art. 4 Saludanus et Molina Disp. 331. non enim se hic communiter haberet, quam qui alteri furtum homicidium, consuleret, et arma ad hunc finem subministraret.

Tertia Conclusio. Qui apud usurarium deposuit custodiendam pecuniam, non intendens eius usuras, sed tantum existimans ipsum ea usurum ad eum finem tunc si usurarius habebat aliam pecuniam, aut facile habere potuisset, qua eodem modo exercere set usuras, non peccabit nec tenetur restituere deponens: si autem non haberet nec facile habuisset, nec intacta copia, tunc deponere apud illum pecuniam sine sua magna necessitate, est quidem peccatum, non tamen cum obligatione restitutionis. Ita S. Thom Quæst 78 art 4. Ratio primi est Quia tunc tantum vsus est homine peccatore ad positum, ad custodiam suæ pecuniæ offerendo illi, quæ ipsius malicia futurum illi erat materia

peccati, quam

peccati, quam tamen etiam alioquin habuisset. Ratio secundi Clara est Quia tantum ex charitate tenebatur vitare peccatum depositarij.

Quarta Conclusio. Domini temporales, Judices, Advocati, et similes si adigant mutuatarium ad solvendas usuras, et impediant actiones contra usurarios, de repetendo eo quod usuram dederunt, et peccant mortaliter et restituere tenentur, et quidem in solidum ut dicta dicta. Est doctrina Sylue. verbo Usura. Nauar. Cap 17. Soti, Medina, ac aliorum. Ratio est Quia hi sunt vere causa iniusticiæ, et damni mutuatarij secuti.

Quinta Conclusio. Notarius publicus tunc scribens usurario in conficiendo instrumento, tenetur restituere, quando fecit palliatè usuram instrumentum. Ita auctores supra citati. Intelligas Nota Dupliciter posse confici instrumentum usurarij a Notario. [illegible] non appareat, vt si scribens usurarium dedisse mutuatario mille tantum florenos, [illegible] scribit debitum esse mille florenorum et centum: vel cum à mille detractis sunt [illegible] centum florenj, ipse tantum scribit debere mutuatarium mutuanti mille. Secundo. Potest conficere instrumentum verum, quod nempe dederit usurarius mutuatario mille florenos, et ratione interesse seu usuræ vltra mille, debet centum. Iu primo modo quia et falsitas et iniusticia intervenit, quæ habebit vnum robur ex vi instrumenti, erit usurarius notarius. et tenebitur restituere, nisi forte id fecerit, et facere debeat ac teneatur in fauorem mutuatarij. quia nempe nulla ratione hic acciperet pecuniam aliter, tunc peccabit quidem Notarius, non tamen restituere tenebitur. Ita Molina loco citato. Si secundo modo conficiatur, a nihil tenebitur Notarius quia vi termini et taliter conscripti instrumenti non poterit cogi mutuatarius nisi ad mille solvendos florenos, iuxta mira Polonica. Si tamen sit scriptum instrumentum tale vt præ oculos capiatur mille sub pœnis solitis Usura, tenebit obligatio restitutionis ex fundamento conclusionis datæ.

Sexta Conclusio Factores Usurariorum qui habentes auctoritatem possunt cogere mutuatarios ad solvendas Usuras, tenentur ad restitutionem Est doctrina communis. Ratio illius est Quia isti vere cooperantur. Secus de illis qui non habentes auctoritatem, tantum vt nuncij ordinarij mittuntur ad eas repetendas, aut scribunt rationes dati et accepti, hi enim non tenentur ad restitutionem; sicut nec ille qui iumentum suum commodat vel

ad deferendas.

ad deuehendas vsuras, nisi ad hos aliquid vltra precium ipsis debitum deueniret ex hac re iuxta dicta

DVBITATIO. III.

Qux sint vsurariorum pœnæ?

Multas habemus in iure communi expressas vsurariorum pœnas, de quibus fuse Molina Disputatione trecentesima trigesima quinta.

Prima Conclusio Notarij vsurarij sunt infames, etiam antelatam sen-
tiam. Intelligitur de quibuscunq; et quacunq; ratione exercentibus contractus vsurarios.

Secunda Conclusio Vsurarij non possunt admitti ad commun-
nis. Ita habetur in concil. Lateranen. per communionem intelliguntur percepto
rui Sacramenti: absolui etiam non possunt nisi aut restituant vsuras, aut in testamento im-
ponant faciendas, non tamen sepeliendi erunt in locis sacris, donec aut satisfiat debitis per suc-
cessores, aut perfide insores res promittatur.

Tertia Conclusio Oblationes ab ipsis facta non possunt recipi, et
recepta restitui debent. Ratio est Quia sunt rapina. Intelligi potest hanc pœnam de-
illis qui nihil præter vsuras habent.

Quarta Conclusio Carent vsurarij notarij Ecclesiastica sepultura, si
sine pœnitentia ex absolutione decesserint, et qui eos scienter sepelierit, eo ipso facto excommu-
nicatus, neque absolui debet quousque Episcopi arbitrio satisfecerit.

Quinta Conclusio Testamenta vsurariorum notariorum, si
non fecerint pœnitentiam, nemo potest interesse, et tam hæc quam codicilli ab illis confecti
nullius sunt roboris. Est communis sententia. Etiam quo ad legata pias causas in eis relicta
conueniunt Doctores non valere, quando notario vsurario, qui impertens decessit, relic-
ta sunt. Quod si ostendit signa pœnitentiæ, tunc docet Syluester et Conarruuias quod ha-

quo ad alia:

quo ad alia non valeat testamentum aut codicillus, at quo ad hæc valent. Quæ etiam addunt Si ante mortem Usurarius præstitit cautionem de usuris solvendis, post suam mortem valere quo ad integrum, sive testamentum sive codicillus fiat.

DISPVTATIO. VIII.
DE SIMONIA.

Simonia consistit in Sacrarum rerum indigna tractatione, cum res Sacræ tanquam profanæ æstimantur, et in contractus deducuntur, unde dicitur esse studiosa voluntas emendi vel vendendi precio temporali aliquid spirituale vel spirituali adnexum. Vitium hoc nomen suum à Simone mago accepit, quia vel maxime hoc vitio laborauit, volens emere donum ac potestatem visibiliter conferendi spiritum Sanctum, idque eo fine vt ipsum postmodum venderet. Duo hic de hoc vitio explicanda superfunt.

Primum est Quid nomine rei spiritualis, et spirituali adnexu significetur.

Secundum Quæ sint pœnæ contra Simoniacum statutæ.

Quæstio prima.

QVAESTIO. I
De materia Simoniæ.

Duo sunt, quæ si vendantur aut emantur Simonia exit. Primum est res Spirituales. Secundum res Spiritualibus adnexa.

Nota Res spirituales esse dupliceres, alias naturales quæ dantur tanquam ab autore naturæ, vt sunt scientiæ omnes quæ habitus naturales: Aliæ sunt supernaturales, quæ sunt à Deo ab autore gratiæ, vt Virtutes infusæ, dona Spiritus Sancti, gratia iustificans, dicuntur per naturales per essentiam, quæ omnes pertinent hominem ad finem supernaturalem, Vel quia causant gratiam Dei. Ex his aliæ sunt ad hoc spirituales, per participationem, Vel quia causant gratiam vt sunt Sacramenta, Vel quia sunt effectus et actus potestatis spiritualis, vt est ordinatio, dispensatio, iurisdictio: Vel quia sunt ordinatæ ad vsum spiritualem, vt sunt vestes sacræ, vasa templa, aræ &c.

Prima Conclusio. Res Spirituales naturales non sunt materia simoniæ.

Est communis. Omnes enim in hoc conueniunt licitum esse accipere pretium pro artibus quas quisque docet alteri; vendere item suam doctrinam, non est illicitum.

Secunda Conclusio Vendere res spirituales supernaturales, siue sint tales per essentiam, siue per participationem, Est simonia. Ratio est Quia hæc ex natura sua non possunt industria humana comparari, sed solum diuino munere gratis comparari, si ergo precio æstimentur magna Deo fit irreuerentia. Aliis tamen conclusionis moderatio, quo ad spiritualia per partes pationem constabit ex dicendis.

Tertia Conclusio Vestes sacræ, calices, templum, chrisma, possunt vendi precio temporali ratione materiæ Ratio est Quia horum materia, antequam hæc consecrentur, magno precio constat, quem valorem etiam non amittit postquam consecrata sunt.

DICES. Licetne aliquid proistis plus accipere, ratione eius quod sint consecrata.

Rvdes Aut emuntur ab eo qui hæc consecrauit, aut ab eo in cuius gratiam consecrata sunt, Si emantur ab eo qui ea consecrauit, respondeo exit difficultas inuita dicenda infra. Si ab eo in cuius gratiam hæc sunt consecrata, aut beneficia, censeo posse aliquid accipi, non quasi consecrata, sed quia adhibita est industria, vt consecrarentur, ne alter qui emet habeat difficultatem.

BIBLIOTECA

cultatem in procuranda ac obtinenda consecratione aut benedictione. Si tamen aque facile alter habiri set, non licite quidquam plus acciperetur quàm ipsa res in se constaret, si non fuisset consecrata quod multo magis verum est si fecit expensas ille à quo emitur res, vel ille qui emit facturus sit in ordine ad consecrationem vel benedictionem.

DICES 2do Licetne pagum vel opidum carius vendere, quia mes est templum.

Rndeo Videtur esse pretij estimabilis fabricarilla et materia, ac etiam impensa quæ sunt facta in consecrationem templi, à sortiori verum est, si qui emit ædificaturus erat templum et facturus in ipsum expensas.

Quarta Conclusio Vendere sacramentum, est illicitum, verb. caus nelle Baptizare de nisi tibi soluatur. Est communis. Idem iudicium est de emptione, unde si detur casus vt nollit sacerdos Baptizare, vel conferre aliquod sacramentum, nisi sibi soluatur sacramentum ipsum non licet illud emere, quia res sacra. Notant tamen autores posse dari precium ad recompensationem negatis sacramenti, sed si declaret Sacerdos velle se propter sacramento precium et velit mereare autem se solvere pro sacramento, tunc non posset dari precium Jta Italen: sis 3 parte Qua: 189. Richardus in 4 Distinct 5ª.

Quinta Conclusio Potest exigi et dari precium pro materia sacramenti quamdiu adhuc non est impensa sacramenti. Est doctrina communis et facile tum ex sectum ex dictis potest.

Sexta Conclusio. Pro actionibus extrinsecis sacramente, potest exigi precium, non tamen pro intrinseco. Extrinseca sunt quæ ad liberi non tempore solent, et possent sacramenta sine illis conferri. Vt si emendum sit Sacerdoti ad aliquot milliaria absq; obligatione. cum enim talis verbi causa labor et accio sit accio extralis sacramento est precio æstimabilis Intrinseca sunt quibus ipsum sacramentum perficitur, vt est perfusio, sive mersio in Baptismo, Unctio in extrema unctione, et confirmatione, eorundem oleorum seu aquæ benedictio, his enim perficitur Sacramentum, et procedunt expote state et virisdictione à Deo gratis data, et non acquisibili in industria sua. Idem dico de ipsa ordinatione Clericorum, dispensationibus, et similibus. Intelligendum autem pro his nihil posse accipi precij pecuniarij, quia per munum Eccemosinæ hæc accipi posse, certum est. Doctrina hujus conclusionis definita est. seu potius renouata in Concil. Triden Sess. 24 Cap 14.

Septima Conclu

Septima Conclusio Pro obligatione tamen ad hunc modi mysteria et similiter rationes sustentationis potest precium accipi. Est communis doctrina. Ratio est. Quia ibi non spirituale quid sed libertas venditur, quæ est quid temporale Secunda pars à Christo Domino definita, cùm dicit dignus est operarius mercede sua. Unde si quis nollit administrare Sacramenta nisi sibi solvatur, intendens sustentationem, non erit Simoniacus; Secus si precium intendat pro ipso sacramento juxta dicta.

Octava Conclusio Nec Episcopi nec eorum Officiales alique ministri (exceptis notarijs) possunt quicquam exigere pro literis ordinis, vel dimissoriis, vel sigillo. idque etiam si sponte offeratur, et si contra fecerint, erunt simoniaci. Habetur hæc doctrina in Con. Trid. sessio. 21. Cap 1°. Ubi dicitur de ordinatione Clericorum. Episcopi nullam munera accipiat etc Quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis statuit ordinationibus, dicens; Anathema sit et damnati et accipienti. Unde colligit Lessius, ne expensas quidem exigere licitum esse in consecratione Ecclesiarum, et Visitatione. Qui etiam notat duo. Primum licet Gregorius Cap. sicut Episcopum prima. Quas 2. permittit sponte oblata posse accipi, Tridentinum tamen id damnare, quia non cepetur tunc sponte dari; maxime ante ordinationem, dum fauores apud examinatores, aliosue quæruntur. Si tamen bene sponte detur vt tale accipiatur non esse simoniam quia cessat pactio et ratio debiti. Secundum Excipere notarios Concilium, sed illos tantum locis vbi est consuetudo aliquid accipiendi, et nullum solarium pro exercendo esse constitutum, tunc enim presumitur literis posse accipere tantum decimam partem aurei, si quid plus accipient, simoniam committent, sicut et si quid exigant cum alias habent suum solarium, erunt simoniaci, nec eos excusabit contraria tuor aut consuetudo etiam immemorabilis, vt habet manifeste Concil. Quod si alicubi sit consuetudo plus exigendi hic accipientes ab interminatione à Concilio facta excusantur, et debebit id per Episcopos tolli cum sit corruptella et abusus simoniace pravitatis fauens vt habet Concil. Trid.

Nona Conclusio Accipere aliquid pro omissione actus spiritualis, non est proprie simonia vt si tibi solvatur ne Baptizes aut non ordines. Ratio est Quia si hoc esset malum semper esset malum et simonia, at quilibet falsum est. Si quidem clare Episcopo aliquid ne promoveat ad ordines indignum, non est simonia. vt docet communis sententia, imò posset esse meritum.

Dubitatio 2da

DVBITATIO. II.

Quæ sint res spiritualibus adnexæ in ordine ad simoniã?

Præter dicta (nam etiam multa ex illis quæ diximus spiritualia per participationem dici possunt adnexa spiritualibus) hîc tantum agere instituimus, quæ sunt ista adnexa spiritualibus, vt non possint teneri nisi quis fiat spiritualis; Vt sunt beneficia Ecclesiastica &c. Qualiter nempe hæc sine bendi, sine locari, sine permutari, sine conferri pro aliquo obsequio, et accipi possint.

Prima Conclusio. Vendere seu emere beneficium Ecclesiasticum, est Simoniacum. Est communis. Quia beneficium est propter officium vt ait D. Thomas ser titulum clericalem, et quæ illi adnexum consequenter, sed hoc vendere et emere est illicitum Ergo et illud beneficium. Notant autores duo. Alterum, non tantum beneficium sed etiam omnia quæ ad illud obtinendum seruiunt vendere aut emere, vt est cessio iuris, resignatio beneficij; Simonia est. Alterum Quando quis vexatur et impeditur a honesta, ordinaria et licita consecutione beneficij, esse simoniam redimere vexationem, quia hic venera emitur nis ad beneficium, et percon sequens ipsum beneficium emitur: Secus si quis redimat vexationem beneficij iam habili et possessi, bona fide; non enim tunc rem spiritualem emit, quam iam habebat, sed redimit vexationem.

Secunda Conclusio Permutare beneficium pro beneficio per se non est Simonia. Ratio est Quia datur Spirituale pro spirituali. Dixi per se, quia si ratione et intuitu lucri aut commodi temporalis, erit Simonia Vt ex se manifestum est. Huc pertinet si quis det alteri Canonicatum pro Parochia, cum pacto vt sibi pro ea dignitate Canonicatus pendatur aliquid quotannis, erit Simonia. quia dignitas illa est quid spirituale, et pro ea accipitur pensio temporalis.

Tertia Conclusio. Potest promotio beneficij fieri cum relicta sibi pensione: potest item in aliquo beneficio Abbatia verbi causa vel præbenda aliqua assignari alicui pensio, imò et sacerdoti verb. Caus. seni, et bene merito potest in aliquo beneficio assignari pensio. Vt doctrina communis Toleti, Cajet. Less, et aliorum. Et has pensiones re-

dimi posse.

dimi posse docet Caietanus: Quia hic nihil spirituale emitur, sed libertas, quæ non est spiritualis, Sicut etiam ius soluendi decimas quod habet clericus, vt sibi nempe soluantur redimi potest, Jus tamen percipiendi pensiones, et soluendi decimas cum sit permutatio beneficiorum, nemo vendere potest, hoc enim est quid spirituale, et fundatur in titulo spirituali.

Quarta Conclusio Conferre beneficium aliquod pro obsequio per modum precij, est Simonia, alijs titulis non est Simonia. Est communis.

Prima pars patet Loquendo de obsequijs temporalibus, nam pro spiritualibus et dari, et accipi possunt. si quidem dare spirituale pro spirituali, non est Simonia.

Secunda pars explicationi indiget. Multi verò sunt tituli obquos obquos etiam pro obsequio temporali dari potest quid spirituale. Et inprimis consanguinitas, si tamen sit persona digna, Item conciliatio amicitiæ, timor amittendi aliquid quod habetur, id enim est mixta dicta redimere vexationem: Secus de timore amittendi quod non dum habetur.

Hinc deducunt autores licitum esse seruire Episcopo vt detur sibi aliquod beneficium spirituale, dummodò amicicia, gratia, seu benevolentia, immediatè intendatur, et beneficium mediatè

Quinta Conclusio Resignare beneficium cum pacto vt alteri conferatur, non est Simonia, resignare verò cum hoc pacto, vt certo tempore elapso tertio conferatur. Est Simonia. Primam partem docet Sotus contra Glossam, quia alias non esset licita etiam permutatio, quia et ibi est pactum, vt autoritate prælati, alteri detur at tamen id licet vt ostendimus. Ergo.

Secunda pars probatur Quia qui hoc modo facit vendit beneficium pro illo pacto et obligatione, quæ est quid precio æstimabile

Notat Navar. Quod si hoc fiat sine hoc pacto quamuis cum intentione hac et spe cum id factum, non erit Simonia.

Sexta Conclusio Locare potestatem in ris dictionis Baptismi et similia, est Simonia. Ratio est Quia illa sunt spiritualia, et pro temporali commodo obliganture ad locanda spiritualia beneficia non est simonia; quia locatio non potest extendi amplius quam ad vitam locantis. Est doctrina communis.

Quæst 2da

QVAESTIO. II.
De pœnis Simoniacorum

Triplex solet statui simonia, alia est mentalis quando quis tantum intendat, non tamen facit alia est conuentionalis quando in pactum est res deducta, etsi non omni sit in effectu posita. Tertia realis quando id quod inter debatur in pactum deductum est, et executioni mandatum

Prima Conclusio Qualiscunque Simonia committatur, propœna habet excommunicationem. Ita communiter autores, licet excipiant Simoniacos mentales quando nempe nondum est actus externus secutus; quâ pœna eos quoque innodauit qui sunt mediatores siue tractant negotium inter Simoniacos vt patet ex Concil. Constantien.

Secunda Conclusio. Si qui sunt Simoniaci in ordine sacro, incurrunt etiam suspensionem ipso facto, et quoad eum recipientes in perpetuum, nec possunt absolui nisi a papa. Mediatores vero ad triennium: infamiam quoq; tam hi quam illi incurrunt, sed non nisi post sententiam latam.

Tertia Conclusio Simoniaci conuentionales et reales tenentur ad restitutionem eius quod acceperunt prouobus spiritualibus. De conuentionalibus ita temperant autores. Quando dederunt precium non accepto beneficio, debet precium restitui; quando vero acceptum est beneficium, non accepto precio, non est quidem obligatio restitutionis beneficij, possunt tamen in pœnam eo priuari.
Reales vero Simoniaci et ad precij et ad beneficij restitutionem tenentur Ita communiter doc.

Quarta Conclusio Restitutio precij pro beneficio, vel alia re spirituali datum, debet restitui Ecclesiæ. Ita D. Thomas 2, 2 Quæst. 32. art. 7. et multi alij quos citat et sequitur Lessius loco citato. Dubit. 31. nomine autem Ecclesiæ intelligunt Praesidem Apostolicum, vel Ecclesiam cuius fuit beneficium. Licet etiam addant iidem autores, posse hanc quoque restitutionem fieri in pios vsus, vel etiam successori vt Navar. docet lib. 5. Consil. Imo et fructus percepti ex beneficio, debent simili ratione eidem restitui, quibus et precium ipsum.

Esse vero.

Esse vere contra mentem Ecclesiæ restituere hoc pretium ei à quo acceptum est Simoniacè Vt bene probat loco citato Iesius.

Et hæc materia de Catalogi ad laudem Dei præpotentis, Virginis Sacratissimæ, omnium cœlitum honorem, nostram et proximorum vtilitatem dicta sufficiat. Quidquid vero à nobis dictum est iudicio Sanctæ matris Ecclesiæ censurandum subijcimus, et si quid ab ea approbatum non fuerit, nec Conclusa, nec probata à nobis esse volumus et decernimus. Lectori si quæ non arriserint, noverit ille aut opinionum varietati multa concedenda, aut humanam mortalitatem vix omnimodè cautam esse posse; temeritatem omnino patrocinari nobis nollumus.

Rkps. Nr. 381.
K. 325

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.